In hoc Volumine
Chartae sunt 93. 120. 53. 265. / Summa 531. / plures 266. [illegible] ... 11a ... 28 ...
y ... 16.

[illegible]olumen ... alba Libra ...

# AVRELII CORNELII CELSI MEDICINAE LIBER PRIMVS INCIPIT.

u

T alimenta ſanis corporibus agricultura: ſic ſanitatem ægris medicina promittit. Hæc nuſquã quidem non eſt. Si quidem etiã imperitiſſimæ gentes herbas: aliaq; prompta in auxilium vulnerum: morborumq; nouerunt. Verũtamẽ apud græcos aliquãto magis quam in cæteris nationibus exculta eſt. ac ne apud hos quidẽ a prima origine: ſed paucis ante nos ſæculis: vtpote cũ vetuſtiſſimus auctor Aeſculapius celebretur. Qui qm̃ adhuc rudem & vulgarem hanc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit: in deoꝝ numerum receptus ẽ. Huius deinde duo filij Podalirius & Machaon bello troiano ducem Agamennonem ſecuti non mediocrem opem cõmilitonibus ſuis attulerunt. Quos tñ Homerus non in peſtilẽtia: neq; in varijs generibus morborum aliquid attuliſſe auxilij: ſed vulneribus tantũmodo ferro & medicamentis mederi ſolitos eſſe propoſuit. Ex quo apparet has partes medicinæ ſolas ab his eſſe tẽtatas: eaſq; eſſe vetuſtiſſimas. Eodemq; auctore diſci poteſt morbos tum ad iram deoꝝ immortalium relatos eſſe: & ab iiſdem opem poſci ſolitam. Veriq; ſimile eſt inter nõnulla auxilia aduerſæ valetudinis plerumq; tamen eam bonam contigiſſe ob bonos mores: quos neq; deſidia: neq; luxuria vitiarant. Si quidem hæc duo corpora prius in gręcia: deinde apud nos afflixerunt. Ideoque multiplex iſta medicina: neq; olim: neque apud alias gentes neceſſaria: vix aliquos ex bonis ad ſenectutis principia perducit. Ergo ẽt poſt eos: de quibus rettuli nonnulli clari viri medicinam exercuerunt donec maiore ſtudio litteraꝝ diſciplina agitari cœpit. quæ vt animo præcipue omnium neceſſaria: ſic corpori inimica ẽ. Primoq; medendi ſcientia: ſapientiæ pars habebat̃: vt & morborũ curatio & reꝝ naturæ contemplatio ſub iiſdem auctoribus nata ſit. Scilicet his hanc maxime requirentibus: qui corpoꝝ ſuoꝝ robora inquieta cogitatione nocturnaq; vigilia minuerant. Ideoq; multos ex ſapientiæ profeſſoribus peritos eius fuiſſe accepimus. Clariſſimos vero ex his Pythagoram & Empedoclem & Democritũ. Huius aũt: vt quidam crediderunt: diſcipulus Hippocrates cous primus quidẽ ex omnibus memoria dignus ab ſtudio ſapientiæ diſciplinã hanc ſeparauit: vir & arte & facũdia inſignis. Poſt quem Diocles cariſtius: deinde Praxagoras & Chryſippus: tũ Herophilus & Eraſiſtratus ſic artẽ hanc exercuerunt: vt ẽt in diuerſas curãdi vias proceſſerint. Iiſdemq; temporibus in tres partis medicina diducta eſt: vt vna eſſet quæ victu: altera quę medicamentis: tertia quæ manu mederetur. Primam Διαιτητικην ideſt diaeteticam: ſecundam φαρμακευτικην ideſt pharmaceuticam: tertiam Χειρουργικην ideſt chirurgicã græci nominauerunt. Eius autem quæ victu morbos curat longe clariſſimi auctores ẽt altius quædam agitare conati reꝝ quoq; naturæ ſibi cognitionem vendicauerunt: tanquã ſine ea trunca & debilis medicina eſſet. Poſt quos Serapiõ primus omnium nihil hãc rõnalem diſciplinam pertinere ad medicinam profeſſus in vſu & experimentis eam poſuit. Quem Apollonius & Glaucias & aliquanto poſt Heraclides tarentinus & aliqui non mediocres viri ſecuti ex ipſa profeſſione ſe empiricos appellauerũt. Sic in duas partis ea quoq; quæ victu curat medicina diuiſa eſt: alijs rationalem artem: alijs vſum tm̃ ſibi vendicantibus: nullo vero quicquam poſt eos qui ſupra compræhenſi ſunt agitante niſi quod acceperat: donec Aſclepiades medẽdi rationem ex magna parte mutauit. Ex cuius ſucceſſoribus Themiſõ nuper ipſe quoq; quæ

dam in ſenectute deflexit. Et per hos quidem maxime viros ſalutaris iſta nobis ꝓfeſſio increuit. Quoniam aũt ex tribus medecinæ partibus vt difficillima ſic ẽt clariſſima eſt ea: quæ morbis medet̃: ante oĩa de hac dicendum eſt. Et quia prima in ea diſſenſio eſt: quod alij ſibi experimentoꝝ tantummodo notitiã neceſſariã eſſe contendunt: alij niſi corpoꝝ rerumq; ratione cõperta non ſatis potentẽ vſum eſſe ꝓponunt indicandũ eſt quæ maxime ex vtraq; parte dicant̃: quo facilius nr̃a quoq; opinio ĩterponi poſſit. Igit̃ hi qui rõnalem medicinã ꝓfitentur:: hæc neceſſaria eſſe ꝓponunt: abditaꝝ & morbos cõtinentium cauſaꝝ notitiã: deinde euidẽtium: poſt hæc ẽt naturalium actionum: nouiſſime partium interioꝝ. Abditas cauſas vocant ĩ quibus requiritur ex quibus principijs noſtra corpora ſint: quid ſecundã: quid aduerſam valetudinem faciat. Neq;.n. credunt poſſe eum ſcire quomodo morbos curare cõueniat: qui vnde hi ſint ignoret. Neq; eſſe dubium: quin alia curatione opus ſit: ſi ex quattuor principijs vel ſuperans aliquid vel deficiens aduerſam valetudinẽ creat: vt quidã ex ſapientiæ ꝓfeſſoribus dixerunt. alia ſi in humidis oẽ vitium ẽ: vt Herophilo viſum ẽ. alia ſi in ſpiritu: vt Hippocrati: alia ſi ſanguis in eas uenas: quæ ſpiritui accõmodatæ ſunt: tranſfundit̃ & inflammationẽ quã græci φλεγμονην ideſt phlegmonem nominãt excitat: eaq; inflãmatio talẽ motum efficit: qualis in febre ẽ: ut Eraſiſtrato placuit. alia ſi manãtia corpuſcula per iuiſibilia foramina ſubſiſtẽdo iter claudũt: vt Aſclepiades cõtendit. Eum vero recte curatuꝝ: quẽ prima origo cauſæ nõ fefellerit. Neq; vero ĩficiãt̃ experimenta quoq; eſſe neceſſaria. Sed ne ad hæc quidẽ aditum fieri potuiſſe: niſi ab aliqua ratione cõtendunt. Non.n. quidlibet antiquiores viros ægris ĩculcaſſe: ſed cogitaſſe quid maxime cõueniret: & id vſu exploraſſe: q̃d ante coniectura aliqua duxiſſet. Neq; ĩtereſſe an nũc iam plæraq; explorata ſint: ſi a conſilio tñ cœperũt. Et id quidẽ in multis ita ſe habere. Sępe vero ẽt noua incidere genera morboꝝ: ĩ q̃bus nihil adhuc vſus oſtẽderit. Et ideo neceſſariũ ſit animaduertere vnde ea cœperint: ſine quo nemo mortaliũ reperire poſſit cur hoc quã illo potius vtat̃. Et ob hæc q̃dẽ in obſcuro poſitas cãs perſequunt̃. Euidẽtes uero has appellãt: ĩ q̃bus quærũt iniciũ morbi calor attulerit an frigus: fames an ſacietas: & quæ ſimilia ſũt. Occurſuꝝ.n. uitio dicunt eũ qui originẽ nõ ignorauit. Naturales uero corporis actiones appellãt per quas ſpiritũ trahimus & emittimus: cibũ potionemq; aſſumimus & cõcoquimus: Itemq; per quas eadẽ hæc in oẽs mẽbroꝝ partes digerunt̃. Tũ requirunt ẽt quare venæ noſtrę mõ ſubmittãt ſe: mõ attollant. quę ratio ſomni: quæ vigiliæ ſit. Sine quoꝝ notitia nominẽ putãt vel occurrere: vel mederi morbis ĩter hæc naſcẽtibus poſſe. Ex q̃bus quã maxime pertinere ad rẽ concoctio vr̃. Huic potiſſimũ inſiſtũ & duce alij Eraſiſtrato atteri cibũ in ventre cõtendũt. alij Pliſtonico Praxagoræ diſcipulo putreſcere. alij credũt Hippocrati per calorẽ cibos cõcoqui. Accedũt quæ Aſclepiadis æmuli: qui oĩa iſta vana & ſuperuacua eſſe ꝓponunt. Nihil.n. cõcoqui: ſed crudã materiã ſicut aſſumpta ẽ in corpus oẽ deduci. Et hæc quidẽ ĩter eos paꝝ cõſtant. Illud vero cõuenit: aliũ dandũ cibũ laborantibus: ſi hoc: aliud: ſi illud veꝝ eſt. Nã ſi territ̃ intus: eũ quærẽdũ eẽ: qui facillime teri poſſit. Si putreſcit: eũ ĩ quo hoc expeditiſſimũ eſt. Si calor cõcoquit: eũ q̃ maxime calorẽ moueat. At nihil ex his eẽ quærendũ: ſi nihil cõcoquit̃. Ea vero ſumẽda quę maxime manẽt q̃lia aſſumpta ſũt. Eadẽq; rõne cũ ſpiritus grauis eſt: cũ ſomnus aut vigilia vrget: eũ mederi poſſe arbitrãtur: qui prius illa ipſa q̃liter eueniãt perceperit. Præter hęc cũ ĩ interioribus partibus & dolores & morboꝝ uaria genera naſcant̃: neminẽ putant his adhibere poſſe remedia: quæ ipſe ignoret. Neceſſariũ ergo eẽ incidere corpora mortuoꝝ: eoꝝq; uiſcere atq; ite

SO 346

ſtina ſcrutari. longeq; optime feciſſe Herophilū & Eraſiſtratū qui nocētes hoīes a regibus ex carcere acceptos: uiuos īciderint: Cōſiderarintq; ēt ſpiritu remanēt: ea quę natura ante clauſiſſet eorumq; poſiturā: colorē: figurā: magnitudinē: ordinē: duritiē: mollitiē liuorē: cortactū. ꝓceſſus deinde ſingulorꝝ & receſſus: & ſiue quid inſerit' alteri: ſiue quid partē alterius in ſe recipit. Neq;. n. cū dolor intus īcidit: ſcir' qd doleat eū: qui ꝗ parte quodq; viſcus inteſtinumue ſit: nō cognouerit. Neq; curari id qd' ægrū eſt poſſe ab eo qui quid ſit: ignoret. Et cū per uulnus alicuius uiſcera patefacta ſunt: eū qui ſane cuiuſquā colorē partis ignoret: neſcire quid itegrū: quid corruptū ſit. Ita ne ſuccurrere quidē poſſe corruptis. Aptiuſq; extrinſecus īponi remedia cōpertis interiorꝝ & ſedibus & figuris: cognitaq; eorū magnitudine. Simileſq; oīa quæ poſita ſūt rationes habere. Neq; eē crudele ſicut pleriq; ꝓponūt: hominū nocentiū & horꝝ quoq; paucorꝝ ſuppliciis remedia populis innocētibus ſæculorꝝ oīum quæri. Contra hi: qui ſe empiricos ab experiētia nomināt euidētes quidē cauſas ut neceſſarias amplectunt'. Obſcurarꝝ uero cauſarꝝ & naturaliū actionū quæſtionem ideo ſuperuacuā eſſe cōtendunt: qm̄ incomprehenſibilis natura ſit. Nō poſſe uero cōprehendi: patere ex eorꝝ: qui de his diſputarunt: diſcordia: Cū de iſta re: neq; iter ſapientiæ ꝓfeſſores: neq; inter ipſos medicos cōueiat. Cur. n. potius aliquis Hippocrati credat: ꝗ herophilo. Cur huic potius. ꝗ Aſclepiadi: Si ratiōes ſequi uelit: oīum poſſe uideri nō īprobabiles. Si curationes: ab oībus his ægros ꝑductos eē ad ſanitatē. Ita neq; diſputatiōi: neq; auctoritati cuiuſꝗ fidē derogari oportuiſſe. Etiā ſapiētiæ ſtudioſos maximos medicos eē: ſi ratiocinatio hoc faceret. nūc illis uerba ſupereſſe: deeſſe medēdi ſciam. Differre quoq; ꝓ natura locorꝝ: genera medicinæ: & aliud opus eē romæ: aliud in ægypto: aliud in gallia. Quod ſi morbos eæ cauſę facerēt: quę vbiq; eædē eſſent: remedia quoq; vbiq; eadē eē debuiſſent. Sępe ēt cāſ apparere. vtputa lippitudinis: vulneris: neq; ex his patere medicinā. Quod ſi ſciam hāc nō ſubiiciat euidens cā: multo minus eā poſſe ſubicere: quæ ī dubio ē. Cū igitur illa īcerta incōprehenſibilis ſit: a certis potius & exploratis petendū eē pſidiū: ideſt his: ꝗ experiētia in ipſis curationibꝯ docuerit: ſicut ī cæteris oībus artibus. Nā ne agricolā quidē: aut gubernatorem diſputatione: ſed vſu fieri. Ac nihil iſtas cogitatiōes ad medicinā pertinere. eo quoq; diſci: qd' qui diuerſa de his ſenſerint: ad eandē tñ ſanitatē homines perduxerint. Id. n. feciſſe: qa nō ab obſcuris cauſis: neq; a naturalibus actionibus: quæ apud eos diuerſæ erāt: ſed ab experimētis ꝓ vt cuiq; reſponderāt: medēdi vias traxerint. Ne iter initia quidē ab iſtis qōnibus deductā eſſe medicinā: ſed ab experimētis. Aegrorꝝ. n. q ſine medicis erāt: alios ꝓpter auiditatē primis diebus ꝓtinus cibū aſſumpſiſſe: alios ꝓpter faſtidiū abſtinuiſſe: leuatūq; magis eorꝝ morbū eē: qui abſtinuerant. Itēq; alios in ipſa febre aliquid ediſſe. alios paulo ante eā: alios poſt remiſſionē eius. optime deīde his ceſſiſſe qui poſt finē febris id fecerint. Eadēq; rōne: alios inter principia ꝓtinus vſos eē cibo pleniore: alios exiguo grauioreſq; eos factos: qui ſe iplerent. Hæc ſimiliaq; cū quottidie īcideret: diligētes homines notaſſe quę plerūq; melīꝰ reſpōderent: deīde ægrotātibus ea præcipere cœpiſſe: Sic medicinā ortā: ſubīde aliorꝝ ſalute: aliorꝝ īteritu pniciosa diſcernentē a ſalutaribꝰ: Reptis deīde medicinæ remediis hoīes de ratiōibus eorꝝ diſſerere cœpiſſe: nec poſt rationē medicinā eē īuētā ſed poſt īuentā medicinā: rationē eē quæſitā. Requirere ēt ſi rō idē doceat qd' experiētia: an aliud. Si idē: ſuperuacuā eē. Si aliud: ēt cōtrariā: Primo tñ remedia explorāda ſūma cura fuiſſe. nūc vero iā explorata eē: neq; vlla: aut noua genera morborꝝ repiri: aut nouā deſiderari medicinā. Quod ſi iā īcidat mali genus aliqd' ignotū: nō ideo tñ fore medi

dico de reb9 cogitandū obſcuris: ſed eū ꝓtinus viſuꝶ. cui morbo id ꝓximū ſit: tētatu rumq; remedia ſimilia illis: quæ vicino malo ſæpe ſuccurrerint: & p eius ſimilitudinē opē repertuꝶ. Neq;.n. ſe dicere cōſilio medicū nō egere: & irratiōabile aïal hāc artē poſ ſe pſtare: ſed has latentiū reꝶ cōiecturas ad rē nō pertinere: qa nō interſit: qd morbū fa ciat: ſed qd tollat. Neq; ad rē pertineat quomō: ſed qd optime digerat: Siue hac de cā cōcoctio icidat: ſiue de illa. & ſiue cōcoctio ſit illa: ſiue tantū digeſtio. Neq; quærendū eē quomō ſpiremus: ſed qd grauē tardumq; ſpiritū expediat. Neq; qd venas moueat: ſed qd quæq; motus genera ſignificent. Hæc aūt cognoſci experimētis: & in oïbus eiuſ modi cogitatiōibus in vtrāq; partē diſſeri poſſe. Itaq; ingeniū & facūdiā vincere: morbos aūt nō eloquētia ſed remedijs curari. Quæ ſi quis elinguis: vſu diſcreta bñ norit: hūc aliquāto maiorē medicū futuꝶ: q̄ ſi ſine vſu linguā ſuā excoluerit. Atq; ea quidē: de qbus ē dictū: ſuperuacua eē tantūmō. Id vero qđ reſtat ēt crudele: viuoꝶ hoïum aluū atq; pcordia icidi & ſalutis humanæ pſidē artē nō ſolū peſtē alicui: ſed hāc ēt atrociſſimā iferre: cū pſerti ex his: q̄ tāta violētia q̄rant: alia ñ poſſint oïo cognoſci: alia poſ ſint ēt ſine ſceler. Nā colorē: liuorē: mollitiē: duritiē: ſiliaq; oïa nō eē talia iciſo corpe q̄lia itegro fuerint. qa cū corpib9 iuiolatis: hæc tñ metu: dolore: iedia: cruditate: laſſitudine mille alijs mediocrib9 affectibus ſæpe mutent: multo magis verſimile ē iteriora: qbus maior mollities: lux ipſa noua ſit: ſub grauiſſimis uulneribus & ipſa trucidatōe mutari: Neq; quicq̄ eē ſtulti9: quā q̄le qdq; viuo hoïe ē tale exiſtimare eē moriēte: imo iā mortuo. Nā vteꝶ quidē q minus ad rē pertineat ſpirāte hoïe poſſe diduci? Simulat q; vero ferꝶ ad præcordia acceſſit: & diſciſſum trāſuerſum ſeptū ē: qđ mēbrana quadā ſuperiores partes ab iſerioribus diducit (diaphragma græci vocāt) hoïem ꝓtinus animā amittere. Ita demū mortui præcordia & viſcus oē icōſpectū latrocinātis medici dari: qđ neceſſe ſit tale eē: quale mortui ſit: nō q̄le viui fuit. Itaq; cōſequi medicum: vt hoïem crudeliter iugulet. nō vt ſciat q̄lia viui viſcera habeamus. Si qd tñ ſit: qđ adhuc ſpirāte hoïe cōſpectui ſubiciat: id ſæpe caſum offerre curātibus. Interdū.n. gladiatorē in harena: vel militē i acie: vel viatorē a latronibus exceptū ſic vulnerari: vt eius iterior aliqua pars aperiat: & in alio alia: ita ſedē: poſitū: ordinē: figurā: ſimiliaq; cognoſcere prudentē medicū nō cædē: ſed ſanitatē molientē: idq; per miſericordiā diſcere: qđ alij dira crudelitate cognouerint. Ob hoc ne mortuoꝶ qdē laceratōem neceſſarā eē. Quę & ſi nō crudelis: tñ fœda ſit: cū aliter plæraq; in mortuis ſe habeāt. Quantū vero in viuis cognoſci pōt ipſa curatio oſtēdat. Cū hæc p multa uolumina: perq; magnæ cōtentionis diſputatiōes a medicis ſæpe tractata ſint atq; tractētur ſubijciēdū ē q̄ ꝓxima uero uideri poſſint. Ea neq; addicta alterutri opiniōi ſunt: neq; ab utraq; nimiū abhorrētia: media quodāmodo iter diuerſas ſentētias. Quod in plurimis cōtentiōibus deprehēdere licet ſine ambitiōe uerū ſcruptātibus: vt in hac ipſa re. Namq; demū cauſæ uel ſecūdam ualetudinē præſtēt: uel morbos excitēt: quomō ſpiritus: aut cibus vel detrahat vel digerat: ne ſapiētiæ quidē ꝓfeſſores ſciētia cōprehēdunt: ſed cōiectura pſequūtur. Cuius aūt rei nō ē certa noticia: ei9 opinio certū reperire remediū nō pōt. Verūq; ē ad ipſam curādi rationē nihil plus cōferre: q̄ experientiā. Quanq̄ igit multa ſint ad ipſas artes ꝓprie nō pertinētia: tñ eas adiuuat excitādo artificis ingeniū. Itaq; iſta quoq; naturæ reꝶ cōtemplatio q̄uis nō faciat medicū aptiorem: tñ medicinæ reddit profectum. Veriq; ſimile ē & Hippocratē & Eraſiſtratū: & quicūq; alij nō cōtenti febres & vlcera agitarā: reꝶ quoq; naturā ex aliqua parte ſcrutati ſunt: nō ideo quidē medicos fuiſſe veꝶ ideo quoq; maiores medicos extitiſſe. Ratione vero opus eſt ipſi medicinæ

& ſi non inter obſcuras cauſas: neq; iter naturales actiones: tamen ſæpe. Eſt.n. hæc ars coniecturalis: neq; reſpondet ei plærunq; non ſolum cõiecturas: ſed ẽt experientia. Et interdum non febris: non cibus: nõ ſomnus ſubſequit' ſicut aſſueuit. Rarius: ſed aliqñ morbus quoq; ipſe nouus eſt: quem non incidere: manifeſte falſum eſt: cum ætate noſtra quãdã ex naturalibus partibus carne prolapſa & arente: intra paucas horas expirauerit: Sic vt nobiliſſimi medici: neq; gen9 mali: neq; remedium iuenerit: Quos ego nihil tentaſſe iudico: quia nemo in ſplendida perſona periclitari coniectura ſua voluerit: ne occidiſſe: niſi ſeruaſſet: videretur. Veri tñ ſimile eſt: potuiſſe aliquid cogitare detracta tali verecundia: & fortaſſe reſponſuꝝ fuiſſe id quod aliquis cẽt expertus. Ad qđ medicinæ genus neq; ſemper ſimilitudo aliquid confert & ſi qñ confert: tñ id ipſum rationale ẽ inter multa ſimilia genera & morboꝝ & remedioꝝ cogitare: quo potiſſimũ medicamento ſi vtendum. Cum igitur talis res incidit: medicus aliquid oportet inueniat: qđ non vtiq; fortaſſe: ſed ſæpius tñ etiam reſpondeat. Petet autem nouum quoq; conſilium non ab rebus latentibus (iſtæ.n. dubiæ & incertę ſunt:) ſed ab his quæ explorari poſſunt: ideſt euidentibus cauſis. Intereſt.n. fatigatio morbum: an ſitis: an frigus: an calor: an vigilia: an fames fecerit: an cibi: viniq; abundãtia: an intemperantia libidinis: Neq; ignorare hũc oportet: quæ ſit ægri natura: humidũ magis: an magis ſiccũ corpus eius ſit: validi nerui an infirmi: freqũẽs aduerſa valetudo an rara. ea quæ cũ eſt: væhemẽs eẽ ſoleat: an leuis: breuis: an longa. Quod is vitæ genus ſit ſecutus: laborioſum: an quietũ: cũ luxu: an cũ frugalitate. Ex his.n. ſimilibuſq; ſæpe curãdi noua rõ ducenda ẽ. Quãuis ne hæc quidẽ ſic præteriri debẽt: quaſi nullã cõtrouerſiã recipiant. Nã & Eraſiſtratus non ex his fieri morbos dixit: qm̃ & alij & ijdẽ alias: poſt iſta nõ febricitarent: & quidã medici ſæculi noſtri ſub auctore: vt ipſi videri volũt: Themiſone contẽdunt nullius cauſæ noticiã quicq; ad curationes pertinere: ſatiſq; eſſe quædã cõia morboꝝ intueri. Si quidem hoꝝ tria genera eẽ: vnum adſtrictũ: alteꝝ fluens tertium mixtũ. Nam mõ paꝝ excernere ægros: mõ nimium: mõ alia parte paꝝ: alia nimium. Hæc aũt genera morboꝝ: mõ acuta eẽ: mõ longa: & mõ increſcere: mõ cõſiſtere: mõ minui cõſueuerunt. Cognito igit' eo quod ex his ẽ: ſi corpus adſtrictũ ẽ: digerẽdum eẽ ſi profluuio laborat: cõtinendũ: ſi mixtum vitiũ habet: occurrẽdũ ſubinde vahemẽtiori malo. & aliter acutis morbis medendũ aliter vetuſtis: aliter increſcẽtibus: aliter ſubſtitẽtibus: aliter iã ad ſanitatẽ inclinãtibus. Hoꝝ obſeruationẽ medicinã eſſe: quã ita finiunt: vt quaſi viã quandã: quã methodon græci nominant. eorumq; quæ in morbis cõia ſunt: contemplatricẽ eſſe cõtendunt: ac neq; rõnalibus ſe neq; experimẽta tm̃ ſpectãtibus annumerari volũt: cum ab illis eo nomine diſſentiant qđ in cõiectura reꝝ latẽtium volũt eſſe medicinã: ab his eo quod paꝝ artis eẽ in obſeruatione experimẽtorũ credunt. Quod ad Eraſiſtratũ ptinet: primũ ipſa euidentia eius opiniõi repugnat: quia raro niſi poſt hoꝝ aliquid morbus venit. Deinde nõ ſequitur: vt qđ alium nõ afficit: aut eundẽ alias: id ne alteri quidem: aut eidem tpe alio noceat. Poſſunt eni quædã ſubeſſe corpori: vel ex infirmitate eius: vel ex aliquo affectu. quę vel i alio nõ ſũt: vel in hoc alias nõ fuerunt: eaq; per ſe nõ tãta vi cõcitant morbum: tñ obnoxiũ magis alijs iniurijs corpus efficiũt. Quod ſi cõtemplationẽ reꝝ naturæ: quam temere medici ſibi vendicant: ſatis cõprehendiſſet ẽt illud ſciſſet: nihil oĩo ob vnam cãm fieri ſed id pro cã apprehẽdi: qđ cõtuliſſe plurimũ vr̃. Põt aũt id dum ſolũ eſt nõ mouere: quod iunctũ alijs maxime mouet. Accedit ad hæc: quod ne ipſe quidem Eraſiſtratus qui tranſfuſo in arterias ſanguine febrẽ fieri dicit: idq; nimis repleto corpore incidere repperit: cur ex

duobus æq; repletis alter in morbum inciderit: alter omni periculo vacarit: qđ quotti
die fieri apparet: nõ diſcreuerit. Ex quo dici põt: vt vera ſit illa tranſfuſio: tñ illam non
per ſe cum plenũ corpus eſt fieri ſed cum hoꝝ aliquid acceſſerit. Themiſonis vero ęmu
li ſi perpetua quæ ꝓmittunt habent: magis ẽt q̃ vlli rationales ſunt. Neq;.n. ſiquis nõ
oĩa tenet quæ rõalis alius probat: ꝓtinus alio nouo nomine artis ĩdiget. Si mõ: quod
primum eſt. nõ memoriæ ſoli: ſed rõni quoq; inſiſtit. Si vero: quod ꝓpius eſt: vix vlla
perpetua pręcepta medicinalis ars recipit: idem ſunt qđ hi: quos experimenta ſola ſu-
ſtinent. Eo magis qm̃ ſi compreſſerit aliquem morbus an fuderit: quilibet ẽt imperi-
tiſſimus videt. Quid aũt cõpreſſum corpus reſoluat: quid ſolutum teneat: ſi a ratione
tractum ẽ: rationalis eſt medicus. Si vt ei q ſe rationalẽ negat: cõfiteri neceſſe eſt: ab ex
perientia empiricus ẽ. Ita apud eum morbi cognitio extra artem: medicina intra vſum
eſt. Neq; adiectum quicq̃ empiricoꝝ profeſſioni: ſed demptum eſt: qm̃ illi multa cir-
cunſpiciunt: hi tantum facillima & non plus q̃ vulgaria. Nam & hi qui pecoribus ac iu
mentis medentur: cum ꝓpria cuiuſq; ex multis animalibus noſſe non poſſint: commu
nibus tantummodo inſiſtunt. Et exteræ gentes cum ſubtilem medicinæ rationem nõ
nouerint: coĩa tantum vidẽt. Et qui ample valetudinarios nutriunt: quia ſingulis ſum
ma cura conſulere non ſubſtinent: ad coĩa iſta confugiunt. Neq; hercules iſtud & anti
qui medici neſcierunt: ſed his contenti non fuerunt. Ergo ẽt vetuſtiſſimus auctor Hip
pocrates dixit mederi oportere & coĩa & propria intuentem. Ac ne iſti quidem ipſi in
tra ſuam profeſſionem conſiſtere vllo modo poſſũt. Si quidem & compreſſorum &
fluentium morboꝝ genera diuerſa ſunt: faciliuſq; id in his quæ fluunt: inſpici poteſt.
Aliud eſt.n. ſanguinẽ: aliud bilẽ: aliud cibũ mouere: aliud deiectiõibus: aliud tormini
bꝰ laborare: aliud ſudore digeri: aliud tabe conſumi. Atq; in partes quoq; humor erũ
pit vt in oculos aureſq;. Quo periculo nullum humanũ membrum vacat: Nihil aũt
horum ſic: vt aliud curatur: Ita protinus in his a communi fluentis morbi cõtempla-
tione ad propriam medicina deſcendit. Atq; in hac quoq; rurſus alia ꝓprietatis noticia
ſæpe neceſſaria eſt. quia nõ eadem oĩbus ẽt in ſimilibus caſibus opitulantur. Si quidẽ
certæ quædã res ſunt: quæ in pluribus ventrẽ aut aſtringunt aut reſoluunt: Inueniunt̃
tñ in qbus aliter atq; in cæteris idẽ eueniat. In his ergo cõmuniũ inſpectio contraria ẽ:
proprioꝝ tantũ ſalutaris. Et cauſę quoq; æſtimatio ſæpe morbum ſoluit. Ergo ẽt inge
nioſiſſimus ſęculi noſtri medicus: quẽ nuper vidimus. Caſſius febricitãti cuidã & ma
gna ſiti affecto: cũ poſt ebrietatem eũ premi cœpiſſe cognoſceret: aquã frigidã ingeſſit.
Qua ille epota: cũ vini vim miſcẽdo fregiſſet: ꝓtinus febrem ſomno & ſudore diſcuſ-
ſit. Quod auxilium medicus oportune ꝓuidit: nõ ex eo: qđ aut ſtrictũ corpus erat:
aut fluebat: ſed ex cã: quæ ante præceſſerat. Eſtq; ẽt ꝓprium aliquid & loci & tẽporis
iſtis quoq; auctoribus: qui cum diſputãt quemadmodũ ſanis hominibus agendũ ſit:
præcipiũt vt grauibꝰ aut locis aut tẽporibus magis vitet̃ frigus: æſtus: ſacietas: labor:
libido: magiſq; vt cõquieſcat hiſdem aut locis aut tẽporibus ſi quis grauitatem corpo
ris ſentit: ac neq; vomitu ſtomachũ: neq; purgatiõe aluum ſolicitet. Quæ vera quidẽ
ſunt: a cõmunibus tñ ad quædam ꝓpria deſcendũt. niſi perſuadere nobis volunt: ſanis
quidem conſiderandum eſſe. qđ cælum: qđ tempus anni ſit: ægris vero non eſſe. Qui
bus tanto magis oĩs obſeruatio neceſſaria eſt: quanto magis obnoxia offenſis infirmi
tas ẽ. Quin ẽt morboꝝ in hiſdẽ hominibus aliæ atq; aliæ. ꝓprietates ſunt: & qui ſecũ
dis aliqñ fruſtra curatus ẽ: cõtrarijs ſępe reſtituit̃. Plurimaq; ĩ blãdo cibo diſcrimina re
periunt̃. Ex qbus cõtẽtus vno ero. Nã famẽ facilius fert adoleſcẽs quã puer: facilius in

denſo cælo: quam in tenui: facilius in hyeme quam æſtate: facilius vno cibo: quã pran dio quoq; aſſuetus: facilius inexercitatus: quam exercitatus homo ſuſtinet. Sæpe autem in eo magis neceſſaria cibi feſtinatio eſt: qui minus inediam tolerat. Ob quæ com pétit eum qui propria non nouit cõmunia tantum intueri debere: eumq; qui noſſe ꝓpria poteſt: illa quidem nõ oportere negligere: ſed his quoq; inſiſtere. Ideoq; cum par ſcientia ſit vtiliorem tñ medicum eſſe amicum: q̃ extraneum. Igitur vt ad propoſitũ meum redeam: rationalem quidẽ puto medicinam eſſe debere: inſtrui vero ab euidẽtibus cauſis: obſcuris oĩbus non a cogitatione artificis: ſed ab ipſa arte reiectis. Incidere autem viuoꝝ corpora & crudele & ſuperuacuum eſt: mortuoꝝ corpora diſcentib9 neceſſarium. Nam poſitum & ordinem noſſe debent. Quæ cadauera melius quam viuus & vulneratus homo repreſentãt: Sed & cætera quæ modo in viuis cognoſci poſ ſunt: in ipſis curationibus vulneratorũ paulo tardius. ſed aliquando mitius vſus ipſe mõſtrauit. His propoſitis primum dicam quemadmodũ ſanos agere cõueniat: tum ad ea tranſibo: quæ ad morbos curationeſq; eoꝝ pertinebunt.

Caput primum quemadmodum ſanos agere conueniat.

ſAnus homo qui & bene valet & ſuę ſpontis eſt: nullis obligare ſe legibus debet: ac neq; medico: neq; alipta egere. Hunc oportet variũ habere vitæ gen9 modo ruri eſſe: modo in vrbe: ſæpiuſque in agro: nauigare: venari: quieſcere interdum: ſed frequẽtius ſe exercere. Siquidem ignauia corp9 hebetat: labor firmat illa maturam ſenectutẽ: hic longam adoleſcẽtiam reddit. Prodeſt etiam interdũ balneo: interdum aquis frigidis vti: modo vngi: modo id ipſum negligere. nullũ cibi genus fugere: quo populus vtatur interdum in conuiuio eſſe: interdũ ab eo ſe retrahere modo plus iuſto: modo non amplius aſſumere. bis die potius: quam ſemel cibum capere & ſemper quamplurimum: dũmodo hunc concoquat. Sed vt huius generis exercitatiões: cibiq; neceſſarij ſunt: ſic athletici: ſuperuacui: Nam & intermiſſus ꝓpter ciuiles aliquas neceſſitates ordo exercitationis: corpus affligit: & ea corpora quæ more coꝝ repleta ſunt: celerrime & ſeneſcunt & ægrotant. Concubitus vero neq; nimis cõcupiſcendus neq; nimis pertimeſcendus eſt. Rarus corpus excitat. frequẽs ſoluit. Cũ autem frequens non numero ſit: ſed natura: ratione ætatis & corporis ſcire licet eum non inutilem eſſe: quem corporis neq; languor: neq; dolor ſequitur. Idem interdiu peior eſt: noctu tutior. ita tamen ſi neq; illum cibus: neq; hunc cum vigilia labor ſtatim ſequitur. Hæc firmis ſeruanda ſunt: cauendumq; ne in ſecũda valetudine: aduerſæ prę ſidia conſumantur.

Quæ ſtomacho imbecillis ſeruanda ſint. Caput. ij.

eT imbecillis ſtomacho: quo in numero magna pars vrbanoꝝ omneſq; pene cupidi litterarũ ſunt: obſeruatio maior: neceſſaria ẽ. vt quod vel corporis vel loci: vel ſtudij ratio detrahit: cura reſtituat. Ex his igitur qui bene concoxit: mane tuto ſurget. qui paꝝ quieſcere debet. & ſi mane ſurgendi neceſſitas fuerit: redormire. Qui nõ concoxit: ex toto conquieſcere: ac neq; labori ſe: neq; exercitatiõi: neq; negocio credere. Qui crudũ ſine prçcordioꝝ dolore ructat: is ex interuallo aquam frigidam bibere: & ſe nihilo minus continere. Habitare vero ædificio lucido per flatũ æſtiuum hibernum ſolem habẽte. cauere meridianum ſolẽ: matutinum & veſpertinũ frigus: itemq; auras fluminum atq; ſtagnoꝝ: minimeq; nubilo cælo ſoli aperiẽti ſe cõmittere: ne modo frigus: mõ calor moueat. Quæ res maxime grauedines deſtillationeſq; cõcitat. Magis vero grauib9 locis iſta ſeruãda ſunt: in qbus ẽt peſtilentiã faciũt.

Scire autem licet integrum corpus eſſe: cum quottidie mane vrina alba: dein ruſſa ē. Illud concoquere: hoc concoxiſſe ſignificat. Vbi experrectus eſt aliquis: paulum intermittere: deinde niſi hyems eſt: fouere os multa aqua frigida debet: longis diebus meridiari potius ante cibum: ſin minus: poſt eum. per hyemem potiſſimum totis noctibus conquieſcere. Sin lucubrandum eſt: non poſt cibum id facere: ſed poſt concoctionem. Quē interdiu vel domeſtica: vel ciuilia officia tenuerūt: huic tēpus aliquod ſeruādum curationi corporis ſui eſt. Prima aūt eius curatio exercitatio eſt: quæ ſemp antecedere cibum debet: in eo qui minus laborauit & bene cōcoxit amplior: in eo qui fatigatus eſt & minus concoxit remiſſior. Cōmode vero exercent: clara lectio: arma: pila: curſus: ambulatio. Atqꝫ hæc non vtiqꝫ plana cōmodior ē. Si quidem melius aſcēſus quoqꝫ & deſcenſus cum quadam varietate corpus moueat: niſi tñ id per quam imbecillum eſt. Melior aūt eſt ſub diuo: quam in porticu. melior ſi caput patitur in ſole: quam in vmbra. melior in vmbra quā parietes aut viridaria efficiūt: quam quæ tecto ſubeſt melior recta: quam flexuoſa. Exercitatiōis aūt plærunqꝫ finis eſſe debet ſudor: aut certe laſſitudo: quæ citra fatigationem ſit. idqꝫ ipſum: modo minus modo magis faciendum ē. Ac ne his quidem athletarum exemplo: vel certa eē lex: vel imodicus eē labor debet. Exercitationem recte ſequitur: mō vnctio vel in ſole vel ad ignem: modo balneum: ſed conclaui quā maxime & alto & lucido & ſpacioſo. Ex his vero neutrum ſæpe fieri oportet: ſed ſæpius alterutrū pro corporis natura. Poſt hæc paulum cōquieſcere opus eſt. Vbi ad cibū ventum eſt: nūquam vtilis ē nimia ſacietas. Sæpe inutilis nimia abſtinētia. ſæpe ſi qua intemperantia ſubeſt durior ē in potiōe quam in eſca. Cibus a ſalſamētis: oleribus: ſimilibuſqꝫ rebus melius incipit. Tum caro aſſumenda eſt quæ aſſa optima aut elixa eſt. Condita omnia. duabus de cauſis inutilia ſunt. quoniā & plus propter dulcedinem aſſumitur: & quod mō par eſt: tñ ægrius concoquit̄. Secunda menſa bono ſtomacho nihil nocet: in imbecillo coaceſit: Si quis itaqꝫ hoc paꝝ videlicet palmulas pomaqꝫ & ſimilia melius primo cibo aſſumit. Poſt multas potiones quæ aliquātum ſitim exceſſerunt: nihil edendum eſt. poſt ſacietatem: nihil agendum. Vbi expletus eſt aliquis: facilius concoquit: ſi quicquid aſſumpſit potione aq̄ frigidæ includit: tum pauliſper inuigilat: deinde bene dormit. Si quis interdiu ſe implebit: poſt cibum neqꝫ frigori. neqꝫ æſtui: neqꝫ labori ſe debet committere. Neqꝫ enim tam facile hęc inani corpore quā repleto nocent. Si quibus de cauſis futura inedia eſt: labor omnis uitandus eſt.

¶ Obſeruationes quædam prout res nouæ accidūt & corporū genera & ſexus & ætates & tempora anni ſunt. Caput. iij.

a Tqꝫ hæc quidem pene perpetua ſunt. Quaſdā aūt obſeruationes deſiderāt & nouæ res & corpoꝝ genera & ſexus & ætates & tempora anni. Nā neqꝫ ex ſalubri loco in grauē. neqꝫ ex graui in ſalubrem trāſitus ſatis tutus eſt. Ex ſalubri in grauē prima hyeme: ex graui in eū qui ſalubris ē prima æſtate tranſire melius ē. Neqꝫ vero ex multa fame. nimia ſacietas: neqꝫ ex nimia ſacietate fames idonea ē. Periclitaturqꝫ & qui ſemel & qui bis die cibū incontinēter contra conſuetudinē aſſumit. Itē neqꝫ ex nimio labore ſubitum ociū neqꝫ ex nimio ocio ſubitus labor ſine graui noxa ē. Ergo cū quis mutare aliquid uolet: paulatim debebit aſſueſcere. Omnē etiam laborē facilius vel puer vel ſenex: quam inſuetus homo ſuſtinet. Atqꝫ ideo quoqꝫ minus ocioſa vita vtilis non eſt: quia poteſt incidere laboris neceſſitas. Si quando tñ inſuetus aliquis laborauit: aut multo plus quā ſolet, ēt ſi qui aſſueuit: huic ieiuno dormiendū ē:

multo magis ſi etiam os amarum eſt: vel oculi caligant: aut vēter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantūmodo ieiuno eſt: ſed etiam in poſterꝝ diem permanendum: niſi cito id quies ſuſtulit. Quod ſi factū eſt. ſurgere oportet: & lēte paululū ambulare. At ſi ſomni neceſſitas nō fuit quia modice magis aliquis laborauit: tñ ingredi aliquid eodem mō debet. Cōia deinde omnibus ſunt poſt fatigationē cibum ſumpturis: vbi paulum ambulauerūt. ſi balneum non eſt: calido loco vel in ſole: vel ad ignem vngi atq; ſudare ſi ē ante oīa in tepidario reſidere: deinde vbi paulum conquieuerunt intrare & deſcendere in ſolium: tum multo oleo vngi leniterq; perfricari: iterum in ſolium deſcendere. Poſt hæc os aqua calida fouere: deinde frigida. Balneum his feruens idoneum non ē. Ergo ſi nimium alicui fatigato pene febris ē: huic abunde ē loco tepido demittere ſe inguinibus tenus in aquam calidam: cui paulum olei adiectum: deinde totum quidem corpus maxime tñ eas partes: quæ in aqua fuerunt leniter perfricare ex oleo: cui vinum & paulum cōtriti ſalis ſit adiectum. Poſt hæc omnibus fatigatis aptum ē cibum ſumere: eoq; humido vti: aqua vel certe diluta potione eſſe contentos maximeq; ea quæ moueat vrinam. Illud quoq; noſſe oportet: quod ex labore ſudanti frigida potio perniicioſiſſima ē. atq; etiam cū ſudor ſe remiſit itinere fatigatis inutilis. A balneo quoq; venientibus Aſclepiades inutilem eam iudicauit. Quod in his verꝝ ē: quibus aluus facile nec toto reſoluitur: quiq; facile inhorreſcunt: perpetuum in omnibus non ē: cum potius naturale ſit potione æſtuantem ſtomachum refrigerari: frigētem calefieri. Quod ita præcipio: vt tamen fatear ne ex hac quidē cauſa ſudanti adhuc frigidū bibendum eſſe. Solet ēt prodeſſe poſt variū cibū: frequenteſq; dilutas potōes: vomit⁹ & poſtero die longa quies: deinde modica exercitatio. Si aſſidua fatigatio vrget: inuicem modo aqua: modo vinum bibendum ē: raroq; balneo vtendum. Leuatq; laſſitudinem etiam laboris mutatio: eumq; : quem nouum genus eiuſdem laboris preſſit: id quod in cōſuetudine ē: reficit. Fatigato quotidianum cubile tutiſſimum ē: inſolitum contra laſſat. Quod enim contra cōſuetudinem ē: nocet: ſeu molle: ſeu durum ē. Propriequædam ad eum pertinent: qui ambulando fatigatur. Hunc reficit in ipſo quoq; itinere frequēs frictio. poſt iter: primum ſedile: deinde vnctio: tum calida aqua in balneo magis ſuperiores partes: q̄ inferiores foueat. Si quis vero exuſtus in ſole ē: huic in balneū protinus eūdum ē: perfundēdumq; oleo corpus & caput: & deīde in ſolium bene calidum deſcendendum ē: tum multa aqua per caput infundenda prius calida: deinde frigida. At ei qui perfrixit: opus eſt in balneo primum inuoluto ſedere donec inſudet: tum vngi: deinde lauari: cibum modicum: potiōes meracas aſſumere. Is vero qui nauigauit & nauſea preſſus ē: ſi multam bilem euomuit: vel abſtinere cibo debet: vel paulum aliquid aſſumere. Si pituitam acidam effudit vtiq; ſumere cibū ſed aſſueto leuiorem. ſi ſine vomitu nauſea fuit: vel abſtinere: vel poſt cibum vomere. Qui vero toto die: uel in uehiculo uel in ſpectaculis ſedet: huic nihil currēdū: ſed lente ambulādum ē. Lenta quoq; in balneo mora: dein cœna exigua ꝓdeſſe conſueuerūt. Si quis in balneo æſtuat: reficit hunc ore exceptū & in eo retentū acetū. Si id non ē: eodem mō frigida aqua aſſumpta. Ante oīa aūt norit quiſq; naturam ſui corporis. quoniā alij graciles alij obeſi ſūt: alij calidi: alij frigidiores: alij humidi: alij ſicci: alios aſtricta: alios reſoluta aluus exercet. Raro quiſquā nō aliquā partē corporis imbecillā habet. Tenuis uero hō īplere ſe debet: plen⁹ extenuare: calidus refrigerare frigidus calefacere: madēs ſiccare: ſiccus madefacere. itēq; aluū firmare is cui fuſa: ſoluere is: cui aſtricta ē. Succurrēdūq; ſp ꝑti maxīe laborāti ē. Implet āt corp⁹ modica exercitatio freq̄n

tior quies: unctio: & ſi poſt prandium ē balneum: contracta aluus: modicum frigus hyeme: ſomnus & plenus & nō nimis lōgus: molle cubile: animi ſecuritas: aſſumpta ꝑ cibos & potiōes maxime dulcia & pinguia: cibus & frequētior & quātus pleniſſimꝰ pōt concoqui. Extenuat corpus aqua calida ſiquis in eā deſcēdit: magiſq; ſi ſalſa ē: ī ieiunio balneū: inurens ſol: & oīs calor: cura: uigilia: ſōnus nimiū uel breuis: uel lōgus: lectus per æſtatem terra: hyeme duꝝ cubile: curſus: multa ambulatio: omniſq; uæhemēs exercitatio: uomitus: deiectio: acidæ res & auſteræ & ſemel die aſſumptæ epulæ & uini nō perfrigidi ieiuno potio in cōſuetudinem adducta. Cū uero inter extenuantia poſuerim uomitū & deiectionem: de his quoq; ꝓprie quedam dicēda ſunt. Eiectū eſſe ab Aſclepiade uomitū in eo uolumine: quod de tuēda ſanitate compoſuit: uideo. neq; reprehēdo: ſi offenſus eoꝝ ē conſuetudine: qui quottidie eijciendo uorādi facultatem moliunt̄. Paulo etiā longius proceſſit: idem purgatiōes quoq; eodem uolumine expulit. Et ſunt hæ pernicioſæ: ſi nimis ualentibus medicamētis fiunt. Sed hæc tamen ſubmouēda eſſe non ē perpetuum: quia corpoꝝ temporumq; ratio poteſt ea facere neceſſaria: dū & modo: & non niſi cum opus ē: adhibeantur. Ergo ille quoq; ipſe ſi quid iam corruptum eſſet: expelli debere confeſſus eſt. Ita non ex toto res condemnanda ē. Sed eſſe eius etiam plures cauſæ poſſunt. eſtq; in ea quædam paulo ſubtilior obſeruatio adhibenda. Vomitus utilior eſt hyeme: quam æſtate. Nam tum & pituitæ plus: & capitis grauitas maior ſubeſt. Inutilis ē gracilibus: & imbecillū ſtomachū habentibus. Vtilis ē plenis & bilioſis omnibus: ſi vel nimium ſe replerūt: vel parū cōcoxerunt. Nam ſiue plus ē: quam quod concoqui poſſit: periclitari ne corrumpatur: nō oportet. Si vero corruptum ē: nihil cōmodius eſt: quam id: qua via primū expelli poteſt: eijcere. Itaq; vbi amari ructus cum dolore & grauitate præcordiorum ſūt: ad hunc protinus cōfugiendum eſt. Item prodeſt ei: cui pectus æſtuat: & frequēs ſaliua: vel nauſea ē: aut cui ſonant aures: aut madent oculi: aut os amarum ē. Similiterq; ei: qui vel cælū: vel locum mutat: hiſq; quibus: ſi per plures dies nō vomuerūt. dolor pręcordia infeſtat. Neq; ignoro inter hæc præcipi quietē. quæ non ſemper contingere pōt agendi neceſſitatē habentibus: nec in omnibus idem facit. Itaq; iſtud luxuriæ cauſa fieri nō oportere confiteor. Interdum valetudinis cauſa recte fieri experimētis credo. Cōmoneo tamen ne quis: qui valere & ſeneſcere volet: hoc quottidianū habeat. Qui vomere poſt cibū volet: ſi ex facili facit: aquā tm̄ tepidā ante debet aſſumere. ſi difficiliꝰ: aquæ: vel ſalis: vel mellis paulū adijcere. At qui mane vomiturus eſt: ante bibere mulſum: vł iſopū: aut eſſe radiculā debet. deinde aquā tepidā ut ſupra ſcriptum ē: bibere. Cætera q̄ antiqui medici ꝓceperunt: ſtomachū oīa infeſtāt. Poſt vomitū: ſi ſtomachꝰ īfirmus ē: paulū cibi: ſed huius idonei: guſtandū: & aq̄ frigidæ cyathi tres bibēdi ſūt. Si āt vomitꝰ fauces exaſpauit: qui vomuit: ſi mane id fecit ābulare debet: tū ungi: deide cœnare. Si poſt cœnā: poſtero die lauari. & ī balneo ſudare. hinc ꝓximus cibꝰ: mediocris vtilior ē: iſq; eē debet cū pāe heſterno: vino auſtero meraco: & carne aſſa cibiſq; oibꝰ q̄ ſicciſſimis. Qui vomere bis ī mēſe vult: meliꝰ cōſulet: ſi biduo cōtinuarit: q̄ ſi poſt qntū decimū diē vomuerit: niſi hęc mora grauitatē pectori faciet. Deiectio autē medicamēto quoq; petēda ē: vbi vēter ſuppreſſus paꝝ reddit: ex eoq; inflāmatoēs: caligines: capitis dolores. aliaq; ſuꝑioris partis mala īcreſcūt: quid. n. inter hæc adiuuare poſſūt quies & inedia q̄ ꝑ illas maxime eueniūt: Qui eijcere volet: primū cibis viniſq; vtet̄ his: q̄ hoc præſtāt: Dehinc ſi paꝝ illa ꝓficiēt: aloen ſumat. Sed purgatiōes quoq; vt interdū neceſſarię ſūt: ſic vbi frequētes ſunt. ꝑiculū afferūt. Aſſueſcit. n. nō ali cor

pus: & ob hoc infirmũ erit: cum omnibus morbis obnoxia maxime infirmitas ſit. Calefacit aũt vnctior: aqua ſalſa: magiſq; ſi calida eſt. oĩa ſalſa: amara: carnoſa: ſi poſt cibum eſt balneũ: vinũ auſterũ. Refrigerat in ieiunio & balneũ & ſomnus niſi nimis longus eſt & oĩa acida: aqua q̃ frigidiſſima: oleũ ſi aquæ miſceatur. Humidũ aũt corpus efficit labor maior q̃ ex cõſuetudine: freq̃ues balneũ: cibus plenior: multa potio: poſt hac ambulatio & vigilia. Per ſe quoq; ambulatio multa & væhemẽs & matutina exercitatio & nõ protinus cibus adiectus: ea genera eſcæ quę veniũt ex locis frigidis & pluuijs & irriguis: Cõtra ſiccat modica exercitatio: fames: vnctio ſine aqua: calor: ſol modicus. frigida aqua cibus exercitatiõi ſtatim ſubiectus: & is ipſe ex ſiccis & æſtuoſis locis veniẽs. Aluum aſtringit labor: ſedile: creta figularis corpori illita: cibus ĩminut9: & is ipſe ſemel die aſſumptus ab eo qui bis ſolet: exigua potio neq; adhibita niſi cũ cibi quis quantũ aſſumpturus ẽ cepit: poſt cibũ quies. Cõtra ſoluit aucta ambulatio atq; eſca: poſt motus qui poſt cibũ ẽ: ſubĩde potiões cibo ĩmixtæ. Illud quoq; ſcire oportet: qͩ vẽtrẽ vomitus ſolutũ cõprimit: cõpreſſum ſoluit. Ideq; cõprimit is vomitus: q ſtatim poſt cibũ eſt: ſoluit is qui tarde ſupuenit. Quod ad ætates vero pertinet: ineдiã facillime ſuſtinent mediæ ætates: minus iuuenes: minime pueri & ſenectute confecti. Quo minus fert facile quiſq;: eo ſæpius debet cibũ aſſumere, maximeq; eo eget qui increſcit. Calida lauatio & pueris & ſenibus apta ẽ. Vinũ dilutius pueris: ſenibus meracius. neutri ætati q̃ inflatiões mouent. Iuuenũ minus quæ aſſumãt & quõ curentur: intereſt. Quibus iuuenibus fluxit aluus plerũq; ĩ ſenectute cõtrahit͛. quibus in adoleſcẽtia fuit aſtricta: ſępe in ſenectute ſoluit͛. Melior eſt aũt in iuuene fuſior: in ſene aſtrictior. Tẽpus quoq; anni cõſiderare oportet. Hyeme plus eſſe cõuenit: minus: ſed meracius bibere: multo pane vti: carne potius elixa: modice oleribus: ſemel die cibũ caper͛: niſi ſi nimis venter aſtrictus ẽ. Si prandet aliquis: vtilius ẽ exiguum aliquid & ipſũ ſiccum ſine carne: ſine potiõe ſumere. Eo tpe anni calidis oĩbus potius vtẽdum eſt: vel calorẽ mouẽtibus. Venus tũ non æque pernicioſa ẽ. At vere paulũ cibo demẽdum: adijciendũq; potiõi: ſed dilutius tñ bibẽdum eſt: magis carne vtẽdum. magis olerib9: trãſeũdum paulatim ad aſſa ab elixis: Venus eo tpe anni tutiſſima ẽ. Aeſtate vero & potione & cibo corpus ſæpius eget. Ideo prãdere quoq; cõmodum eſt. Eo tpe aptiſſima ſunt & caro & olus: potio quã dilutiſſima: vt & ſitim tollat: nec corpus incendat: frigida lauatio: caro aſſa: frigidi cibi: vel qui refrigerẽt Vt ſępius aũt cibo vtẽdum: ſic exiguo ẽ. Per autũnum propter cæli varietatem periculũ maximum ẽ. Itaq; neq; ſine veſte: neq; ſine calciamẽtis prodire oportet: præcipueq; diebus frigidioribus: neq; ſub diuo nocte dormire: aut certe bene operiri. Cibo vero iã paulo pleniore vti licet: min9: ſed meracius bibere Poma nocere quidã putant: quæ ĩmodice toto die plerunq; ſic aſſumũtur ne quid ex denſiore cibo remittatur. Ita nõ hæc ſed conſumatio omnium nocet. Ex quibus in nullo tñ minuſq̃ in his noxæ ẽ. Sed his uti non ſępius quam alio cibo conuenit. Deniq; aliquid denſiori cibo cum hic accedit: neceſſarium ẽ demi. Neq; ęſtate uero neq; autumno utilis uenus eſt. Tolerabilior tamen per autumnum: æſtate in totum ſi fieri poteſt abſtinendum.

¶De his: qui aliq̃ pte corpis laborãt: & primũ de his qb9 caput ĩfirmũ ẽ. Caput. iiij.

P Roximũ ẽ ut de his dicam: qui partes aliquas corporis imbecillas habent. Cui caput infirmum ẽ: is ſi bene cõcoxerit: leniter perfricar͛ id mane manib9 ſuis debet. nũquam id: ſi fieri poteſt: ueſte uelare: aut ad cutẽ tõderi: Vtileq; lunam vitare: maximeq; ante ipſum lunæ: ſoliſq; cõcurſum. ſed nuſquã poſt cibum p

gredi. Si cui capilli ſunt: eos quottidie pectere multũ ambulare. ſed ſi licet neq; ſub tecto neq; in ſole. Vbiq; autem vitare ſolis ardorem: maximeq; poſt cibum & vinũ potius vngi: q̃ lauari: nunq̃ ad flãmam vngi: interdũ ad prunam. Si in balneum venit: ſub veſte primum paulum in tepidario inſudare: ibi ungi: tum tranſire in calidarium. vbi ſudabit: in ſolium non deſcendere: ſed multa calida aqua per caput ſe totũ perfundere: tum trepida: dein frigida: diutiuſq; ea caput: quam cęteras partes perfundere: deinde id aliquandiu perfricare: nouiſſime detergere & vngere. Capiti nihil æque prodeſt atq; aqua frigida. Itaq; is cui hoc infirmũ eſt: per æſtatem id bene largo canali quottidie debet aliquãdiu ſubijcere. Semper aũt etiam ſi ſine balneo vnctus eſt: neq; totum corpus refrigerare ſuſtinet: caput tñ aqua frigida perfundere. Sed cum cęteras partes attingi nolit: demittere id ne ad ceruices aqua deſcendat: eamq; ne quid oculis: alijſue partibus noceat defluẽtem ſubinde manibus ad os regere. Huic modicus cibus neceſſarius eſt: quem facile cõcoquat. iſq; ſi ieiunio caput læditur: aſumẽdus etiam medio die eſt. Si nõ lęditur ſemel potius. Bibere huic aſſidue vinum dilutũ: leue: quam aquã magis expedit: vt cum caput grauius eſſe cœperit: ſit quo confugiat. eiq; ex toto neq; vinum neq; aqua ſemper vtilia ſunt. medicamẽtum vtrumq; eſt: cum inuicẽ aſſumitꝰ. Scribere: legere: voce cõtendere huic opus nõ eſt vtiq; poſt cœnã: poſtq̃ nec cogitatio quidem ei ſatis tuta eſt: maxime tñ vomitus alienus eſt.

¶De his qui lippitudine: grauedine deſtillatiõe: tonſilliſq; laborãt. Caput. v.

f Eq; vero his ſolis quos capitis imbecillitas torquet vſus aquæ frigidæ ꝓdeſt ſed his ẽt: quos aſſidue lippitudines: grauedines: deſtilatiões: tonſillięq; male habẽt: His autem non caput tñ quottidie perfundendũ eſt: ſed os quoq; multa frigida aqua fouendũ eſt. Præcipueq; oĩbus quibus hoc vtile auxiliũ eſt: eo vtẽdũ eſt vbi grauius cælũ auſtri reddiderũt. Cumq; oĩbus inutilis ſit poſt cibũ aut contẽtio: aut cogitatio animi: tũ his præcipue: q̃ vel capitis vel arteriæ dolores habere cõſuerũt vel quoſlibet alios oris affectus. Vitari ẽt grauedines: deſtillatiõeſq; poſſunt: ſi quã minime eũ: qui his oportunus eſt: aerẽ: uel loca aquaſq; mutet. ſi caput ĩ ſole ꝓtegit ne incendatꝰ: ne ue ſubitũ ex repẽtino nubilo frigus id moueat. Si poſt cõcoctionem ieiunus caput radit. Si poſt cibum neq; legit: neq; ſcribit.

¶Ad ſolutam aluum remedia. Caput. vj.

q Vem uero freq̃uẽter cita aluus exercet: huic opus ẽ pila ſimilibuſq; ſupiores ptes exercere: dũ ieiunus ẽ ambulare: uitare ſolis nimiũ ardorẽ: cõtinua balnea: ungi citra ſudorẽ: nõ uti cibis uarijs: minimeq; uirulentis aut leguminibus: oleribuſue his quæ celeriter deſcẽdũt: oĩa deniq; fugere q̃ tarde cõcoquũtꝰ. Venatio: duriq; piſces: & ex domeſticis aĩalibus aſſa caro maxime iuuãt. Nunquã uinũ ſalſũ bibere expedit: ne tenue quidẽ aut dulce: ſed auſteꝝ & plenius: neq; id ipſũ puetus. Si mulſo uti uolet: id ex decocto melle faciẽdũ ẽ. Si frigidę potiões uentrẽ eius nõ turbãt: his utẽdum potiſſimũ eſt. Si quid offenſæ ĩ cœna ſenſit: uomere debet: idq; poſtero quoq; die facere. tertio modici ponderis panẽ ex uino eſſe: adiecta uua. uel olea: uel ex defruto: ſimilibuſq; alijs. deinde ad cõſuetudinem redire. Sẽper aũt poſt cibum cõquieſcere: ac neq; intẽdere animum: neq; ambulatione quãuis leui dimoueri.

¶Remedia ad coli dolorem. Caput. vij.

e T ſi laxius inteſtinum dolere conſueuit: quod colum nominant: cũ id nihil niſi genus ĩflationis ſit: id agẽdum eſt: ut cõcoquat aliquis: ut lectione & alijs generibus exerceatꝰ: utatꝰ balneo calido: cibis quoq; & potõibus calidis: de

niq; omnimō frigus euitet. itē dulcia oīa: leguminaq; & quicquid inflare cōſueuit.

¶ Quæ agenda ſint ſtomacho laborantibus. Caput. viij.

ſ Iquis vero ſtomacho laborat: legere clare debet poſt lectionē ambulare: tū pila: vel armis: alioue quo genere: quo ſuperior pars mouet̃: exerceri. Non aquā: ſed vinum calidū bibere ieiun9: Tum cibum bis die aſſumere: ſic tñ vt facile concoquat: Vti vino tenui & auſtero: & poſt cibū frigidis potiōibus poti9. Stomachum aūt infirmū indicant: pallor: macies: præcordioꝝ dolor: nauſea & nolentium vomitus: in ieiuno dolor capitis. Quē quo nō ſunt: is firmi ſtomachi ē. Neq; credēdum vtiq; noſtris ē: qui cū in aduerſa valetudine vinū aut frigidā aquam concupierunt: delitiaꝝ patrocinium in accuſationem nō merētis ſtomachi habēt. At qui tarde cōcoquunt: & quoꝝ ideo præcordia inflant̃ quiue ꝓpter ardorem aliquē noctu ſitire cōſuerunt: antequam cōquieſcant: duos treſue cyathos per tenuem fiſtulā bibāt. Prodeſt ēt aduerſus tardam concoctionē clare legere: deinde ambulare tū vel vngi: vel lauari aſſidue: vinū frigidum bibere: & poſt cibū magnā potionē: ſed vt ſupra dixi per ſiphonē. deinde oēs potiones aqua frigida includere: Cui vero cibus aceſcit: is ante eum bibere aquam egelidam debet & vomere. At is cui ex hoc frequēs deiectio incidit: quotiens aluus ei cōſtiterit: frigida potione potiſſimum vtatur.

¶ Quid obſeruandum ſit dolore neruoꝝ laborantibus. Caput. ix.

ſ I cui vero dolere nerui ſolent: quod in podagra. chiragraue eſſe cōſueuit: huic quantum fieri poteſt: exercendum id eſt. quod affectum eſt: obijciendumq; labori & frigori: niſi cū dolor increuit. Sub diuo quies optima ē. Venus ſemper inimica eſt Concoctio: ſicuti in oībus corporis affectibus neceſſaria eſt. Cruditas. .n. id maxime lædit. & quotiēs offēſſum corpus eſt: viciosa pars maxime ſentit. Vt cōcoctio autē oībus vitijs occurrit: ſic rurſus alijs frigus: alijs calor. Quæ ſequi quiſq; ꝓ habitu corporis ſui debet. Frigus inimicū eſt ſeni: tenui: vulneri: ꝑcordijs: iteſtinis: veſicæ: auribus: coxis: ſcapulis: naturalibus: oſſibus: dētib9: neruis: vulue: cerebro. Idem ſummā cutē facit pallidā: aridam: durā: nigrā. Ex hoc horrores. tremoreſq; naſcunt̃. At ꝓdeſt iuuenibus & oībus plenis. erectiorq; mens eſt & melius cōcoquit̃ vbi frigus quidē eſt: ſed cauet̃. Aqua vero frigida infuſa præter quam capiti ēt ſtomacho ꝓdeſt. Item articulis doloribus: qui ſunt ſine vlceribus. itē rubicūdis nimis hominibus: ſi dolore vacant. Calor autē adiuuat oīa: quę frigus infeſtat. itē lippientes: ſi nec dolor: nec lacrimæ ſunt. Neruos quoq;: qui contrahunt̃ ꝑcipueq; ea vlcera: quæ ex frigore ſunt. Idē corporis colorem bonū facit: vrinam mouet. Si nimius ē: corpus effœminat: neruos emolit: ſtomachū ſoluit. Minime vero aut frigus: aut calor tuta ſunt: vbi ſubita inſuetis ſūt. Nā frig9 lateris dolores: aliaq; vitia: frigida aq̃ ſtrumas excitat. Calor cōcoctionē ꝓhibet: ſomnū aufert: ſudorē digerit obnoxiū morbis peſtilētib9 corp9 efficit.

¶ Obſeruatio in peſtilentia. Caput. x.

e St ēt obſeruatio neceſſaria: qua quis in peſtilētia vtatur adhuc integer: cum tñ ſecurus eſſe non poſſit: Tum igitur oportet peregrinari: nauigare. Vbi id nō licet: geſtari ambulare ſub diuo ante æſtum leniter: eodemq; mō vngi: & vt ſupra compræhenſum eſt: vitare fatigationem: cruditatem: frigus: calorem: libidinem: multoq; magis ſe continere ſi qua grauitas in corpore eſt. tum neq; mane ſurgēdum: neq; pedibus nudis ambulandum eſt: minimeq; poſt cibum aut balneum. neq; ieiuno neq; cœnato vomendum eſt. Neq; mouenda aluus. atq; etiam ſi per ſe mota eſt: comprimenda eſt. Abſtinēdum potius ſi plenius corpus eſt: Itemq; vitādum bal

neum : ſudor: meridianus ſomnus vtiq;: ſi cibus quoq; anteceſſit: qui tñ ſemel die tunc commodius aſſumit: inſuper & modicus: ne cruditatem moueat. Alternis diebus inuicem modo aqua: modo vinū bibendum eſt. Quibus ſeruatis ex reliqua victus conſuetudine quam minimum mutari debet. Cum vero hæc i oī peſtilentia facienda ſint: tum in ea maxime: quam auſtri excitarint: Atq; etiam peregrinantibus eadem neceſſaria ſunt: vbi graui tempore anni diſceſſerunt ex ſui ſedibus: vel vbi in graues regiões venerunt. Ac ſi cætera res aliqua prohibebit: vtiq; abſtinere debebit. Atq; ita ab vino ad aquam ab hac ad vinum eo qui ſupra poſitus eſt modo tranſitus ei eſſe.

## CORNELII CELSI DE MEDECINA LIBER SECVNDVS.

i Nſtantis autem aduerſæ valetudinis ſigna complura ſunt. In quibus explicandis non dubitabo auctoritate antiquoꝝ virorum vti maximeq; Hippocratis: cum recentiores quoq; medici: quamuis quædam in curationibus mutarint: tñ hæc illum optime præſagiſſe fateātur. Sed antequam dico quibus præcedentibus morboꝝ timor ſubſit: non alienum videtur exponere. quę tempora anni: quę tempeſtatū genera: quæ ptes ætatis: qualia corpora maxime tuta: vel periculis oportuna ſint. quod genus aduerſæ valetudinis in quoq; timeri maxime poſſit. Nō quo nō omni tpe in omni tempeſtatum genere oīs ætatis: omnis habitus hominum per omnia genera morboꝝ & ægrotent & moriantur: ſed quod frequentius tñ quædam eueniant. Ideoq; vtile eſt ſcire vnumquenq; quid & quando maxime caueat.

¶ Quę anni tēpora: quę tempeſtatū genera: quæ partes ætatis qualia corpora vel tuta vel morbis oportuna ſunt: & qđ valetudinis gen9 in quoq; timeri poſſit. Caput. I.

i Gitur ſaluberrimum ver eſt: proxima deinde ab hoc hyems: periculoſior æſtas. Autumnus lōge periculoſiſſimus. Ex tempeſtatibus vero optimæ æquales ſunt: ſiue frigidæ: ſiue calidæ: peſſimę: quæ variāt maxime. Quo fit vt autūnus plurimos opprimat. Nam fere meridianis tpibus calor: nocturnis atq; matutinis: ſimulq; etiam veſpertinis frigus eſt. Corpus ergo & æſtate & ſubinde meridianis caloribus relaxatum: ſubito frigore excipitur. Sed vt eo tpe id maxime fit: ſic qñcunq; euenit noxium eſt. Vbi æqualitas autem eſt: tñ ſaluberrimi ſunt ſereni dies: meliores pluuij: quam tñ nebuloſi aut nubili: optimiq; hyeme: qui omni vento vacant: ęſtate quibus fauonij perflāt. Si genus aliud ventoꝝ eſt: ſalubriores ſeptentrionales q̄ ſubſolani vel auſtri ſunt. Sic tñ vt in hæc interdum regionum ſorte mutentur. Nam fere ventus vbiq; a mediterraneis regiōibus veniens: ſalubris: a mari grauis eſt. Neq; ſolum in bono tempeſtatum habitu certior valetudo ē: ſed priores morbi quoq;: ſi qui inciderunt: leuiores ſunt & prumptius finiuntur. Peſſimum ergo cęlū eſt: q̄ ægrum fecit: adeo vt in id quoq; genus: quod natura peius eſt in hoc ſtatu: ſalubris mutatio ſit. At ætas media tutiſſima eſt: quæ neq; iuuentæ calore: neq; ſenectutis frigore infeſtatur. Longis morbis ſenectus: acutis adoleſcentia magis patet. Corpus aūt habiliſſimū quadratum eſt: neq; gracile: neq; obeſum. Nam longa ſtatura vt in iuuenta decora eſt: ſic matura ſenectute cōficitur. Gracile corpus: infirmum: obeſum: hebes eſt. Vere tñ maxime quæcunq; humoris motu nouant in metu eſſe conſuerūt. Ergo tum lippitudines: puſtulæ: profuſio ſanguinis: abſceſſus corporis: quæ apoſtemata græci nominant: bilis atra: quam melancholiam appellant: inſania, morbus co

initialis: angina: grauedines: deſtillationes oriri ſolent: Hi quoq; morbi: qui in articu-
lis: neruiſque modo vrgent: modo quieſcunt: tum maxime & incohantur & repetunt.
At æſtas non quidē vacat pleriſq; ab his morbis: ſed adijcit febres: vel continuas: vel
ardētes: vel tertianas: vomitus alui: deiectiões: auricularꝝ dolores: vlcera oris: cācros
& in cæteris quidē partibus: ſed maxime obſcenis: & quicquid ſudore hominem reſol
uit. Vix quicquā ex his in autumnū non incidit: ſed oriuntur eo quoq; tempore febres
incertæ: lienis dolor: aqua inter cutē. tabes: quam græci ptiſin nominant: vrinæ diffi
cultas: quam ſtranguriam appellant: tenuioris inteſtini morbus: quē ileon nominãt.
Fit item lenitas inteſtinorum: quæ lienteria vocatur. coxæ dolores: morbi comitiales.
Idemq; tempus & diutinis malis fatigatos & ab æſtate tm̄ proxima preſſos interimit
& alijs nouis morbis conficit: & quoſdam longiſſimis implicat: maximeq; quartanis:
quæ per hyemem quoq; exerceant. Neq; aliud magis tempus peſtilentiæ patet: cuiuſ-
cunq; ea generis ē quanuis varijs rationibus nocet. Hyems āt capitis dolores: tuſſim
& quicquid in faucibus: in lateribus in viſceribus mali cōtrahitur: irritat. Ex tempeſta
tibus aquilo tuſſim mouet: fauces exaſperat: ventrem aſtringit: vrinā ſupprimit: hor
rores excitat: item dolores lateris & pectoris. Sanum tamen corpus ſpiſſat & mobi-
lius atq; expeditius reddit. Auſter aures hebetat ſenſus tardat: capitis dolores mouet
aluum ſoluit: totum corpus efficit hebes humidum: lãguidum. Cæteri venti quo vel
huic vel illi propriores ſunt: eo magis vicinos his illiſue affectus faciunt. Deniq; om
nis calor: & iecur & lienem inflammat: mentem hebetat: vt anima deficiat: vt ſanguis
prorumpat efficit. Frigus modo neruorum diſtentionem modo rigorem infert illud
σπασμοσ idest ſpaſmus: hoc τετανοσ .i. taſmus græce nomiatur: nigritiem in vlceri
bus: horrorem in febribus excitat. In ſiccitatibus acutæ febres: lippitudines: tormina:
vrinæ: difficultas: articulorꝝ dolores oriuntur. Per ibres longæ febres: alui deiectiones
angina: cancri: morbi comitiales: reſolutio neruorꝝ: q̄ paralyſin græci nominant. Ne
q; ſolū intereſt q̄les dies ſint: ſed ēt q̄les ante preceſſerint. Si hyems ſicca ſeptentriōales
ventos habuit ver autem auſtros & pluuias exhibet: fere ſubeunt lippitudines: tormi-
na: febres: maximeq; in mollioribus corporibus: ideoq; precipue in mulieribus. Si vero
auſtri: pluuiæq; hyemē occuparunt: ver autem frigidum & ſiccū eſt: grauidæ quidē fœ
minæ quibus tum adeſt ptus abortu periclitantur. Hæ vero quæ gignunt: imbecillos
vixq; vitales edunt. Cæteros lippitudo arida: & ſi ſeniores ſunt: grauedines atq; deſtil
lationes male habent. At ſi a prima hyeme auſtri ad vltimum ver continuarūt: laterū
dolores & inſania febricitantiū: quā phreneſin appellant: quā celerrime rapiunt. Vbi
primo calor a primo vere orſus æſtatem quoq; ſimilem exhibet neceſſe eſt multum ſu
dorem in febribus ſubſequi. At ſi ſicca æſtas aquilones habuit: autūno vero ibres: au-
ſtriq; ſunt: tota hyeme: quæ proxima eſt: tuſſis: deſtillatio: raucitas: in quibuſdam ēt
tabes oriuntur. Sin autem autumnus quoq; æq; ſiccus hiſdem aquilonibus perflatur:
oibus quidem mollioribus corporibus: inter quæ muliebria eſſe propoſui: ſecunda va
letudo contingit. Durioribus vero inſtare poſſunt & aridæ lippitudines: & febres par
tim acutæ: partim longæ: & hi morbi: qui ex atrabile naſcuntur. Quod ad ætates ve-
ro pertinet. pueri: proximeq; his: vere optime valent & æſtate prima tutiſſimi ſunt. Se
nes æſtate & autūni prima parte. Iuuenes hyeme. quiq; inter iuuentā ſenectuteq; ſunt.
inimicior ſenibus hyems: æſtas adoleſcentibus eſt. Tū ſi qua ibecillitas orit̃ proximū
eſt vt infantes: teneroſq; adhuc pueros ſerpentia vlcera oris: quæ aphthas græci nomi-
nãt: vomitus: nocturnæ vigiliæ: auriū humor: circa vmbilicū inflãmationes exerceãt.

Proprie ēt dētientiū gingiuarū exulcerati͞oes: diſtētiones neruoꝝ: febriculæ: alui deie-ctiones: maximeq; caninis dētibus orietibus male habēt. Quæ pericula pleniſſimi cu iuſq; ſūt: & cui maxīe vēter aſtrictus ē. At vbi ætas paulū ꝓceſſit: glādule & vertebraꝝ q̄ in ſpina ſūt: aliquæ īclinatiōes: ſtrumæ: verrucaꝝ quædā genera dolētia: (acrochordōas græci appellāt) & plura alia tubercula oriūt᷑. Incipiēte vero iā pube ex hiſdē multæ & lōge febres: ſāguinis ex narib9 curſus. Maxīeq; oīs puericia primū circa q̄dragesimū diē: deīde ſeptimo mēſe: tū ſeptimo āno: poſtea circa pubertatē piclitat᷑. Si qua ēt genera morboꝝ ī infātē inciderūt: ac neq; pubertate: neq; primis coitib9: neq; ī fœmīa primis mēſtruis finita ſūt: fere lōga ſūt. Sepius tn̄ morbi pueriles: q diutius māſerūt: termināt᷑. Adoleſcētia morbis acutis: itē comitialibus: tabiq; maxīe obiecta eſt: fereq; iuuenes ſūt. q ſāguinē expuūt. Poſt hāc ætatē lateꝝ & pulmōis dolores: lethargus: colera: īſania: ſāguinis p q̄dā ēt velut ora venaꝝ (hæmorroidas græci appellant) profuſio. In ſenectute ſpiritus & vrinæ difficultas: grauedo articuloꝝ & renū dolores neruoꝝ reſulſi͞oes. malus corporis habitus cacheſiā græci appellāt) nocturnæ vigiliæ: vitia lōgiora aurium: oculoꝝ: ēt narium: præcipueq; ſoluta aluus. q ſecut᷑ hāc tormīa: vel leuitas inteſtinoꝝ: cæteraq; fuſi| ventris mala. Præter hæc graciles: tabes: deiectiones: deſtillatiōes: itē viſcerū & laterū dolores fatigāt. Obeſi plerūq; acutis morbi & difficultate ſperandi ſtrāgulāt᷑. ſubitoq; ſæpe moriūt᷑. Quod ī corpore tēuiore vix euēit.

¶ De ſignis aduerſæ valetudinis futuræ. Caput ſecundū.

Nte aduerſā āt valetudinē: vt ſupra dixi: q̄dā notæ oriūt᷑: quarū oīum cōmūe ē. aliter ſe corpus habere atq; cōſueuit: neq; in peius tm̄: ſed ēt in melius: Ergo ſi plenior aliquis & ſpecioſior & coloratior factus eſt: ſuſpecta habere bōa ſua debet. Quæ quia neq; in eodē habitu ſubſiſtere: neq; vltra ꝓgredi poſſunt: fere retro quaſi ruina quadā reuoluunt᷑. Peius tn̄ ſignū eſt vbi aliq̄s cōtra cōſuetudīe emacruit & calorē decorēq; amiſit. qm̄ in his quæ ſuperant. eſt q᷑ morbus demat. in his quæ deſunt: nō ē quod ipſū morbū ferat. Præter hæc ꝓtinus timeri debet. ſi grauiora mēbra ſunt. ſi crebra vlcera oriunt᷑. ſi corpus ſupra cōſuetudinē incaluit. ſi grauior ſomnus pſſit. ſi tumultuoſa ſomnia fuerūt. ſi ſæpius expgiſcit᷑ aliq̄s q̄ aſſueuit. deīde iteꝝ ſoporatur ſi corpus dormiētis circa ptes aliq̄s cōtra cōſuetudinē inſudat: maximeq; circa pectus aut ceruices aut crura vel genua vel coxas. Item ſi marcet aīus. ſi loqui & moueri piget. ſi corpus torquet. ſi dolor præcordioꝝ eſt. aut totius pectoris: aut in plurimis uenis capitis. ſi ſaliuæ plenū eſt os. ſi oculi cū dolore uertunt᷑. ſi tēpora aſtricta ſunt. ſi mēbra inhorreſcūt. ſi ſpiritus grauior eſt. ſi circa frontē intentæ uenæ mouētur. ſi frequentes oſcitationes: ſi gēua quaſi fatigata ſunt: totumue corpus laſſitudinē ſētit. Ex quibus ſæpe plura nunquā non aliqua febrē antecedūt. In primis tn̄ illud conſiderandū eſt. Nūquid ſæpius hoꝝ aliq̄d eueniat: ac ideo neq; corporis ulla difficultas ſubſequat᷑. Sunt enim quædam proprietates hominū: ſine quaꝝ notitia non facile quicq̄ in futuꝝ præſagiri poteſt: Facile itaq; ſecurus eſt ī his aliquis: quæ ſæpe ſine periculo euaſit. Ille ſollicitari debet: cui hæc noua ſūt: aut q iſta nūq̄ ſine cuſtodia ſui tuta habuit.

¶ Quæ bona in ægrotantibus ſigna ſint. Caput tertium.

Bi uero febris aliquē occupat: ſcire licet nō piclitari ſi in latus aut dextrū: aut ſiniſtrū: ut ipſi uiſū ē cubat: cruribus paulū reductis. q fere ſani quoq; iacētis habitus ē: ſi facile cōuertit᷑: ſi noctu dormit. Si interdiu uigilat. ſi ex facili ſpirat. ſi nō cōflictat᷑. ſi circa umbiculū & pubē cutis plana ē. ſi pcordia eius ſine ullo ſēſu doloris æqualiter mollia ī utraq; pte ſūt. Quod ſi paulo tumidiora ſūt: ſed tn̄ digitis ce

dunt & nõ dolent: hæc valetudo: vt ſpaciũ aliquod habebit: ſic tuta erit. Corpus quoq; quod æqualiter molle & calidum eſt: quodq; æqualiter totũ ĩſudat: & cuius febricula eo ſudore finit̃: ſecuritatẽ pollicet̃: qñ iam ad ſanitatẽ venit corpus. Sternutamẽtũ ẽt inter bona ĩditia eſt. Et cupiditas cibi vel a primo ſeruata: vel ẽt poſt faſtidium orta. Neq; terrere debet ea febris: quæ eodẽ die finita eſt. ac ne ea quidẽ: quæ q̃uis longiore tẽpore euanuit: tñ ante alterã acceſſionẽ ex toto quieuit ſicut corpus integrũ: quod ilicrines græci vocant: fieret. Si quis ãt incidit vomitus: mixtus eſſe & bile & pituita debet: & in vrina ſubſidere albũ. leue. æquale: ſic vt ẽt ſi quæ quaſi nubeculæ innatarint: in vnũ deferant̃. At venter ei qui a periculo tutus eſt: reddit modo mollia figurat eodẽ fere tẽpore: quo ſecunda valetudine aſſueuit: modo cõuenientia his quæ aſſumunt̃ peior cita aluus eſt. ſed ne hæc quidẽ terrere protinus debet: ſi matutinis tẽporib9 coacta magis eſt: aut ſi ꝓcedẽte tẽpore paulatim cõtrahitur & ruffa ẽ: neq; fœditate odoris ſimilẽ aluũ ſãi hoĩs excedit. Ac lũbricos quoq; aliquos ſub fine morbi deſcẽdiſſe nihil nocet. Si iflãmatio ĩ ſup ioribus ptib9 dolorẽ: tumorẽq; fecit bonũ ſignũ ẽ Sonus vẽtris ĩde ad ĩferiores ptes euolutus: magiſq; ẽt ſi ſine difficultate cũ ſtercore exceſſit.

¶ Mala ſigna ægrotantium. Caput quartum.

Contra grauis morbi ꝑiculũ eſt: vbi ſupinus æger iacet porrectis mãibus & cruribus. Vbi reſidere vult in ipſo acuti morbi ĩpetu: præcipueq; pulmõibus laborãtibus. Vbi nocturna vigilia ꝑmit̃: ẽt ſi ĩterdiu ſomnus accedit. Ex quo tñ peior ẽ qui ĩter quartã horã & noctẽ: q̃ qui matutino tẽpore ad quartã. Peſſimũ tñ eſt ſi ſomnus: neq; noctu neq; ĩterdiu accedit. Id eni. fere ſine cõtinuo dolore eſſe nõ põt Aeque vero ſignũ malũ ẽ ẽt ſomno vltra debitũ vrgeri: peiuſq; quo magis ſe ſopor interdiu: noctuq; cõtinuat. Mali etiam morbi teſtimoniũ eſt vehemẽter & crebro ſpirare: a ſexto die cœpiſſe inhorreſcere: pus expuere: vix excreare: dolorẽ habere cõtinuum difficulter ferre morbũ: iactare brachia & crura: ſine volũtate lacrimare: habere hũorẽ glutinoſũ dentibus inhærentẽ: cutẽ circa vmbilicũ & pubẽ macrã. precordia inflãmata: dolẽtia. dura. tumidi. intẽtia: magiſq; ſi hæc: dextra parte: q̃ ſiniſtra ſũt ꝑiculoſiſſimũ tñ eſt: ſi venæ quoq; ibi vehementer agitãtur. Mali ẽt morbi ſignũ ẽ: nimis celeriter emacreſcere: caput & pedes manuſq; calidas habere ventre & lateribus frigentibus aut frigidas extremas partes acuto morbo urgente: aut poſt ſudorem inhorreſcere. aut poſt uomitũ ſingultũ eẽ. uel rubere oculos. aut poſt cupiditatẽ cibi: poſtue lõgas febres hũc faſtidire: aut multũ ſudare: maxiẽq; frigido ſudore. aut habere ſudores non ꝑ totũ corpus æquales: quiq; febrẽ non finiant: & eas febres: quæ quotidie tẽpore eodẽ reuertant̃: quæue ſẽper pares acceſſiões habeant: neq; tertio quoq; die leuẽtur quæue cõtinuent: uel ꝑ acceſſiones increſcant: ꝑ diſceſſiones tñ molliantur. nec unq̃ integrum corpus dimittant. Peſſimũ eſt ſi ne leuatur quidẽ febris: ſed æque concitata continuat. Periculoſũ eſt ẽt poſt arquatũ morbũ febrẽ oriri utiq; ſi præcordia dextra parte dura manſerunt ac dolentibus his leua. Nulla acuta febris leuiter terrere nos debet. Neq; unq̃ in acuta febre: ut a ſomno non eſt terribilis neruoꝝ diſtentio. Timere ẽt ex ſomno mali morbi eſt. Itemq; in prima febre protinus mentẽ eſſe turbatã: membrũue aliquod eſſe reſolutũ. Ex quo caſu quãuis uita reddit̃: tñ id fere membrũ debilitat̃. Vomitus ẽt periculoſus eſt ſinceræ pituitæ uel bilis: peiorq; ſi uiridis aut niger eſt. At mala urina ẽ in qua ſubſidũt ſubrubra aut liuida deterior ĩ quaſi fila q̃dam tenuia atq; alba. peſſima ex his ſi tanq̃ ex furfuribus factas nubeculas repræſentat. Diluta quoq; atq; alba uitioſa eſt: ſed in phreneticis maxime. Aluus ãt mala eſt ex toto

ſuppreſſa.Periculoſa ēt quæ inter febres fluens cōquieſcere hominē in cubili nō patit̄:
vtiq; ſi qd̄ deſcēdit ē perliquidū aut albidū:aut pallidū:aut ſpumās.Præter hæc peri-
culū oſtēdit id qd̄ excernit̄ ſi ē exiguū:glutinoſum:leue:album:idemq; ſubpallidū:
vel ſi eſt aut liuidū aut bilioſum aut cruentum aut peioris odoris:quam ex cōſuetudi-
ne.Malum eſt etiam:quod poſt longas febres ſincerum eſt.

¶De ſignis longæ valetudinis. Caput quartum

p Oſt hæc īdicia notū ē lōgū morbū fieri.Sic.n.neceſſe ē:niſi occidit.Neq; vitæ
alia ſpes ī malis magnis ē:q̄ vt ipetū morbi trahēdo aliqs effugiat: porrigat̄
q; ī id tēpus quod curatiōi locū pſtet.Protinus tñ ſigna quædā ſūt:ex quibus
colligere poſſumus morbū & ſi nō iteremerit:lōgius tñ tempus habiturū. Vbi frigi-
dus ſudor īter febres nō acutas circa caput tm̄ & ceruices orit̄.aut vbi febre nō qeſcent
corp9 īſudat.Aut vbi corpus mō frigidū:mō calidū ē:& color ali9 ex alio fit.Aut vbi
qd̄ īter febres aliqua pte abceſſit:ad ſanitatē nō puenit.Aut vbi æger ꝓ ſpacio parum
emareſcit:Itē ſi vrina mō liquida& pura ē:mō habet qdā ſubſidētia leuia:atq; alba ru
braue ſūt.quæ ī ea ſubſidūt aut ſi qſdā quaſi maculas repſentat aut ſi bullulas excitat.

¶De indicijs mortis. Caput quintum.

s Ed inter hæc quidē ꝓpoſitio metu ſpes tñ ſupereſt.Ad vltima vero iā vētū eē
teſtāt̄:nares acutæ:collapſa tēpora:oculi cōcaui:frigidæ lāguidæq; aures &
imis ptibus lēiter verſæ:cutis circa frontē dura & ītēta:color aut niger:aut p
pallidus.multoq; magis ſi ita hæc ſūt:vt neq; vigilia pceſſerit:neq; vētris reſolutio: ne
q; inedia.Ex quib9 cauſis interdū hæc ſpecies orit̄:ſed vno die finit̄.Itaq; diutius du-
rās mortis index eſt.Si vero ī morbo vetere iā triduo talis ē:in ꝓpinquo mors ē:ma-
giſq; ſi pter hæc oculi quoq; lumē refugiūt & illacrimāt:quæq; ī his alba eē debēt: ru-
beſcūt atq; ī hiſdē venulæ pallēt:pituitaq; ī his inatans nouiſſime āgulis inhæreſcit: al
terq; ex his minor ē:hiq; aut vehemēter ſubſederūt aut facti tumidiores ſūt:perq; ſom
nū palpebræ nō cōmittūt̄:ſed inter has ex albo oculoꝝ aliquid apparet:neq; id fluēs
aluus expreſſit:eædēq; palpebræ pallēt:& idē pallor labra & nares decolorat. Eadēq;
labra & nares oculiq; & palpebræ & ſupcilia:aliquaue ex his puertūt̄:iſq; pp imbecil-
litatē iā nō audit:aut nō videt eadē:mors denūtiat̄.Vbi ægri ſupini cubāt:hiſq; gēua
cōtracta ſūt.Vbi deorſū ad pedes ſubide delabit̄.Vbi brachia & crura nudat & inæ-
quabiliter diſpergit:neq; his calor ſubeſt.Vbi hiat.vbi aſſidue dormit.vbi is qui men
tis ſuæ nō eſt:neq; id facere ſanus ſolet:dētib9 ſtridet.Vbi vlcus quod aut ante:aut in
ipſo morbo natū eſt:aridū & aut pallidū aut liuidū factū eſt.Illa quoq; mortis indi-
cia ſūt:vngues digitiq; pallidi:frigidus ſpiritus:aut ſi manibus quis in febre & acuto
morbo vel inſania:pulmoni ſue dolore vel capitis:in veſte floccos legit:fimbriaſue di
ducit:uel in adiūcto pariete ſi qua minuta eminent:carpit.Dolores ēt circa coxas & ī
feriores ptes orti ſi ad viſcera trāſierūt ſubitoq; deſierunt:mortē ſubeſſe teſtāt̄:magiſ
q; ſi alia quoq; ſigna acceſſerūt.Neq; is ſeruari poteſt:q ſine vllo timore febricitās ſubi
to ſtrāgulatur:aut deuorare ſaliuā ſuā nō pōt.Cuiue in eodē febris corporiſq; habitu
ceruix cōuertit̄.ſic vt deuorare æque nihil poſſit Aut cui ſimul & cōtinua febris & vlti
ma corpis īfirmitas eſt.Aut cui febre nō qeſcēte extereor pars friget:ītereor ſic calet:vt
ēt ſitim faciat.Aut qui febre æque nō quieſcēt:ſimul & delirio & ſpirandi difficultate
vexat̄.Aut qui epoto veratro exceptus diſtētiōe neruoꝝ ē.Aut q ebrius obmutuit.Is
eni febre adiecta neruoꝝ diſtētiōe cōſumit̄:niſi aut febris acceſſit aut eo tpe quo ebrie
tas ſolui debet:loqui cepit.Mulier quoq; grauida acuto morbo facile cōſumit̄: & is

cui ſomnus dolorē auget: & cui ꝓtinus in recenti morbo bilis atra vel infra vel ſupra ſe oſtēdit: cuiue alterutrū mō ſe prompſit: cū iā lōgo morbo corpus eius eēt extēuatū & affectū. ſputū ēt bilioſū & purulētū. ſiue ſeperatim iſta ſiue mixta ꝓueniunt iterit9 piculū oſtēdūt. Ac ſi circa ſeptimū diē tale eſſe cœpit: ꝓximū eſt vt is circa quartūdecimū diē decedat: niſi alia ſigna meliora: peioraue acceſſerint. Quæ quo leuiora grauioraue ſubſecuta ſūt: eo vel ſeriorē mortē: vel maturiorē denūciant. Sudor quoq; frigidus in acuta febre peſtiferus ē. atq; in oī morbo vomitus: qui varius & multorū colorū ē: pcipueq; ſi malus ī hoc odor eſt. Ac ſanguinē quoq; in febre vomuiſſe peſtiferū ē. Vrina vero rubra & tēuis in magna cruditate eē cōſueuit: & ſepe anteq̄ ſpacio matureſcat hoīem rapit. Itaq; ſi talis diuti9 pmanet: piculū mortis oſtēdit. Peſſima tñ ē præcipueq; mortifera: nigra. craſſa. mali odoris. Atq; in viris qdē & mulieribus talis deterrima ē. In pueris vero q̄ tenuis & diluta ē. Aluus quoq; varia peſtifera eſt q̄ ſtrigmētū: ſanguinē: bilē viridē: aliquid mō diuerſis tēporibus: mō ſimul: & in mixtura quadam diſcreta tñ repſentat. Sed hæc quidē pōt paulo diutius trahere. In præcipiti vero iā eē denunciat quæ liqda: eademq; vel nigra vel palida vel pinguis ē: vtiq; ſi magna fœditas odoris acceſſit. Illud interrogari me poſſe ab aliquo ſcio. Si certa futuræ mortis īdicia ſūt: quomō interdū deſerti a medicis cōualeſcāt: quoſdāq; ꝓdiderit in ipſis funeribus reuixiſſe. Quin ēt vir magni nominis Democritus ne finitæ quidē vitæ ſatis certas notas eſſe ꝓpoſuit. qbus medici crediſſent adeo illud nō reliquit vt certa aliqua ſigna futuræ mortis eſſent. Aduerſus quos ne dicā illud qdē qđ in vicino ſæpe quædā notæ poſitæ nō bonos ſed īperitos medicos decipiūt quod Aſclepiades funeri obuius ītellexit eū viuere qui efferebat͛: ne ꝓtinus crimē artis eſſet ſi qđ ꝓfeſſoris ſit: illa tamē moderatius ſubijciā. Coniecturalē artē eē medicinā: rōnēq; cōiecturæ talē eē: ut cum ſæpius aliquādo reſpōderit: īterdū tñ fallat nos. Si quid itaq; uix ī milleſimo corpore aliqñ decipit: id notā nō habet: cū par inumerabiles hoīes reſpōdeat. Idq; nō in his tñ: quæ peſtifera ſūt: dico: ſed in his quoq;: q̄ ſalutaria. Si quidē ēt ſpes interdū fruſtratur & morit͛ aliquis: de quo medic9 ſecurus primo fuit. Quæq; medēdi cauſa reperta ſūt nō nunq̄ ī peius aliquid cōuertūt. Neq; id euitare humana ībecillitas ī tanta uarietate corporū pōt. Sed ē tñ medicinæ fides: q̄ multo ſæpius p q̄ multo plures ægros ꝓdeſt. Neq; tñ ignorare oportet ī acutis morbis fallaces magis notas eē & ſalutis & mortis.

¶ De notis quas aliquis in ſingulis morboꝝ generibus habere poſſit. Caput ſextum.

Ed cū ꝓpoſuerim ſigna q̄ in oī aduerſa ualetudine cōia eſſe cōſueuerūt: ea quoq; trāſibo: ut qs aliquis ī ſingulis morboꝝ generibus habere poſſit notas īdicē qdā āt ſūt q̄ ante febres: qdā quæ iter eas qđ aut intus ſit: aut uēturū ſit oſtendūt. Ante febres: ſi caput graue eſt: aut ex ſomno oculi caligāt: aut frequētia ſternutamēta ſūt: circa caput aliquis pituitæ īpetus timeri pōt. Si ſanguis aut calor abūdat: ꝓximū eſt ut aliqua pte ꝓfluuiū ſāguinis fiat. Si ſine cauſa quis emacreſcit: ne in malū habitū corpus eius recidat: metus ē. Si pcordia dolēt: aut iflāmatio grauis ē: aut non toto die cōcocta fert͛ urina: cruditatē eē māifeſtū ē. Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt. hi uel capitis doloribus cōflictāt͛: uel terrā edūt Qui diu habēt faciem pallidā & tumidā: aut capite aut uiſceribus: aut aluo laborāt. Si ī cōtinua febre puero uēter nihil reddit: mutat͛q; ei color: nec ſomnus accedit: ploratq; is aſſidue: metuēda neruoꝝ diſtētio ē. Frequēs āt deſtillatio in corpore tenui: longoq; tabē timēdā eſſe teſtat͛. Vbi plurib9 diebus nō deſcēdit aluus: docet aut ſubitā deiectionē: aut febriculā inſtare. Vbi pedes turgēt: lōgæ deiectiōes ſunt. Vbi dolor in imo uentre & coxis eſt: aqua inter cutem iſtat. Sed hoc morbi gēus ab ilibus oriri ſolet. Idē ꝓpoſitū piculū ē

his:quibus voluntas deſidēdi eſt:venter nihil reddit:niſi & ægre & durū:tumor in pe
dibus eſt ideq; mō dextra:mō ſiniſtra pte ventris inuicē oritur atq; finitur.ſed a iecino
re id malū ꝓficiſci videt̄.Eiuſdē morbi nota eſt:Vbi circa vmbilicū inteſtina torquen
tur(Strophon græci nominant)coxeq; dolores manent:eaq; neq; tēpore neq; reme-
dijs ſoluuntur.Dolor āt articuloꝝ ꝓut in pedibus manibus aut alia qualibet parte
ſic ē:vt eo loco nerui cōtrahātur:aut ſi id mēbꝝ ex leui cauſa fatigatū æque frigido ca
lidoq; oſtēditur:podagrā chiragramue:vel eius articuli inde id ſentit̄ morbū futurū
eē denūtiat.Quibus ī pueritia ſāguis ex naribus fluxit:dein fluere deſijt:hi vel capitis
doloribus cōflictent̄ neceſſe ē:vel ī articulis aliquas exulceratiōes graues habeāt:vel
aliquo morbo ēt debilitentur.Quibus fœminis menſtrua nō ꝓueniūt:neceſſe ē capi
tis acerbiſſimi dolores ſint:vel q̄libet alia pars morbo īfeſtetur.Eadēq; his picula ſūt
quib9 articuloꝝ vitia dolores tumoreſq; ſine podagra ſimilibuſq; morbis oriūt̄ & de
ſinūt:Vtiq; ſi ſæpe tēpora hiſdē dolēt:noctuq; corpora īſudāt:ſi frōs prurit lipptudi
nis metus ē.Si mulier a ptu vehemētes dolores habet:neq; pter ea ſigna mala ſūt:cir
ca vigeſimū diē aut ſāguis p nares erūpet:aut in inferioribus ptibus aliquid abſcedet.
Quicūq; ēt dolorē īgentē circa tēpora & frōtē habebit:is alterutra rōne eū finiet ma-
giſq; ſi iuuenis erit:p ſāguinis ꝓfuſionē:ſi ſēior:p ſuppurationē.Febris āt quæ ſubito
ſine rōne ſine bōis ſignis finita ē:fere reuertit̄.Cui fauces ſāguine & interdiu & noctu
replēt̄ ſic vt neq; capitis dolores:neq; præcordioꝝ:neq; tuſſis:neq; vomit9:neq; febri
cula pceſſerit:huius aut ī narib9 aut in faucib9 vlcus repiet̄.Si mulieri ex īguine febri
cula orta ē:neq; cauſa apparet:vlcus in vulua eſt:Vrina autē craſſa ex qua qd deſidet
albū eſt:ſignificat circa articulos:aut circa viſcera dolorē metumq; morbi eſſe.Eadē
viridis aut viſceꝝ dolorē tumorēq; cū aliquo piculo ſubeſſe:aut certe corpus ītegrū n̄
eſſe teſtat̄.At ſi ſanguis aut pus in vrina eſt:vel viſica vel renes exulcerati ſunt. Si hæc
craſſa carūculas quaſdā exiguas quaſi capillos habet:aut ſi bullat & male olet & iter-
dū quaſi harenā interdū q̄ſi ſanguinē trahit:dolent āt coxæ:quæq; inter has ſuper quę
pubē ſūt:& accedūt frequētes ructus:īterdū vomitus bilioſus:extremæq; ptes frigeſ
cūt:vrinæ crebra cupiditas ſed magna difficultas ē:& qd īde excretū ē aquę ſimile vel
ruffū vel palidū eſt:paulū tn̄ in eo leuamēti ē:aluus vero cū multo ſpiritu reddit̄:vti
q; ī renibus vitiū ē.Aut ſi paulatī deſtillat:vel ſi ſāguis p hāc edit̄:& in eo quædā cruē
ta cōcreta ſūt:idq; ipſū cū difficultate reddit̄:& circa pubē īferiores ptes dolēt:ī eadē
veſica vitiū ē.Calculoſi vero his inditijs cognoſcūt̄.Difficulter vrina reddit̄:paulatī-
q; īterdū ēt ſine volūtate deſtillat.Eadē harenoſa ē:nōnūq̄ aut ſanguis:aut cruentum
aut purulētū aliquid cū ea excernit̄.Eāq; quidā prōptius recti:quidā reſupinati. ma-
ximeq; hi qui grādes calculos habēt:quidā ēt īclinati reddūt:coleq; extēdēdo:dolorē
leuāt.Grauitatis quoq; cuiuſdā in ea pte ſēſus eſt:atq; ea curſu omniq; motu augētur.
Quidā ēt cū torquēt̄ pedes īter ſe ſubinde mutatis vicibus īplicāt:Fœminæ vero oras
naturaliū ſuoꝝ māibus admotis ſcabere crebro cogunt̄:Nōnūq̄ ſi digitum admoue
rūt vbi ueſicæ ceruicē is urget calculū ſētiūt.Atq ſpumātē ſanguinē excreant:his ī pul
mone uitiū ē:Mulieri grauidæ ſine mō fuſa aluus elidere ptum pōt.Eidē ſi lac ex mā
mis ꝓfluit:ībecillū eſt qd intus gerit:Duræ māmæ ſanū illud eē teſtāt̄.Frequens ſin
gultus & pter cōſuetudinē cōtinuus:iecur inflāmatū eē ſignificat.Si tumores ſup ul-
cera ſubito eē deſierunt.idq; a tergo incidit.uel diſtentio neruoꝝ uel rigor timeri pōt.
At ſi a priore pte id euenit:uel lateris acutus dolor:uel īſania expectāda ē. Interdū ēt
huiuſmodi caſū:quæ tutiſſima inter hæc ē:ꝓfuſio alui ſequit̄.Si ora uenaꝝ ſanguinē
ſolita fūdere ſubito ſupreſſa ſūt:aut aqua inter cutē:aut tabes ſequit̄.Eadē tabes ſubit

ſi in lateris dolore orta ſuppuratio: intra quadraginta dies purgari nõ potuit. At ſi lõga triſtitia cũ lõgo timore & vigilia eſt: atræ bilis morbus ſubeſt. Quibus ſæpe ex naribus fluit ſanguis: his aut lienis tumet: aut capitis dolores ſunt: quos ſequitur vt quędam ante oculos tanq̃ imagines obuerſent̃. At quibus magni lienes ſunt: his gingiuæ male ſunt: & os olet: aut ſãguis aliqua pte prorumpit. Quoꝝ ſi nihil euẽit: neceſſe ẽ ĩ cruribus mala vlcera: & ex his nigre cicatrices fiant. Quib9 cauſa doloris neq; ſenſus eius ẽ his mẽs labat. Si in vẽtrẽ ſanguis cõfluxit ibi ĩ pus vertit̃. Si a coxis & ab ĩferioribus ptibus dolor ĩ pectus trãſit: neq; vllũ ſignũ malũ acceſſit ſuppuratiões eo loco piculũ eſt. Quibus ſine febre aliqua ex pte dolor aut prurigo cũ rubore aut calore: ẽ ibi aliquid ſuppurat. Vrina quoq; q̃ in hoĩe ſano parũ liquida ẽ: circa aures futurã aliquã ſuppurationẽ eẽ denũciat. Hæc vero cũ ſine febre quoq; vel latẽtium vel futuraꝝ rerũ notas habeãt: multo certiora ſũt vbi febris acceſſit: atq; ẽt alioꝝ morboꝝ tũ ſigna naſcũtur. Ergo ꝓtinus inſania timẽda ẽ: vbi expeditior alicuius: q̃ ſani fuit ſermo eſt: ſubitaq; loquacitas orta ẽ: & hæc ipſa ſolito audacior: aut vbi raro quis & vehementer ſpirat: venaſq; concitatas habet precordijs duris & tumẽtibus. Oculoꝝ quoq; frequens motus: & ĩ capitis dolore offuſæ oculis tenebræ: vel nullo dolore ſubſtãte ſomn9 ereptus: cõtinuataq; nocte & die vigilia: vel ꝓſtratũ cõtra cõſuetudinẽ corpus ĩ vẽtrẽ ſic vt ipſius alui dolor id nõ cœperit. Itẽ robuſto adhuc corpe ĩſolitus dẽtiũ ſtridor: inſaniæ ſigna ſũt. Si qd ẽt abſceſſit anteq̃ ſuppuraret manẽte adhuc corpore inſolita febre ſubſedit: piculũ affert primũ furoris: deinde interitus: Auris quoq; dolor acutus cum febre continua vehemẽtiq; ſæpe mentẽ turbat: & ex eo caſu iuniores: interdũ intra ſeptimũ diem moriunt̃ ſeniores tardius. qm̃ neq; æque magnas febres experiunt̃: neq; æque inſaniũt. ita ſuſtinẽt dũ his affectus intus verſatur. Suffuſe quoq; ſanguine mulieris mãme: furorẽ vẽturũ eſſe teſtant̃. Quibus ãt longæ febres ſũt: his aut abſceſſus aliqui: aut articuloꝝ dolores erũt. Quoꝝ faucib9 in febre elidit̃ ſpiritus: ĩſtat his neruorũ diſtẽtio. Si angĩa ſubito finita ẽ: ĩ pulmonẽ id malũ trãſit: idq; ſępe ĩtra ſeptimũ diem occidit. Quod niſi ĩcidat: ſequit̃: vt aliqua pte ſuppuret. Deinde poſt alui longã reſolutionẽ: tormina. Poſt hæc inteſtinoꝝ leuitas orit̃. Poſt nimias diſtillationes: tabes. poſt lateris dolores: vitia pulmonũ. poſt hæc: inſania. Poſt magnos feruores corporis: neruoꝝ rigor aut diſtentio. Vbi caput vulneratũ eſt: deliriũ. Vbi vigilia torſit: neruoꝝ diſtentio. Vbi vehementer venæ ſup vlcera mouent̃: ſanguinis ꝓfluuiũ erit. Suppuratio vero pluribus morbis excitat̃. Nã ſi lõgæ febres ſine dolore: ſine manifeſta cã remanẽt: ĩ aliquã ptẽ id malũ incũbit: in iunioribus tñ. nã ĩ ſeniorib9 ex eiuſmodi morbo q̃rtana fere naſcit̃. Eadẽ ſuppuratio fit: ſi pcordia dura dolẽtia ante vigeſimũ diẽ hoĩem nõ ſuſtulerũt: neq; ſãguis ex narib9 fluxit maxĩeq; ĩ adoleſcẽtibus vtiq; ſi ĩter principia aut oculoꝝ caligo: aut capitis dolores fuerũt. ſed cũ ĩferioribus ptib9 aliquid abſceſſit. Aut ſi præcordia tumorẽ mollẽ habẽt neq; habere intra ſexaginta dies deſinunt: hæretq; oẽ id tẽpus febris. Sed tũ in ſuperioribus ptibus fit abſceſſus: ac ſi inter ipſa vlcera non fuit: circa aures erumpit. Cũq; omnis longus tumor ad ſuppurationẽ fere ſpectet: magis eo tendit is: qui in præcordijs: q̃ is: qui infra eſt. Si laſſitudinis ẽt ſenſus in febre eſt: vel in maxillis: vel in articulis aliquid abſcedit. Interdum quoq; vrina tenuis & cruda ſic diu fert̃: vt alia ſalutaria ſigna ſint. Ex quo eo caſu plerunq; infra trãſuerſũ ſeptũ: quod diaphragma græci uocãt: fit abſceſſus. Dolor ãt pulmonis ſi neq; p ſputa: neq; p cucurbitulas: neq; p ſanguinis detractionẽ: neq; p uictus rõnẽ finit9 eſt uomicas aliquas ĩterdũ excitat aut circa uigeſimũ diẽ: aut circa q̃drage

ſimum nõnũquã etiam circa ſexageſimũ.numerabimus autẽ ab eo die:quo primum febricitauit aliquis:aut inhorruit:aut grauitatẽ eius partis ſenſit.Sed hæ vomicæ modo a pulmõe:modo a cõtraria parte naſcunť.Quod ſuppurat ab ea parte qnã afficit dolorẽ inflãmationẽque cõcitat ipſum calidus ẽ:& ſi ĩ partẽ ſanam aliquis decubuit: onerare eam ex pondere aliquo videtur.Oĩs etiã ſuppuratio quæ nondũ oculis patet ſic deprehendi poteſt.Si febris nõ dimittit:eaq; interdiu leuior ẽ:noctu increſcit:multus ſudor oritur:cupiditas tuſſiendi eſt & pene nihil ĩ tuſſi excreať:oculi caui ſũt: malæ rubent venæ ſub lingua inalbeſcunt:in manibus fiunt adunci vngues:digiti: maxĩeq; ſũmi:pallẽt in pedibus tumores ſunt:ſpiritus difficilius trahiť:cibi faſtidiũ ẽ puſtulæ toto corpore oriũť.Quod ſi ꝓtin9 initio dolor & tuſſis fuit & ſpiritus difficultas: vomica vel ante vel circa vigeſimũ diẽ erumpet.Si ſerius iſta cœperint: neceſſe ẽ quidẽ increſcant.ſed quo minus cito affecerint:eo tardius ſoluentur.Solent etiam in graui morbo pedes cum digitis vnguibuſq; nigreſcere.Quod ſi non eſt mors conſecuta & reliquum corpus inualuit:pedes tamen decidunt.

¶Quæ notæ in quoq; morbi genere vel ſpem vel pericula oſtẽdãt. Caput ſeptimũ.

Equitur vt ĩ quoq; morbi genere ꝓprias notas explicẽ:quæ vel ſpẽ vel p̃iculũ ſ oſtẽdãt:Ex veſica dolẽte ſi purulẽta vrina proceſſit:ĩque ea leue & albũ ſubſedit:metũ detrahit.In pulmonis morbo ſi ſputo ipſe leuatur dolor quãuis id purulẽtũ eſt:tñ æger facile ſpirat:facile excreat:morbũ ipſũ nõ difficulter fert: poteſt ei ſecunda valetudo cõtingere.Neq; inter initia terreri cõuenit:ſi ꝓtinus ſputũ mixtũ eſt ruffo quodã & ſãguine:dũmodo ſtatim edať:Laterũ dolores ſuppuratiõe facta: deinde intra quadrageſimũ diẽ purgata finiũť.Si ĩ iocinere vomica ẽ & ex ea ferť pus purũ & album:ſalus ei facilis.Id enim malũ in tunica ẽ.Ex ſuppurationibus vero hæ tollerabiles ſũt:quæ in exteriorẽ partem ferũtur & acuũtur.Et ex his quæ intus procedũt:hæ leuiores:quæ cõtra ſe cutẽ non afficiũt eamq; & ſine dolore eſſe & eiuſdem coloris:cuius reliquæ ptes ſũt:ſinunt eſſe.pus quoq; quacũq; pte erũpit:ſi ẽ leue albũ & vnius coloris:ſine ullo metu ẽ:& quo effuſo febris ꝓtinus cõquieuit: deſierũtq; urgere cibi faſtidiũ & potionis deſideriũ:ſi quãdo ẽt ſuppuratio deſcendit ĩ crura: ſputumq; eiuſdem factum pro ruffo purulentũ eſt:periculi minus eſt.At ĩ tabe eius qui ſalu9 futurus eſt:ſputũ eſſe debet albũ æquale totũ:eiuſdẽq; coloris ſine pituita: eiq; etiam ſimile eſſe oportet ſi quid in nares a capite deſtillat.Longe optimũ eſt febrem omnino non eſſe:ſecũdũ eſt:tantulũ eſſe:ut neq; cibũ impediat:neq; crebram ſitim faciat. Aluus ĩ hac ualetudine ea tuta eſt:quæ quotidie coacta:eaq; cõueniẽtia his q̃ aſſumũtur reddit.Corp9 id qđ minime tẽue maxĩeq; lati pectoris atq; ſetoſi ẽ.cuiuſq; cartilago exigua & carnoſa ẽ.Sup tabẽ ſi mulieri quoq; ſuppſſa menſtrua fuerũt & circa pectus atq; ſcapulas dolor mãſit:ſubitoq; ſãguis erupit:leuari morb9 ſolet.Nã & tuſſis minuiť & ſitis atq; febriculæ deſinũt.Sed ijſdẽ fere niſi redit ſãguis:uomica erũpit: q̃ quo cruẽtior eo melior ẽ.Aqua ãt ĩter cutẽ minime terribilis eſt:q̃ nullo antecedente morbo cœpit.deinde q̃ longo morbo ſupuenit.Vtiq; ſi firma uiſcera ſũt:ſi ſpiritus facilis.ſi nullus dolor.ſi ſine calore corpus eſt æq̃literq; in extremis ptibus macrum ẽ:ſi uenter mollis.ſi nulla tuſſis:nulla ſitis:ſi lingua ne pſomnũ qdẽ inareſcit.ſi cibi cupiditas ẽ.ſi uẽter medicamẽtis moueť.ſi per ſe excernit mollia & figurata.ſi extenuať.ſi uriā & uini mutatiõe & epotis aliqbus medicamẽtis mutať.Si corp9 ſine laſſitudine ẽ & morbũ facile ſuſtinet.ſiqdẽ ĩ quo oĩa hęc ſũt:is ex toto tutus ẽ ĩ quo plura ex his ſũt:is in bona ſpe eſt.Articulorum uero uitia ut podagræ chiragræq; ſi iuuenes tenta

runt. neq; callũ induxerũt: ſolui poſſunt: maximeq; torminibus leniuntur & ex quocũ q; modo venter fluit. Itẽ morbus comitialis ante pubertatẽ ortus nõ ægre finitur: & in quo ab vna pte corporis venientis acceſſiõis ſenſus incipit. optimũ eſt a manibus pedibusue initiũ fieri: deinde a lateribus: peſſimũ iter hæc a capite. Atq; in his quoq; ea maxime ꝓſunt: quæ p deiectiões excernũť: Ipſa ãt deiectio ſine vlla noxa eſt: q̃ ſine febre eſt: ſi celeriter deſinit: ſi cõtracto vẽtre nullus motus eius ſentiť: ſi extremã aluũ ſpiritus ſequiť. Acria tormina quidẽ piculoſa nõ ſunt: ſi ſanguis & ſtrigmẽta deſcẽdũt: dũ febris cæteræq; acceſſiões huius morbi abſint. adeo vt ẽt grauida mulier nõ ſolũ reſeruari poſſit: ſed ẽt partũ reſeruare. Prodeſtq; ĩ hoc morbo ſi iã ætate aliqs ꝓceſſit. Contra inteſtinoꝝ leuitas facilius a teneris ætatibus depellitur: vtiq; ſi ferri vrina & ali cibo corpus ĩcipit. Eadẽ ætas ꝓdeſt & ĩ coxæ dolore & humeroꝝ & in oĩ reſolutiõe neruorũ. Ex quibus coxa ſi ſine torpore ẽ: ſi leuiter friget: q̃uis magnos dolores habet: tñ & facile & mature ſanať: reſolutũq; mẽbrũ ſi nihilominus aliter fieri ſanũ põt. oris reſolutio ẽt aluo cita finiť. Oĩſq; deiectio lippienti ꝓdeſt. At varix ortus: vel p ora venarũ ſubita ꝓfuſio ſanguinis: vel tormina: inſaniã tollũt. Humeroꝝ dolores: qui ad ſcapulas uel manus tẽdunt: uomitu atræ bilis ſoluunť. Et q̃ſquis dolor deorſũ tẽdit: ſanabilior eſt. Singultus ſternutamẽto finiť: Longas deiectiões ſupprimit uomitus. mulier ſanguinẽ uomẽs ꝓfuſis mẽſtruis liberať. Quæ mẽſtruis nõ purgať: ſi ſanguinẽ ex naribus fudit: oĩ piculo uacat. Quæ locis laborat: aut difficulter ptũ edit: ſternutamẽto leuať æſtiua quartana fere breuis ẽ cui calor & tremor ẽ: ſaluti deliriũ ẽ. Lienoſis bona tormina ſunt. Deniq; ipſa febris: qđ maxĩe mirũ uideri põt: ſæpe præſidio eſt. Nã & præcordioꝝ dolores ſi ſine iflãmatiõe ſũt: finit & ĩ iocineris dolore ſuccurrit. & neruorũ diſtẽtionẽ rigoreq;: ſi poſtea cœpit: ex toto tollit. & ex difficultate urinæ morbum tenuioris ĩ teſtini ortũ: ſi urinã p calorẽ mouet: leuat. At dolores capitis q̃bus oculoꝝ caligo & rubor cũ quadã frõtis purigine accedũt: ſãguinis ꝓfuſionẽ uel fortuita uel ẽt petita ſũ mouenť. Si capitis ac frõtis dolores ex uẽto uel frigore aut æſtu ſũt: grauedine & ſternutamẽtis finiunť. Febrẽ ãt ardẽtẽ: quã græci cauſodẽ uocãt: ſubitus horror exoluit. Si ĩ febre aures obtuſæ ſũt: ſi ſãguis e naribus fluxit: aut uẽter reſolutus eſt: illud malũ deſinit ex toto. Nihil plus aduerſus ſurditatẽ quã bilioſa aluus põt. Quib9 ĩ fiſtula uriæ uti minuti abſceſſus: quos thymata græci uocãt: eſſe cœperũt: ijs ubi pus ea pte ꝓfluxit: ſanitas reddiť. Ex q̃bus cũ pleraq; p ſe ꝓueniãt: ſcire licet interea quoq; quæ ars adhibet: naturã plurimũ poſſe. Cõtra ſi caput febre cõtinẽti dolet: neq; q̃cquã reddit: malũ atq; mortiferũ ẽ: maxĩeq; id piculũ ẽ pueris a ſeptĩo anno ad quartũdecimũ. In pulmõis morbo ſi ſputũ primis diebus nõ fuit: deinde a ſeptĩo die cœpit & ultra ſeptimũ mãſit piculoſũ ẽ. Quãtoq; magis mixtos neq; iter ſe diductos colores habet tãto deterius. Et tñ nihil peius ẽ q̃ ſincerũ id edi: ſiue ruffũ ẽ: ſiue cruẽtũ: ſiue albũ: ſiue glutĩoſũ: ſiue pallidũ: ſiue ſpumãs nigrũ tñ peſſimũ ẽ. In eodẽ morbo periculoſa ſunt tuſſis: deſtillatio: ẽt quod alias ſalutare habetur ſternutamentũ. Periculoſiſſimũ q; eſt ſi hæc ſecuta ſubita deiectio eſt. Fere uero q̃ ĩ pulmõis: eadẽ ĩ lateris doloribus & mitiora ſigna & aſperiora eſſe cõſuerũt. Ex iocinore ſi pus cruẽtũ exit: mortiferũ ẽ. At ex ſuppurationibus hæ peſſime ſunt: quæ intus tendunt ſic ut exteriorem quoq; cutẽ decolorent. Ex his deinde: quæ in exteriorem partem ꝓrumpit: quæ maxĩe: quæq; planiſſime ſunt. Quod ſi ne rupta quidẽ uomica uel putre extrinſecus emiſſo febris quieuit: aut q̃uis q̃euerit: tñ repetit. item ſi ſitis eſt: ſi cibi faſtidiũ: ſi uẽter liquidus: ſi pus ẽ liuidũ & pallidũ: ſi nihil æger excreat: niſi pituitã ſpumãtẽ: piculũ certũ ẽ. Atq; ex his q̃dẽ ſuppuratiõib9 q̃s pulmonũ morbi cõcitarũt: fere ſenes moriũť ex cæteris iũiores.

At in tabe ſputum mixtum purulentum: febris aſſidua: quæ & cibi tempora eripit &
ſiti affligit in corpore tenui periculū ſubeſſe teſtat᷑. Si quis ēt in eo morbo diutius tra-
xit: vbi capilli fluūt: vbi vrina quædā araneis ſimilia ſubſidentia oſtēdit. atq; ī his odor
fœdus eſt: maxīeq; vbi poſt hæc orta deiectio ē: ꝓtinus morit᷑. Vtiq; ſi tēpus autūni
eſt: quo fere qui cætera ꝑte anni traxerūt: reſoluūtur. Itē pus expuiſſe ī hoc morbo: de
inde ex toto ſpuere deſiſſe: mortiferū eſt. Solēt ēt in adoleſcētibus ex eo morbo vomi
cæ: fiſtulæq; oriri: quæ nō facile ſaneſcūt: niſi ſi multa ſigna bōæ valetudinis ſubſecuta
ſunt. Ex reliquis vero minime facile ſanant᷑ virgines: aut hæ mulieres: q̄bus ſup tabem
mēſtrua ſuppreſſa ſunt. Cui vero ſano ſubitus dolor capitis ortus eſt: dein ſomnus op
preſſit ſic vt ſtertat: neq; expergiſcat᷑: intra ſemptimū diē pereūdum eſt: magis ſi eum
aluus cita nō anteceſſerit. Si palpebræ dormiētis nō coeūt. ſi album oculoꝝ apparet.
Quos tn̄ ita mors ſequit᷑: ſi id malū nō eſt febre diſcuſſum. At aqua iter cutē ſi ex acu
to morbo cœpit: ad ſanitatē raro ꝑducit᷑. vtiq; ſi cōtraria his quæ ſupra poſita ſunt ſub
ſequūtur. æque in ea quoq; tuſſis ſpē tollit. Itē ſi ſanguis ſurſum deorſumq; erupit: &
aqua mediū corpus ipleuit. Quibuſdā ēt ī hoc morbo tumores oriūt᷑: deinde deſinūt
deinde rurſus aſſurgūt. Hi quidē tutiores ſunt: quā qui ſupra cōprehēſi ſunt: ſi attēdū
tur. Sed fere fiducia ſecundæ valetudinis opprimunt᷑: Illud iure aliq̄s mirabitur: quō
quædā ſimul & affligunt noſtra corpora & ꝑte aliquā tueant᷑. Nā ſiue aqua inter cutē
quē ipleuit: ſiue in magno abſceſſu multum puris coijt: ſimul id omne effudiſſe æque
mortiferū eſt: ac ſi quis ſani corporis vulnere factus exāguis eſt. Articuli vero q̄ ſic do
lēt vt ſup eos ex callo quædā tubercula innata ſunt: nūq̄ liberant᷑. quæq; eoꝝ vitia vel ī
ſenectute cœperūt: vel in ſenectutē ab adoleſcētia ꝑuenerūt: vt aliq̄n leniri poſſunt: ſic
nūquā ex toto finiunt᷑. Morbus quoque comitialis poſt annū quintū & vigeſimū or-
tus ægre curat᷑: multoq; ægrius his q̄ poſt q̄drageſimū annū cœpit: adeo vt in ea æta
te aliq̄d ī natura ſpei vix q̄cquā in medicina ſit. In eodē morbo ſi ſimul totū corpus af
ficit᷑: neq; ante in ꝑtibus aliq̄s veniētis mali ſenſus eſt: ſed homo ex īprouiſo concidit.
cuiuſcūq; is ætatis eſt vix ſaneſcit. Si vero aut mēs læſa eſt: aut neruoꝝ facta reſolutio:
medicinæ locus nō eſt. Deiectionibus quoque ſi febris acceſſit: ſi inflāmatio iocineris:
aut præcordioꝝ: aut vētris: ſi immodica ſitis: ſi lōgius tēpus: ſi aluus varia: ſi cū dolo
re eſt: ēt mortis periculū ſubeſt: maxīeq; ſi inter hæc tormina vetera eſſe cœperūt: Iſq;
morbus maxīe pueros abſumit vſq; ad annū decimū. Cæteræ ætates facilius ſuſtinēt.
Mulier quoque grauida eiuſmodi caſu rapi pōt: atq; ēt ſi ipſa conualuit: partum tn̄ ꝑ
dit. Quin ēt tormina ab atra bile orſa mortifera ſunt. aut ſi ſub his extenuato iam cor
pore ſubito nigra aluus profluxit: aut inteſtinoꝝ leuitas: Periculoſior eſt: ſi frequens
deiectio eſt. Si venter oībus horis & cum ſomno & ſine hoc ꝓfluit. Si ſimiliter noctu
& interdiu. Si quod excernitur aut crudum eſt: aut nigrum: & præter id etiam leue &
mali odoris ſit: ſi ſitis vrget. ſi poſt potionē vrina non redditur. quod euenit quia tunc
liquor omnis non in veſicam: ſed ī inteſtina deſcendit. ſi os exulcerat᷑. ſi rubet facies &
quaſi maculis quibuſdam colorum omnium diſtinguitur. ſi venter eſt quaſi fermen-
tatus: pinguis atq; rugoſus: ſi & cibi cupiditas non eſt. Inter quæ cum euidēs mors ſit
multo euidentior eſt: ſi iam longum quoque id vitium eſt: maxime etiam ſi in corpo-
re ſenili eſt. ſi vero in tenuiore inteſtino morbus eſt: uomitus: ſingultus: neruorum
diſtentio: delirium mala ſunt. At in morbo arquato durum fieri iecur pernitioſiſſi-
mum eſt. Quos lienis male habet ſi tormina prehenderunt: deinde inuerſa ſunt:
uel in aquam inter cutem: uel in inteſtinorum leuitatem: uix ulla medicina pericu-

lo ſubtrahit. Morbus inteſtini tenuuioris: niſi reſolutus eſt: intra ſeptimum diem occidit. Mulier ex partu ſi cum febre vehementibus ẽt & aſſiduis capitis doloribus premit̃: in periculo mortis ẽ. ſi dolor atq̃ inflammatio ẽ in his partibus: quibus viſcera continent̃: frequenter ſpirare ſignum malum ẽ. Si ſine cauſa longus dolor capitis eſt: & in ceruices ac ſcapulas tranſit: rurſuſq̃ in caput reuertit̃: aut a capite ad ceruices ſcapulaſq̃ peruenit: pernitioſus ẽ: niſi vomicam aliquam excitauit ſic: vt pus extuſſiret̃. aut niſi ſanguis ex aliqua parte ꝓrupit: aut niſi in capite multa prurigo: totoue corpore puſtulæ ortæ ſunt. Atq̃ magnum malum ẽ vbi torpor atq̃ ꝓrurigo peruagantur mõ per totum caput mõ in parte: aut ſenſus alicuius ibi quaſi frigoris eſt: eaq̃ ad ſummã quoq̃ linguam perueniunt. Et cũ in hiſdem abſceſſibus auxilium ſit: eo difficilior ſanitas eſt: quo minus ſæpe ſub his malis illi ſubſequunt̃. In coxæ vero doloribus ſi vehemẽs torpor ẽ: frigeſcitq̃ crus & coxa: aluus niſi coacta non reddit: idq̃ quod excernit̃ mucoſum ẽ: iamq̃ ætas eius hominis quadrageſimum annũ exceſſit: is morbus erit longiſſimus: minimeq̃ annuus: neq̃ finiri poterit: niſi aut vere autumno. Difficilis æque curatio ẽ in eadem ætate vbi humeroꝝ dolor: vel ad manus peruenit: vel ad ſcapulas tẽdit: torporemq̃ & dolorem creat: neq̃ bilis vomitu leuat̃. Quæcunq̃ vero parte corporis membrũ aliquod reſolutum ẽ: ſi neq̃ mouet̃ & emacreſcit: in priſtinũ habitum non reuertit̃: eoq̃ minus quo vetuſtius id vitium ẽ: & quo magis in corpore ſenili eſt. Oĩq̃ reſolutiõi neruoꝝ ad medicinã nõ idonea tpa ſunt: hyems & autũnus. aliq̃d ſeparatim poſt vere & æſtate. Iſq̃ morbus mediocris vix ſanat̃. vehemẽs ſanari nõ põt. Oĩs etiam dolor minus medicinæ patet: qui ſurſum ꝓcedit. Mulieri grauidę: ſi ſubito mãmæ emacruerũt: abortus periculum ẽ. Quæ neq̃ peperit: neq̃ grauida eſt ſi lac habet a menſtruis defecta eſt. Quartana æſtiua breuis: autemnalis fere longa eſt maximeq̃ quæ cœpit hyeme appropinquante. ſi ſanguis ꝓfluxit. deinde ſecuta eſt demẽtia cum diſtentione neruoꝝ: piculũ mortis eſt. Itemq̃ ſi medicamentis purgatũ & adhuc inanem neruorũ diſtentio oppreſſit: aut ſi in magno dolore extremæ ptes frigent. Neq̃ is ad vitã redit: qui ex ſuſpendio ſpumãte ore detractus eſt. Aluus nigra ſanguini atro ſimilis repentina ſiue cũ febre ſiue etiam ſine hac eſt: pernicioſa eſt.

## ¶De morborum curationibus. Caput octauum.

c Ognitis inditijs: quæ nos vel ſpe cõſulentur: vel metu terreant: ad curationes morboꝝ tranſeundũ eſt. Ex his quædã cõmunes ſunt: quædam proprie. communes: quæ pluribus morbis opitulant̃. Propriæ: quæ ſingulis. Ante de cõmunibus dicam. Ex quibus tñ quædam nõ ægros ſolũ: ſed ſanos quoq̃ ſuſtinent. quædam in aduerſa tñ valetudine adhibentur. Omne uero auxilium corporis: aut demit aliquam materiam: aut adijcit: aut euocat: aut reprimit: aut refrigerat aut calefacit: ſimulq̃ aut durat aut mollit. Quædam non vno modo tantum: ſed etiam duobus iter ſe non contrarijs adiuuant. Demitur materia: ſanguinis detractione: cucurbitula: deiectione: uomitu: frictione: geſtatione: omniq̃ exercitatione: corporis abſtinentia: ſudore. De quibus protinus dicam.

## ¶De ſanguinis detractione per venas. Caput. viiij.

ſ Anguinem inciſa uena mitti nouum non eſt. Sed nullum pene morbum eſſe in quo non mittatur: nouum eſt. Item mitti iunioribus & fœminis uterũ non gerentibus: uetus eſt. In pueris uero idem experiri & in ſenioribus & in grauidis quoq̃ mulieribus: uetus non eſt. ſi quidem antiqui primam ultimamq̃ ætatem ſuſtinere nõ poſſe hoc auxilij genus iudicabãt: perſuaſerantq̃ ſibi mulierem grauidam:

quæ ita curata eſſet: abortum eſſe facturam. Poſtea vero vſus oſtendit nihil ex his eſſe
perpetuum aliaſqꝫ potiones obſeruationes adhibendas eſſe: ad quas dirigi curantis cō
ſilium debeat. Intereſt. n. non quæ ætas ſit: neqꝫ quid in corpore intus geratᷣ: ſed quæ
vires ſint. Ergo ſi iuuenis inbecillus eſt: aut ſi mulier: quæ grauida non eſt: parum va-
let male ſanguis emittitur. Emoritur. n. uis ſi quæ ſupererat hoc modo erepta eſt. At
firmus puer & robuſtus ſenex & grauida mulier valens: tuto curantᷣ. Maxime tamen
ī his medicus imperitus falli pōt: quia fere minus roboris illis ætatibus ſubeſt. Mulie
riqꝫ prægnāti poſt curationē quoqꝫ viribus opus eſt nō tm̃ ad ſe ſed ēt ad partum ſuſti-
nendum. Nō quicq̃ āt intentionē animi aut prudentiā exigit: protinus faciendū eſt: cū
præcipua in hoc ars ſit: quæ nō annos numeret: neqꝫ conceptionē ſolā videat: ſed vires
æſtimet: & ex eo colligat: poſſit nec ne ſupereſſe quod vel puerū: vel ſenē: vel in vna mu
liere qdᷣ duo corpora ſimul ſuſtineat. Intereſt. n. inter valens corpus & obeſum: īter te
nue & infirmū. Tenuioribus magis ſanguis: plenioribus magis caro abūdat. Facilius
itaqꝫ illi detractionē eiuſmodi ſuſtinent: celeriuſqꝫ ea ſi nimiū eſt pinguis: affligitᷣ. Ideo
qꝫ vis corporis melius ex venis quā ex ipſa ſpecie æſtimatᷣ. Neqꝫ. n. ſolū hæc conſiderā
da ſunt ſed ēt morbi genus quod ſit. Vtrū ſuperās: an deficiens materia læſerit. Corru
ptū corpus ſit an integrū. Nā ſi materia vel deeſt: vel integra eſt: iſtud alienū eſt. At ſi
vel copia ſui male habet: vel corrupta eſt: nullo modo melius ſuccurritur. Ergo vehe-
mens febris vbi rubet corpus: plenæqꝫ venæ tumēt: ſanguinis detractionē requirit. Itē
viſcerū: morbi: neruorumqꝫ reſolutio & rigor & diſtētio: quicquid deniqꝫ fauces diffi-
cultate ſpiritus ſtrāgulat. quicquid ſubito ſupprimit vocē. quiſqꝫ intolerabilis dolor
eſt: & quacūqꝫ de cauſa ruptū aliquid intus atqꝫ colliſum eſt. Itē malus corporis habi-
tus: omneſqꝫ acuti morbi: qui modo vt ſupra dixi nō infirmitate ſed onere nocēt. Fieri
tñ pōt: vt morbus quidem id deſideret: corpus autem uix pati poſſe uideatᷣ. Sed ſi nul
lū tñ apparet aliud auxiliū: periturusqꝫ ſit qui laborat niſi temeraria quoqꝫ uia fuerit
adiutus: in hoc ſtatu: boni medici eſt oſtēdere: quā nulla ſpes ſine ſanguinis detractio
ne ſit: fateriqꝫ quātus in hac ipſa re metus ſit. Et tū demū ſi exigetur: ſanguinē mittere.
De quo dubitari ī eiuſmodi re nō oportet: Satius ē. n. anceps auxiliū experiri. quā nul
lū. Idqꝫ maxīe fieri debet ubi nerui reſoluti ſunt. Vbi ſubito aliqꝫ obmutuit. Vbi angi
na ſtrangulatᷣ. Vbi prioris febris acceſſio pene cōfecit: parēqꝫ ſubſequi uerisimile eſt: ne
qꝫ eandē uidentᷣ ſuſtinere ægri uires poſſe. Cū ſit āt minime crudo ſanguis mittēdus tñ
ne id quidē perpetuū ē. Neqꝫ. n. ſemp cōcoctionē res expectat. Ergo ſi ex ſuperiore par
te aliqꝫ decidit. ſi cōtuſus ē. ſi ex aliquo ſubito caſu ſanguinē uomit: q̄uis paulo ante ſū
pſit cibū: tñ ꝓtinus ei demenda materia eſt: ne ſi ſubſederit: corpus affligit. Idēqꝫ ēt in
alijs caſibus repētinis qui ſtrāgulabūt: dictū erit. At ſi morbi ratio patietᷣ: tū demum
nulla cruditatis ſuſpectiōe remanēte id fiet. Ideoqꝫ ei rei uidetᷣ aptiſſimus aduerſæ ua-
letudinis dies ſecūdus aut tertius. Sed ut aliqñ ēt primo die ſanguinē mittere neceſſe ē
ſic nūq̄ utile poſt diē quartū eſt: cū iā ſpacio ipſo materia & exhauſta eſt & corpus cor
rūpit: ut detractio ībecillū id facere poſſit: nō poſſit integrū. Quod ſi uehemēs febris
urget: ī ipſo īpetu eius ſanguinē mittere: hoīem iugulare eſt. Expectāda ergo remiſſio
eſt. ſi nō decreſcit: ſed creſcere deſijt: neqꝫ ſperatᷣ remiſſio: tūc quoqꝫ quāuis peior: ſola
tñ occaſſio nō omittēda eſt. Fere ēt iſta medicina ubi neceſſaria eſt: in biduū diuidenda
eſt: Satius eſt. n. imprimis leuare ægrū: deinde perpurgare: quā ſimul omni ui effuſa
fortaſſe præcipitare. Quod ſi in cura quoqꝫ aquæ: quæ īter cutē eſt ita reſpōdet: quāto
magis neceſſe eſt ī ſanguine reſpōdeatᷣ? Mitti uero is debet ſi totius corporis cauſa fit:

ex brachio. ſi partis alicuius.ex ea ipſa parte: aut certe quam proxima. quia non vbiq;
mitti pōt ſed in temporibus in brachijs: iuxta talos. Neq; ignoro quoſdam dicere quã
longiſſime ſanguinem inde: vbi lædit: eſſe mittẽdũ. Sic.n.auerti materiæ curſum: at il
lo modo ĩ id ipſum quod grauat euocari. Sed id ipſum falſum eſt. Proximũ.n.locum
primo exaruit. Ex vlterioribus ãt eatenus ſanguis ſequitur: quatenus emittitur vbi is
ſuppreſſus eſt: quia non trahitur: ne venit quidẽ. Videt̃ tñ vſus ipſe docuiſſe: ſi caput
fractũ eſt: ex brachio potius ſanguinem mittendũ eſſe. Si quod in humero vicium eſt
ex altero brachio: credo quia ſi quid parũ ceſſerit: opportuniores hæ ptes iniuriæ ſunt
quæ iã male habent. Auertitur quoq; interdum ſanguis: vbi alia parte ꝓrumpẽs. alia
emittitur. Deſinit.n.fluere qua volumus: inde obiectis quæ prohibeãt: alio dato itine
tius: & vbi acceſſiōis tēpus præterijt: cibus dādus ē: ſed exiguus: qa quartana quoq; ti-
meri pōt. Et die qrto demū: ſi corpus ītegrū ē: eo cū fiducia vtēdū. Si vero poſtero: ter
tioue aut quarto die ſecuta febris eſt: ſcire licet morbū eſſe. Sed tertianarū quartanarū
q;: quarū & certus circuitus ē & finis īteger ē: & qa liberaliter qeta tpa ſunt: expeditior
rō ē. De qbus ſuo loco dicā. Nūc vero eas explicabo: q quotidie vrgēt. Igit' tertio quo
q; die cibus ægro cōmodiſſime dat': vt alter febrē minuat: alter viribus ſubueniat. Sed
his dari debet: ſi quotidiana febris ē: quæ ex toto deſinat: ſimul atq; corpus ītegrū fa-
ctū ē ſi quis nō acceſſiões: febres tñ iungunt': & quotidie qdē īcreſcūt: ſed ſine integrita
te tñ remittūt cū corpus ita ſe habet: vt maior remiſſio nō expectetur. Si altero die gra
uior: altero leuior acceſſio eſt: poſt grauiorē. Fere vero grauiorē acceſſionē leuior nox
ſequit': quo fit vt grauiorē acceſſionem nox quoq; triſtior antecedat. At ſi cōtinuatur
febris: neq; leuior vnquā fit & dari cibū neceſſe eſt: quando dari debeat magna diſſētio
ē. Quidā: qa fere remiſſius matutinū tēpus ægris ē. tunc putāt dādū. Quod ſi reſpō
det: nō qa mane eſt: ſed quia remiſſior eſt æger. dari debet. Si uero ne tūc quidē vlla re
quies ægris ē hoc ipſo peius id tempus eſt quod cū ſua natura melius eſſe debeat: mor
bi uitio nō eſt. ſimulq; inſequit' tempus meridanū: a quo cum oīs æger fere peior fiat:
timeri pōt: ne ille magis etiam quam ex conſuetudine vrgeatur. Igitur alij veſpere tali

ægro cibũ dãt. Sed cũ eo tempore fere peſſimi ſint qui egrotant: uerendũ eſt: ne ſi quid tunc mouerimus: fiat aliquid aſperius. Ob hæc ad mediam noctem decurro: id eſt finito iã grauiſſimo tpe: eodẽq; lõgiſſime diſtante: ſecuturis vero antelucanis horis quibus oẽs fere maxĩe dormiũt: deinde matutino tpe: qđ natura ſua leuiſſimũ eſt. Si vero febres vagæ ſunt: qa verendũ eſt: ne cibũ ſtatim ſubſequãtur: qñcũq; quis acceſſione leuatus ẽ: tunc debet aſſumere. At ſi plures acceſſiões eodẽ die veniũt: cõſiderare oportet: pares ne p oĩa ſint: qđ vix fieri põt: an ĩpares. Si p oĩa pares ſint: poſt eã potius acceſſionẽ cibus dari debet: quæ nõ inter meridiẽ & veſperẽ deſinit. Si ĩpares ſunt: cõſiderandũ ẽ. quo diſtẽt. Nã ſi altera grauior: altera leuior ẽ: poſt grauiorẽ dari debet. ſi altera lõgior: altera breuior: poſt lõgiorẽ. ſi alteta grauior: altera lõgior ẽ: conſiderandũ eſt: utra magis affligat: illa ui: an hæc tpe: & poſt eã dãdus ẽ. Sed plane plurimũ intereſt: quãtæ: qualeſq; ĩter eas remiſſiões ſint. Nã ſi poſt alterã febrẽ motio manet: poſt alterã ĩtegrũ corpus eſt: ĩtegro corpe: cibo tẽpus aptius ẽ. Si ſẽp febricula manet ſed alterũ tñ lõgius tẽpus remiſſionis eſt: id potius eligẽdũ eſt: adeo ut ubi acceſſiões cõtinuãt̃ ꝓtinus inclinata priore dãdus cibus ſit. Eteni ꝑpetuũ eſt: ad qđ omne cõſilium dirigi põt: cibũ quã maxime ſẽp ab acceſſiõe futura reducere & hoc ſaluo dare quam integerrimo corpori. Quod nõ ĩter duas tñ: ſed ẽt ĩter plures acceſſiões ſeruabit̃. Sed cũ ſit aptiſſimũ tertio quoq; die cibũ dare: tñ ſi corpus infirmũ ẽ: quotidie dandus eſt multoq; magis ſi cõtinẽtes febres ſine remiſſiõe ſunt: quanto magis corpus affligunt: aut ſi duæ pluresue acceſſiones eodẽ die ueniunt. Quæ res efficit: ut & a primo die ꝓtinus cibus dari quotidie debeat. Si protinus uenæ conciderunt: & ſæpius eodem die: ſi inter plures acceſſiones ſubinde uis corpori deeſt. Illud tñ in his ſeruãdũ eſt: ut poſt eas febres minus cibi detur: poſt quas: ſi p corpus liceret: omnino nõ daretur. Cũ uero febris inſtet: incipiat: augeatur: conſiſtat: decedat: deinde in deciſione conſiſtat: aut finiatur: ſcire licet: optimũ cibo tẽpus eſſe febre finita. deinde cũ deceſſio eius conſiſtit. tertiũ ſi neceſſe eſt. qñcũq; decedit: cætera oĩa periculoſa eſſe. Si tñ pp infirmitatẽ neceſſitas urget: ſatius eſſe cõſiſtẽte iã incremento febris aliquid offerre: quã increſcente. Satius eſſe inſtante: quã incipiente: cũ eo tñ ut nullo tpe is qui deficit nõ ſit ſuſtinendus. Neq; hercule ſatis eſt ipſas tñ febres medicũ intueri ſed ẽt totius corpis habitũ: & ad eũ dirigere curationẽ: ſeu ſuperſunt uires: ſeu deſunt: ſeu qdã mali affectus ĩteruenĩũt. Cũ uero ſẽp ægros ſecuros agere conueniat: ut corpore tñ non ẽt animo laborẽt: tũ præcipue ubi cibum ſumpſerunt. Itaq; ſi qua ſunt quæ exaſperatura eorum aĩos ſunt optimum eſt ea dum ægrotant eorum noticiæ ſubtrahere. Si id fieri non poteſt: ſubſtinere tamen poſt cibum uſq; ſomni tempus: & cum experrecti ſunt: tum exponere.

¶ Quando potiones febricitantibus dari expediat. Caput. vi.

Sed de cibo facilior quidẽ cũ ægris rõ eſt. quoꝝ ſæpe ſtomachus hunc reſpuit: ẽt ſi mens cõcupiſcit. De potione uero ingens pugna eſt: eoq; magis: q uo maior febris eſt. Hæc. n. ſitim accendit: & tũ maxĩe aquã exigit: cũ illa piculoſiſſima ẽ. Sed docẽdus æger ẽ: ubi febris quieuerit: ꝓtinus ſitim quoq; quieturã: lõgiorẽq; acceſſionem fore ſi qđ ei datũ fuerit alimẽtũ. Ita celerius eũ deſinere ſitire q nõ bibit. Neceſſe ẽ tñ quãto facilius ẽt ſani famẽ: quã ſiti ſuſtinẽt: tãto magis ægris ĩ potiõe: q̃ ĩ cibo ĩdulgere. Sed prĩo qdẽ die nullus hũor dari debet: niſi ſubito ſic uenę cõciderũt ut cib9 quoq; dari debeat. Secũdo uero: cæteriſq; ẽt qb9 cibus ñ dabit̃: tñ ſi magna ſitis urgebit potio dari põt. Ac ne illđ qdẽ ab Heraclide tarẽtio dictũ rõne caret: ubi aut bilis ægrũ aut cruditas male habet expedire quoq; p medicas potiões miſceri nouã mate

riã corruptæ. Illud vidẽdũ ẽ: vt qualia tpa cibo legũť talia potiõi quoq; vbi ſine illo da tur: deligantᷣ: aut cũ ægrũ dormire cupiemus. Quod fere ſitis ꝓhibet. Satis ãt cõue nit: cũ oĩbus febricitãtibus nimius hũor alienus ſit: tũ præcipue eſſe fœminis: quæ ex partu ĩ febres ĩciderũt. Sed cum tpa cibo potiõiq; ĩfebris & remiſſiõis rõ det: nõ ẽ expe ditiſſimũ ſcire: qñ æger febricitet: qñ melior ſit: qñ deficiat. Sine quib9 diſpẽſari illa nõ poſſũt. Venis.n. maxĩe credimus fallaciſſimæ rei. qa ſæpe iſtæ lẽiores: celerioreſue ſũt & ætate & ſexu & corpoꝝ natura. Et plærunq; ſatis ſano corpe ſi ſtomachus ĩfirmus ẽ nõnũq̃ ẽt incipiente febre ſubeũt & quieſcũt: vt ĩbecillus is videri poſſit. cui facile latu ro grauis ĩſtat acceſſio. Cõtra ſæpe eas cõcitat & reſoluit ſol & balneũ & exercitatio & metus & ira & quilibet alius aĩ affectus. Adeo vt cũ primum medicus vẽit: ſolicitudo ægri dubitãtis quõ ille ſe habere videatᷣ: eas moueat. ob quã cauſã periti medici ẽ: nõ ꝓ tinus vt vẽit apprehẽdere mãu brachiũ. Sed primum reſidere hilari vultu: pcõtariq; queãdmodũ ſe habeat: & ſi qs eius metus ẽ: eũ ꝓbabili ſermõe leniri tũ deinde eius cor pori manũ admouere. Quas venas ãt cõſpectus medici mouet quam facile mille res turbãt. Altera res ẽ: cui credimus calor æque fallax. Nã hic quoq; excitatᷣ æſtu: labore ſõno: metu: ſolicitudine. Igitur intueri qdẽ ẽt iſta oportet. Sed his nõ oĩa credere: ac ꝓ tinus qdẽ ſcire nõ febricitare eũ: cuius uenæ naturaliter ordinatæ ſunt: teporq; talis eſt qualis eſſe ſanis ſolet. Nõ ꝓtinus ãt ſub calore motuq; febrẽ ſeſe cõcipe: ſed ita: ſi ſũma quoq; arida inæqualiter cutis ẽ ſi calor & ĩ frõte ẽ & ĩtimis præcordijs oritᷣ. ſi ſpiritus ex naribus cũ feruore prorũpit. ſi color: aut rubore: aut pallore nouo mutatus ẽ ſi ocu li graues: & aut pſicci: aut ſubhumidi ſunt. ſi ſudor cũ fit: inæqualis ẽ. ſi uenæ non æqs interuallis mouẽtᷣ. Ob quã cãm medicus neq; ĩtenebris: neq; a capite ægri debet reſide re: ſed illuſtrimẽto aduerſus eũ: ut oĩs notas ex uultu quoq; cubãtis pſpiciat. Vbi uero febris fuit atq; decreuit: expenſari oportet: nũ tpa: parteſue corporis aliæ paulũ made ſcant: quæ ſudorẽ uenturũ eſſe teſtentᷣ. Ac ſi qua nota eſt: tũc demũ dare potui calidã aquã. cuius ſalubris effectus eſt: ſi ſudorẽ p oĩa mẽbra diffundit. Huius ãt ſ̃ui cã conti nere æger ſub ueſte ſatis multa manus debet: eadẽq; crura pedeſq; cõtegere: qua male plæriq; ægros in ipſo ĩpetu febris: peſſimeq; ubi ardẽs ea eſt: male habẽt. Si ſudare cor pus cœpit linteũ tepefacere oportet: paulatimq; ſingula mẽbra detergere. At Vbi ſu dor oĩs finitus ẽ: aut ſi is nõ uenit: ubi quã maxĩe potuit: idoneus eſſe cibo æger uidetᷣ ſub ueſte leniter ungendus ẽ: tũ detergendus: deinde ei cibus dandus. Cibus ãt febrici tãtibus humidus eſt aptiſſimus: aut humori certeq̃ ꝓximus: utiq; ex materia quam leuiſſima: maximeq; ſorbitio. eaq; ſi magnæ febres fuerunt: quã tenuiſſima eſſe debet. Mel quoq; deſpumatũ huic recte adijcitᷣ quo corpus magis nutriatᷣ ſed id ſi ſtomachũ offẽdit: ſuperuacuũ ẽ: ſicut ipſa quoq; ſorbitio. Dari uero ĩuicẽ eius põt: uel ĩtrita ex aq̃ calida: uel alica elota. ſi firmus ẽ ſtomachus & cõpreſſa aluus ex aqua mulſa. ſi uel ille lãguet uel hæc ꝓfluit ex puſca. Et prio qdẽ cibo ita ſatis ẽ. ſecũdo uero aliqd adijci põt ex eodẽ tñ genere materie: uel olus: uel cõchiliũ uel pomũ. Et dũ febres quidẽ ĩcreſcũt hic ſolus idoneus cibus eſt. Vbi uero aut deſinũt: aut leuãtᷣ ſemp qdẽ incipiendũ ẽ ab aliquo ex materia leuiſſima: adijciẽdũ uero aliqd ex media: rõne habita ſubide & uiriũ hoĩs & morbi. Ponẽdi uero ægro uarij cibi: ſicut Aſclepiades præcepit: tũ demũ ſunt ubi faſtidio urgetᷣ neq; ſatis uires ſufficiũtᷣ ut paulũ ex ſingulis deguaſtandoᵒ famẽ ui tet. At ſi neq; uis neq; cupiditas deeſt: nulla uarietate ſollicitãdus æger ẽ: ne plus aſſu mat: q̃ cõcoquat. Neq; uerũ ẽ: qᵈ ab eo dicitᷣ: facilius cõcoq cibos uarios. Edũtᷣ.n. fa cilius. Ad cõcoctionẽ ãt materiæ genus & modus ptinẽt. Neq; inter magnos dolores

neq; increſcente morbo tutum eſt ægrũ cibo impleri ſed ubi inclinata iam in melius valetudo eſt. Sunt aliæ quoq; obſeruationes in febrius neceſſariæ. atq; id quoq; vidẽdũ ẽ: qđ qdã ſolũ præcipiũt: an aſtrictũ corpus ſit. an ꝓfluat. Quoꝝ alterũ ſtrangulat qđ cõtinet: alterũ digerit. nã ſi aſtrictũ ẽ: ducẽda aluus ẽ: mouẽda vrina: eliciendus oĩ modo ſudor. In hoc genere morboꝝ ſanguinẽ ẽt miſiſſe: cõcuſſiſſe vehemẽtibus geſtatiõibus corpus in lumine habuiſſe: ĩperaſſe famẽ: ſitim vigiliã ꝓdeſt. Vtile ẽ ẽt ducere in balneũ: prius dimittere ĩ ſoliũ: tũ vngere: itẽ ad ſoliũ redire: multaq; aq̃ fouere inguina: interdũ ẽt oleũ ĩ ſolio cũ aqua calida miſcere: vti cibo rarius & ſerius tenui: ſimplici molli. calido. exiguo: maxĩeq; oleribus: qualia ſunt: lapatiũ. vrtica. malua: vel iure etiã cõcharũ: muſculorumue: aut locuſtarũ: neq; dãda caro niſi elixa ẽ. At potio eſſe debet magis liberalis & ante cibũ & poſt hũc & cũ hoc vltra quã ſitis coget. Poteritq; a balneo ẽt pinguius dari vinũ. poterit ſemel aut bis iterpõi græcũ ſalſũ. Contra vero ſi corpus ꝓfluet: ſudor coercẽdus: qes adhibẽda erit tenebris ſõniq;: qñcũq; volet: vtẽdũ. nõ niſi leui geſtatiõe corpus agitãdũ: & ꝓ genere mali ſubueniẽdũ. Nã ſi vẽter fluit aut ſi ſtomachus nõ continet: vbi febris decreuit: liberaliter oportet aquã tepidã potui dare & vomere: cogere: niſi aut fauces: aut præcordia: aut latus dolet: aut vetus morbus ẽ. Si vero ſudor exercet: durãda cutis ẽ vel nitro vel ſale: quæ cũ oleo miſcent̃. At ſi leuius id vitiũ eſt: oleo corpus vngẽdũ eſt. ſi vehementius: roſa vel melino vel myrteo: cui vinũ auſterũ ſit adiectũ. Quiſqs ãt fluore æger ẽ: cum venit in balneũ prius vngendus deinde in ſoliũ demittẽdus eſt. Si in cute vitium eſt frigida quoq; quã calida aqua melius vtet̃. Vbi ad cibum ventum eſt: dari debet is valens. frigidus. ſiccus ſimplex: qui quã minime corrũpi poſſit: panis toſtus: caro aſſa: vinũ aſperum: vel certe ſubauſterũ ſi venter profluit: calidum: ſi ſudores nocent: vomituſq; ſunt frigidum.

¶Quomodo peſtilentes febres: curari debeant. Caput. vij.

d Eſiderat ẽt ꝓpriã aĩaduerſionẽ in febribus peſtilẽtiæ caſus. In hac minime vtile eſt: aut fame: aut medicamẽtis vti aut ducere aluũ. Si vires ſinunt: ſanguinẽ mittere optimũ eſt: præcipueq; ſi cũ dolore febris ẽ: Si id parũ tutũ ẽ: vbi febris aut tenuata eſt: aut leuata eſt vomitu pectus purgare. Sed ĩ hoc maturius: quã ĩ aliis morbis ducere ĩ balneũ opus ẽ: vinũ calidũ & meracius dare & oĩa glutinoſa. Inter quæ quoq; carnẽ generis eiuſdẽ. Nã quo celerius eiuſmodi tẽpeſtates corripiũt: eo maturius auxilia: ẽt cũ quadã temeritate rapiẽda ſũt. Quod ſi puer ẽ: q laborat: neq; tm̃ robur eius ẽ: vt ſanguis mitti poſſit: ſiti ei vtẽdũ ẽ. ducẽda aluus vel aqua: vel ptiſanæ cremore tum demũ is leuibus cibis nutriẽdus. Et ex toto nõ ſic pueri vt viri curari debẽt. Ergo: ut ĩ alio quoq; genere morboꝝ parcius ĩ his agẽdũ ẽ. Nõ facile ſanguinem mittere nõ facile ducere aluũ: nõ cruciare uigilia: fameue: aut nimia ſiti: nõ uino curare ſatis conuenit. Vomitus poſt febrem eliciendus eſt: deinde dandus cibus ex leuiſſimis tũ is dormiat. poſtero quoq; die ſi febris manet: abſtineat̃. Tertio ad ſimilẽ cibũ redeat. Dãdaq; opa ẽ quãtũ fieri põt: ut iter oportunã abſtinẽtiã ciboꝝq; oportunos obmiſſis cæteris nutriat̃. Si uero ardẽs febris extorret: nulla medicamẽti dãda potio ẽ. ſed in ipſis acceſſiõibus oleo & aq̃ refrigerãdus ẽ. q miſcẽda mãu ſũt donec albeſcant: & con claui tenendus: quo multũ & purũ aerẽ trahere poſſit: neq; multis ueſtimẽtis ſtrãgulandus ſed admodũ leuibus tm̃ uelãdus ẽ. Poſſunt ẽt ſup ſtomachũ imponi folia uitis in aqua frigida tincta. Ac ne ſiti quidẽ nimia uexãdus ẽ: alẽdus maturius ẽ: ideſt a die tertio & ante cibũ hiſdẽ perungendus. Si pituita in ſtomacho coiit: iclinata iã acceſſione: vomere cogendus eſt. & tunc dandum frigidũ olus: aut pomũ ex his: quæ ſtoma-

cho couenīūt. Si ſiccus manet ſtomachus: protinus vel ptiſanæ vel alicæ vel orizæ cremor dandus eſt cū quo recēs adeps cocta ſit. Cū vero in ſūmo incremēto morbus eſt vtiq; nō ante diē quartū magna ſiti antecedente: frigida aqua copioſæ præſtāda eſt: vt bibat ēt vltra ſatietatē: & cū iā vēter & præcordia vltra modū repleta ſatiſq; refrigerata ſunt: vomere debet. Quidā ne vomitū qdē exigunt: ſed ipſa aqua frigida tm̄ ad ſatietatē data ꝑ medicamēto vtunt̄. Vbi vtrūlibet factū ē: multa veſte operiēdus ē & collocādus vt dormiat. Fereq; poſt lōgā ſiti & vigiliā: poſt multā ſatietatē: poſt ifractū calorē plēus ſōnus vēit p quē ingēs ſudor effundit̄ idq; præſentiſſimū auxiliū ē. Sed i his tn̄ i qb9 præter ardorē: nulli dolores: nullus ꝑcordiorꝫ tumor: nihil ꝓhibēs vel i thorace vel i pulmōe vel i faucibus: nō vlcus: nō defectio: non deiectio: nō ꝓfluuiū alui fuit.

¶ Curatio ſemitertianæ febris quæ hemitritæos dicitur. Caput. viij.

a T vbi id genus tertiāæ ē: qđ hemitritæon medici appellāt: magna cura opus eſt: ne id fallat. Habet. n. plerūq; frequētiores aceſſiōes deceſſioneſq;: vt aliud morbi genus videri poſſit: porrigitq; febris īter horas vigintiquatuor & triginta ſex. vt quod idem eſt: non idē eſſe videatur. Et magnopere neceſſarium eſt neq; dari cibum: niſi in ea remiſſione: quæ uera eſt: & ubi ea uenit: protinus dari: plurimiq; ſub alterutro curantis errore ſubito moriunt̄. ac niſi magnopere aliq̄ res prohibet inter initia ſāguis mitti debet: tū dari cibus: q̄ neq; icitet febrē: & tn̄ lōgū eius ſpaciū ſuſtineat.

¶ Curatio lentarum febrium. Caput. ix.

n Onnūq̄ ēt lētæ febres ſine ulla remiſſiōe corpus tenēt: ac neq; cibo: neq; ulli remedio locus eſt. In hoc caſu medici cura eſſe debet: ut morbū mutet. Fortaſſe enī curatiōi oportunior fiet. Sæpe igit̄ ex aqua frigida: cui oleū ſit adiectū: corpus eius ꝑtractādū ē. qm̄ interdū ſic eueuit: ut horror oriat̄: & fiat initiū quoddā noui motus: exque eo cū magis corpus īcaluit: ſequat̄ ēt remiſſio. In his frictio quoq; ex oleo & ſale ſalubris uidet̄. at ſi diu frigus eſt & torpor & iactatio corporis non alienū eſt in ipſa febre dare mulſi tres aut q̄ttuor cyathos: uel cum cibo uinum bene dilutum Intēdit̄. n. ſæpe ex eo febris: & maior ortus calor: ſimul & priora mala tollit: & ſpem remiſſiōis in ea curatiōe oſtēdit. Neq; hercules iſta curatio noua ē qua nūc qdā traditos ſibi ægros: q ſub cautioribus medicis trahebant̄: iterdū cōtrarijs remedijs ſanant. Si qdē apud antiquos quoq; ante Erophilū & Eraſiſtratū: maxieq; poſt Hippocratē fuit Petro qdā q febricitātē hoiem ubi accepat multis ueſtimētis opiebat: ut ſimul calorē ingentē ſitimq; excitaret. Deinde ubi paulū remitti cœperat febris: aquā frigidam potui dabat: ac ſi mouerat ſudorē: explicuiſſe ſe ægrū indicabat. ſi nō mouerat: plus ēt aquæ frigidæ igerebat: & tū uomere cogebat. Si alterutro modo febre liberauerat: ꝓtinus ſuillā aſſā & uinū hoi dabat. Si nō liberauerat: decoquebat aquā ſale adiecto eāq; bibere cogebat: ut mouēdo uētrē purgaret. Et intra hæc oīs eius medicina erat. Eaq; nō minus grata fuit his: quos Hippocratis ſucceſſores nō refecerāt quā nūc ē his: quos Erophili uel Eraſiſtrati æmuli diu tractos nō expedierūt. Neq; ideo tn̄ nō ē temeraria iſta medicina: qa plures ſi ꝓtinus a principis excepit: iteremit. Sed cū eadē oībus conuenire nō poſſint: fere quos rō nō reſtituit: temeritas adiuuat. Ideoq; eiuſmodi medici melius alienos ægros: quā ſuos nutriunt. Sed ē circūſpecti quoq; hoīs & nouare interdū & augere morbum & febres accēdere: qa curationē ubi id. qđ eſt nō recipit: pōt recipere id quod futurum eſt.

¶ Remedia in febribus ad capitis dolorem & præcordiorum inflamationem & ariditatem & ſcabritiem linguæ. Caput. x.

Onſiderādū ēt eſt: febres nē ſolæ ſint: an alia his quoq; mala accedāt. ideſt nū
c caput doleat: nū lingua aſpa: nū præcordia intēta ſint. Si capitis dolores ſunt roſā cū aceto miſcere oportet: & ī id īgerere: deinde habere duo pittacia: quæ latitudinē frōtis lōgitudinēq; æquēt. Ex his īuicē alterū ī aceto & roſa habere: alterū in frōte: aut ītinctā hiſdē lanā ſuccidā īponere. Si acetū offēdit: pura roſa vtēdū ē. Si roſa ipſa lædit: oleo acerbo. ſi iſta parū iuuāt: teri poteſt vel iris arida: vel nuces amaræ: vel quælibet herba ex refrigerantibus. Quoꝝ qdlibet ex aceto īpoſitū dolorē minuit: ſed magis aliud ī alio. Iuuat pāis cū papauere iniectus: vel cū roſa: ceruſſa: ſpumaue argē ti. Olfacere quoq; vel ſerpillū vel anetū nō alienū ē. At ſi ī præcordijs īflāmatio & dolor ē: prīo ſup īponēda ſunt cataplaſmata reprimētia: ne ſi calidiora fuerīt plus eo materiæ cōcurrat. Deinde vbi pria īflāmatio ſe remiſit: tūc demū ad calida & hūida veniēdū ē: vt ea quæ remāſerit: diſcutiāt. Notæ vero īflāmatiōis ſūt qtuor: rubor & tumor cū calore & dolore. Quo magis errauit Eraſiſtratus: q febrē nullā ſine hac eſſe dixit. Ergo ſi ſine īflāmatiōe dolor ē: nihil īponēdū ē. Hūc. n. ſtatī ipſa febris ſoluit. At ſi neq; īflāmatio: neq; febris: ſed tm̄ pcordioꝝ dolor ē: ptinus calidis & ſiccis fomētis vti licet. Si vero līgua ſicca ē & ſcabra: detergēda primū pēicillo ē ex aq calida. Deinde vnguēda mixtis īter ſe roſa & melle. Mel purgat. roſa reprimit: ſimulq; ſiceſcere ñ ſinit. At ſi ſcabra ñ ē ſed arida: vbi pēicillo deterſa ē: vngi roſa debet: cui cære paulū adiectū.

## ¶ Remedia cōtra frigus: quod febrem præcedit. Caput. xi.

Olet ēt ante febres eſſe frigus: idq; vel moleſtiſſimū morbi gēus ē. Vbi id ex-
ſ pectat: oī potiōe phibēdus æger ē. Hæc. n. paulo ante data multū malo adijcit. Itē maturius veſte multa tegēdus ē. admouēda ptib9 his: p qbus metuimus: ſicca & calida fomēta ſic ne ſtatī vehemētiſſimi calores īcipiāt: ſed paulatī increſcāt. Perfricādæ quoq; eæ ptes māibus vnctis ex vetere oleo ſūt: eiq; adijciēdū aliqd ex calefaciētibus. Cōtētiq; medici qdā vna frictiōe ēt ex quolibet oleo ſūt. In harū febriū remiſſiōibus nōnulli tres aut qtuor ſorbitiōis cyathos ēt nū vltra manēte febre dāt. Deinde ea bñ finita reficiūt ſtomachū cibo frigido & lēi. Ego tū hoc puto tētandū: cū parū cibus ſemel & poſt febrē datus pdeſt. Sed curioſe pſpiciēdū ē: ne tēpus remiſſiōis decipiat. Sæpe. n. ī hoc quoq; genere valetudinis iā minui febris videtur & rurſus intēditur. Itaq; ei remiſſioni credendū eſt: quæ etiam immoratur & iactationem fœtorēq; quēdā oris: quē ozē græci vocāt: minuit. Illud ſatis cōueīt: ſi quotidie pares acceſſiōes ſūt: quotidie puū cibū dādū: ſi īpares: poſt grauiorē cibū: poſt leuiorē: aquā mulſam.

## ¶ Curatio horroris in febribus. Caput. xij.

Orror āt eas fere febres antecedit: quæ certū habēt circuitū & ex toto remittū
h tur. Ideoq; tutiſſimæ ſūt maxīe: quæ curatiōes admittūt. Nā vbi īcerta tēpora ſūt: neq; alui ductio: neq; balneū: neq; medicamētū aliud recte dat. īcertū ē. n. qñ febris vētura ſit: ita fieri poterit: vt ſi ſubito venerit: ſūma ī eo pnicies ſit: qd auxilij cā ſit īuētū. Nihilq; aliud fieri pōt: quā vt primis dieb9 bene abſtineat æger deinde ſucceſſu febris eius q grauiſſima ē: cibū ſumat. at vbi certus circuitus ē: facilius oīa illa tētāt: qa facilius pponere nobis & acceſſionū & deceſſionū vices poſſumus. In his āt cū veterauerūt: vtilis famis ñ ē: Primis tātūmodo dieb9 ea pugnādū ē: deīde diuidēda curatio ē: & añ horror: tū febris diſcutiēda. Igit cū primū aliqs īhorruit & ex horrore īcaluit: dare ei oportet potui tepidā aquā ſubſalſā & vōere eū cogere. nā fere talis horror ab his orit q bilioſa ī ſtomacho reſederūt. idē faciēdū ē ſi pxīo quoq; circuitu æque ceſſit ſæpe. n. ſic diſcutit. iāq; qd genus febris ſit: ſcire licet. itaq; ſub expectatione pro-

ximeaccesſionis:quæ instare tertia pōt:deducendus in balneum est: dandaq; opa est: vt p tēpus horroris in solio sit. Si ibi quoq; senserit nihilominus idē sub expectatiōe ac cesſionis quartæ faciat. si qdē eo quoq; modo ſæpe id discutit̃. si nec balneū quidē pro fuit: ante accesſionē alliū edat: aut bibat calidā aquā cū pipere si qdē ea quoq; assūpta calorē mouēt: qui horrorē nō admittit. Deinde eo modo quo ī frigore pceptū est: ante q̄ inhorrescere posſit. opiat̃. Fomētisq; ptinus validioribus totū corpus circūdare con uenit: maxieq; īuolutis extinctis testis & titiōibus. Si nihilominus horror perruperit multo oleo calefacto iter ipsa vestimēta pfundatur: cui æque ex calefacientibus aliqd sit adiectū. adhibeat̃q; frictio quātā is sustinere poterit: maximeq; in manibus & pe- dibus & spiritū ipse cōtineat. neq; desistendū est ēt si horror est. Sæpe. n. ptinacia iuuā tis malū corporis vincit. Si qd euomuit: dāda aqua tepida: iterūq; vomere cogendus est. vtendūq; eisdē est donec horror finiatur. Sed præter hæc: ducenda aluus est: si tar- dius horror quiescit. si qdē id quoq; exonerato corpori pdest. Vltima quoq; post hæc auxilia sunt gestatio & frictio. Cibus āt in eiusmodi morbis maxime dandus est. qui mollē aluum præstet. Caro glutinosa. vinum: cum dabit̃: austerum.

¶Curatio quotidianæ febris. Caput. xiij.

h Aec ad oēs circuitus febriū pertinent. discernendæ tñ singulæ sunt: sicut ratio nē habent disſimilē. si quotidiana ē: triduo primo magnopere abstinere opor tet. tū cibis altero quoq; die vti. Si res inueterauerit: post febrē experiri balneū & vinū: magisq; si horrore sublato hæc superest.

¶Curatio tertianæ febris. Caput. xiiij.

ſ I tertiana vero: quæ ex toto intermittit: aut quartana est: medijs diebus & am bulatiōibus vti oportet: alijsq; exercitatiōibus & vnctionib9. qdā ex antiquio ribus medicis Cleophātus ī hoc genere morbo℞ multo ante accesſionē caput ægri multa calida aq̄ pfundebat: deinde vinū dabat. Quod q̄uis pleraq; eius viri præ- cepta secutus est Asclepiades: recte tñ prætérijt. Est. n. anceps: Ipse: si tertiana febris ē: tertio die post accesſionē dicit aluū duci oportere. quinto post horrorē: vomitū elice- re. deinde post febrē: sicuti illi mos erat: adhuc calidis dare cibū & vinū. Sexto die in le ctulo detineri sic. n. fore: ne septimo die febris accedat. Id sæpe fieri posse verisimile est. Tutius tñ est: vt hoc ipso ordine vtamur Tria remedia: vomitus: alui ductionis: vini potus p triduū: idest die tertio & quinto & septimo tētare. nec vinū nisi post accesſionē die septimo bibat. Si vero primis diebus discusſus morbus nō est: īciditq; ī vetustatē: quo die febris expectabitur: in lectulo se contineat: post febrē perfricetur: tū cibo assū pto bibat aquā. postero die: quo cibo vacat & ab exercitatione vnctioneq;: aqua tñ cō tentus cōquiescat. Et id quidē optimum est. Si vero imbecillitas vrgebit: & post febrē vinum: & medio die paulum cibi debebit assumere.

¶Curatio quartanæ febris. Caput. xv.

e Adē in quartana faciēda sunt. Sed cū hæc tarde admodum finiat̃: nisi primis diebus discusſa est: diligētius ab initio præcipiēdū est: quid in ea debeat fieri. Igit̃ si cui cū horrore febris accesſit: eaq; desijt: eodē die & postero tertioq; cō- tinere se debet: & aquā tantūmodo calidā primo die post febrē sumere: biduo pximo quantū fieri pōt ne hanc quidē. si quarto die cū horrore febris reuertitur: vomere sicut ante præceptū est deinde post febrē modicū cibū sumere: vini quadrantē. Postero ter- tioq; die abstinere: aqua tātūmodo calida: si sitiet: assumpta: septio die balneo frigus præuenire: abstinere: continere se debet: si febris redierit: ducere aluū. vbi ex eo corpus

conquieuerit inunctione uehementer perfricari: eodem mō ſumere cibum & uinū: bi-
duo ꝓximo ſe abſtinere: frictione ſeruata. decimo die rurſus balneū experiri: & ſi po-
ſtea febris acceſſit: æque pfricari. uinum copioſius bibere. ac ſi proximū eſt: quies tot
dierū: ut abſtinētia cum cæteris quæ præcipiuntur: febrē tollant. Si uero nihilominus
remanet: aliud ex toto ſequendum eſt curationis genus: idq; agendū: ut quod diu ſu
ſtinēdū eſt: corpus facile ſuſtineat. Quo minus ēt curatio probari Heraclidis tarētini
debet. qui primis diebus ducēdā aluū. deinde abſtinendū uſq; in ſeptimum diē dixit.
Quod ut ſuſtinere aliquis poſſit tn̄ etiam febre liberatus uix refectioni ualebit. Adeo
ſi febris ſæpius acceſſerit: cōcidet. Igitur ſi tertiodecimo die morbus remanebit: balne
um neq; ante febrē neq; poſt eam tētandū erit: niſi interdū iam horrore diſcuſſo. Hor-
ror ipſe per eadē quæ ſupra præſcripta ſunt expugnādus. Deinde poſt febrem oporte-
bit ungi & uehementer perfricari: cibum & ualidum & fortiter aſſumere. uino uti quā
tum libebit. poſtero die cum ſatis quieuerit: ambulare: exerceri: ungi: perfricari: forti-
ter: cibū accipere ſine uino: Tertio die abſtinere. Quo die uero febrē expectabit: ante
ſurgere & exerceri: dareq; operā oportet: ut in ipſam exercitationē tempus febris īcur
rat. Sic. n. ſæpe illa diſcutit̄. At ſi in ope occupauit: tum demū ſe recipere. In eiuſmodi
ualetudine medicamenta ſunt: oleum: frictio: exercitatio: cibus uinū. Si uenter aſtri-
ctus eſt ſoluendus eſt. Sed hæc facile ualidiores faciunt: ſi imbecillitas occupauit: ꝓ
exercitatione geſtatio eſt. Si ne hanc quidem ſuſtinet: adhibēda tn̄ frictio ē. ſi hæc quo
q; uehemens onerat: intra quietē & unctionē & cibū ſiſtendū eſt: danda opera eſt: ne q̄
cruditas in quotidianam id malū uertat. Nā quartana neminē iugulat. ſed ſi ex ea fa-
cta quottidiana ē: in malis æger eſt. Quod tn̄ niſi culpa uel ægri vel curantis nunq̄ fit.

¶Curatio duarum quartanarum. Caput. xvi.

T ſi duæ quartanæ ſunt: neq; hæ: quas ꝓpoſui: exercitatiōes adhiberi poſſūt:
a aut ex toto quieſcere opus eſt: aut ſi id difficile ē: leuiter ambulare: conſidera
diligenter inuolutis pedibus: & capite. Quotiēs febris acceſſit & deſijt: cibū
modicum ſumere & uinum. reliquo tempore niſi imbecillitas urget: abſtinere. Aut ſi
duæ febres pene iunguntur: poſt utranq; cibum ſumere. Deinde uacuo tēpore & mo-
ueri aliquid: & poſt vnctiōem cibo vti. Cū vero vetus quartana raro: niſi vere ſoluat̄:
vtiq; eo tēpore attendendū eſt ne quid fiat qd valetudinē impediat. Prodeſtq; in vetere
quartana mutare ſubinde uictus genus: a uino ad aquam: ab aqua ad uinum: a lenibꝰ
cibis ad acres: ab acribus ad lenes trāſire: eſſe radicē: deinde uomere: iureue pulli gal
linacei uentrem reſoluere: oleum ad frictiones adijcere: calefacientia ante acceſſio-
nem ſorbere: uel aceti cyathos duos: uel unum ſinapis cum tribus græci uini ſalſi: uel
mixta pibus portionibus & in aqua diluta: pip: caſtoreū: laſer: myrram. Per hæc eni
ſimiliaq; corpus agitandū eſt: ut moueatur ex eo ſtatu quo detinet̄. Si febris quieuit
diu meminiſſe eius diei cōuenit: eoq; uitare frigus: calorē: cruditatē: laſſitudinē. Facile
enim reuertitur: niſi a ſano quoq; aliquādiu timet̄.

¶Curatio quotidianæ febris: quæ ex quartana facta ſit. Caput. xvij.

T ſi ex q̄rtana quotidiana facta eſt: cum id uitio inciderit: p biduum abſtine
a re oportet. frictione uti: aquam tantūmodo ueſperi potui dare. tertio die ſæ-
pe fit ne febris accedat. ſed ſiue fuit: ſiue non fuit: cibus poſt acceſſionis tem-
pus eſt dandus. at ſi manet: p biduum abſtinentia: quanta maxime īperari corpori po
teſt: fricatione quotidie: utendum ē.

¶De tribus inſaniæ generibus & primo de eius curatione: quæ a græcis phreneſis di-
citur. Caput. xviij.

e T febriū quidem ratio expoſita eſt. Superſūt vero alij corporis affectus qui huic ſuperueniūt. ex quibus: eos: qui certis partibus aſſignari nō poſſunt: protinus iungā. Incipiā ab inſania: primāq; huius ipſius ptē agrediar quæ & acuta & ī febre eſt: græci phreneſin appellāt. illud ante oīa ſcire oportet: interdū in acceſſione ægros deſipere & loqui aliena. Quod nō quidē leue eſt: neq; incidere poteſt: niſi ī febre uehemēti non tñ æque peſtiferū eſt. Nā plærunq; breue eſſe cōſueuit: leuatoq; acceſſiōis īpetu ꝓtinus mens redit. Neq; id gēus morbi remediū aliud deſiderat: quam quod ī curāda febre præceptū ē. Phreneſis uero tū demū eſt: cū cōtinua demētia eſſe īcipit: aut cū æger quāuis adhuc ſapiat: tñ quaſdā vanas imagines accipit. perfecta eſt vbi mens illis imaginibus ad dicta ē. eius āt plura genera ſūt: ſi qdē ex phreneticis alij hilares: alij triſtes ſunt: alij facilius cōtinent̄ & intra verba deſipiunt. alij conſurgūt & violenter quædā manu faciunt. atq; ex his ipſis alij nihil niſi impetu peccant. alij etiam artes adhibent: ſummāq; ſpeciē ſanitatis in captādis maioꝝ operū occaſionibus pbēt: ſed exitu deprehendūtur. Ex his autem eos qui intra verba deſipiunt: aut leuiter etiam manu peccāt: onerare aſperioribus cohercitiōibus ſuperuacuū eſt. Eos ver oqui violētius ſe gerūt uincire cōuenit: ne vel alteri vel ſibi noceāt. Neq; credēdū eſt ſi vinctus aliquis dū leuari vīculis cupit: ſanū iam ſe fingat: quāuis prudēter & miſerabiliter loquatur: quoniā is dolus inſanientis eſt. Fere vero antiqui tales ægros in tenebris habebāt: eo qd̄ eis cōtrariū eſſet exterreri: & ad quietē animi tenebras ipſas cōferre aliquid iudicabant. At Aſclepiades tanq̄ tenebris ipſis terrentibus in lumīe habēdos eſſe dixit. neutrū tñ perpetuum eſt: aliū enī lux: aliū tenebræ magis turbant. repriunt̄q; in quibus nullū diſcrimen depræhēdi vel hoc uel illo mō poſſit. optimum itaq; eſt vtrunq; experiri: & habere eū: qui tenebras horret: in luce: eum qui lucem in tenebris. At vbi nullū tale diſcrimen ē: æger ſi vires habet: loco lucido: ſi nō habet: obſcuro cōtinēdus ē. Remedia vero adhibere vbi maxīe furor vrget: ſuperuacuū eſt. ſimul enim febris quoq; īcreſcit. Itaq; tum nihil niſi cōtinēdus æger eſt. Vbi uero res patitur: feſtinanter ſubueniendum eſt. Aſclepiades perinde eſſe dixit his ſanguinem mitti ac ſi trucidentur: rationē hanc ſecutus: quod neq; inſania eſſet niſi: febre intenta: neq; ſanguis niſi in remiſſione eius recte mitteretur. Sed ipſe in his ſomnum multa frictione quæſiuit: cum & intentio febris ſomnū impediat: & frictio nō niſi in remiſſiōe eius utilis ſit. Itaq; hoc quoq; auxiliū debuit prætetire. Quid igitur eſt? Multa in præcipiti periculo recte fiūt alias omittēda. Et cōtinuata quoq; febris habet tēpora: quibus & ſi non remittit: non tñ creſcit. Eſtq; hoc ut nō optimū: ſic tñ ſecundum remedij tempus. Quod ſi uires ægri patiuntur: ſanguis quoq;. mitti debet. Nec minus deliberari poteſt: an aluus ducenda ſit. tum interpoſito die conuenit caput ad cutē tondere: deinde aqua fouere ī aqua uerbenæ aliquæ decoctæ ſint uel ex reprimentibus: aut prius fouere deīde tondere & iterum fouere: ac nouiſſime roſa caput nareſq; implere: offerre etiā naribus rutam: ex aceto cōtritā: mouere ſternutamēta medicamētis in id efficacibꝰ. Quæ tñ faciēda ſūt in his: quibus uires nō deſunt. Si uero imbecillitas eſt: roſa tñ caput adiecto ſerpillo: ſimiliq; aliquo malefaciendū eſt. Vtiles etiam in quibuſcunq; uiribus herbæ duæ ſūt: ſolanum & muralis. ſimul ex vtraq; ſucco expreſſo caput impleatur. cum ſe febris remiſerit frictione vtendum eſt. parcius tñ in his qui nimis hilares quā in his qui nimis triſtes ſunt. Aduerſus omnium āt ſic inſanientiū animos gerere ſe pro cuiuſq; natura neceſſariū ē. Quorundā enim uani metus leuandi ſunt: ſicut in homine pdiuite famē timēte icidit: cui ſubīde falſæ hereditates nūciabāt̄. quorūdā audacia coercēda ē: ſicut ī his fit: in quibus cōtinendis plagæ quoq; adhibent̄. quorundā ēt ītēpeſtiuus riſus &

obiurgatiōe & minis prohibēdus ē. quorundā diſcutiēda triſtes cogitationes. Ad qđ ſymphoniæ & cymbala: ſtrepituſq; ꝓficiūt. Sæpius tñ aſſētiendū: quā repugnādū ē. paulatimq; & nō euidēter ab his: quæ ſtulte dicent̃ ad meliora mens eius abducenda ē. Interdū ēt eliciēda ipſius intētio: vt fit in hominibus ſtudioſis litteraꝶ quibus liber legit̃: aut recte ſi delectant̃: aut ꝑperā: ſi id ipſū eos offendit. Emēdādo enim cōuerte re aīum incipiūt. Quin ēt recitare ſi qua meminerūt: cogendi ſunt: Ad cibum quoq; quoſdā nō deſiderantes reduxerūt hi: qui inter epulātes eos collocauerūt. Omnibus vero ſic affectis ſomnus & difficilis & ꝑcipue neceſſarius ē. Sub hoc. n. pleriq; ſaneſcūt Prodeſt ad id atq; ēt ad mentē ipſā cōponendam crocinū vnguentum cū irino in caput datū. Si nihilominus vigilāt hi: quidā ſomnū moliunt̃ potui dādo aquā: ī qua papauer: aut hyoſcyamos decocta ſit: alij mādragoræ mala puluino ſubijciunt. alij vel amonū: vel ſicamini lachrymā frōti inducunt. Hoc nomē apud medicos reperio. Sed cū græci moꝶ ſicamynō appellāt: mori nulla lacrima eſt. ſic vero ſignificat̃ lacrima arboris in egypto naſcētis: q̄ ibi moroſicō appellāt. Plurimi decoctis papaueris corticibus ex ea aqua ſubinde ſpōgia os & caput fouēt: aſclepiades ea ſupuacua eſſe dixit q̄m ī letargū ſæpe cōuerterēt. Præcipit āt vt primo die a cibo: potione: ſomno abſtineret̃: veſpere ei daret̃ potui aqua: tunc frictio admoueretur lenis ita vt ne manum quidem qui fricaret: vehementer imprimeret: poſtero deinde de hiſdem oibus factis veſpere ei daret̃ ſorbitio & aqua: rurſuſq; frictio adhiberet̃. Per hāc. n. nos cōſecuturos: vt ſomnus accedat. Id īterdū fit & q̄dē adeo: vt illo cōfitēte nimia frictio ēt lethargi periculum afferat. Sed ſi ſic ſomnus nō acceſſit. tū demū illis medicamētis accerſendus ē: habita ſcilicet eadē moderatiōe: quæ hic quoq; neceſſaria ē: ne quē obdormire volumus excitare poſtea nō poſſumus. Cōfert ēt aliquid ad ſomnū ſilanus iuxta cadēs: vel geſtatio poſt cibū & noctu: maxīeq; ſuſpēſi lecti motus. Neq; alienū eſt: ſi neq; ſanguis ante miſſus ē: neq; mens cōſtat: neq; ſomnus accedit: occipitio inciſo cucurbitulā admouere. Quę quia leuat morbū: pōt ēt ſomnū facere. Moderatio āt in cibo quoq; adhibēda ē. Nam neq; implēdus æger ē: ne īſaniat. neq; ieiunio vtiq; vexādus ē: ne imbecillitate in cardiacū īcidat. Opus eſt āt cibo infirmo: maxīeq; ſorbitione: potione aquæ mulſæ. cuiꝰ ternos cyathos bis hyeme: quater æſtate dediſſe ſatis eſt. Alterū genus inſaniæ ē: qđ ſpatiū lōgius recipit: quia fere ſine febre īcipit: leues deīde febriculas excitat & cōſiſtit ī triſtitia: quā uidet̃ bilis atra cōtrahere. In hac vtilis detractio ſanguinis ē. Si qđ hāc ꝓhibet: prima ē abſtinētia: ſecūda p albū veratrū: vomitūq; purgatio. poſt vtrumlibet adhibēda bis die frictio ē. Si magis valet frequens ēt exercitatio. In ieiuno vomitus: cibus ſine vino dādus ex media materia ē: Quā quotiens poſuero: ſcire licet ēt ex infirmiſſima dari poſſe: dū ne ea ſola quis vtat̃: valētiſſima tātūmodo eſſe remouēda. ꝓter hæc ſeruāda aluus ē quā tenerrima. remouēdi terrores: & potius bona ſpes afferenda. quærēda delectatio ex fabulis ludiſq;: q̄bus maxime capi ſanus aſſueuerat. Laudāda ſi qua ſūt ipſius opera & ante oculos eius ponēda. Leuiter obiurganda vana triſticia. Subinde admonendus ī his ipſis rebus: q̄ ſolicitāt: cur nō potius letitiæ: quā ſolicitudinis cauſa ſit: Si febris quoq; acceſſit: ſicut aliæ febres curanda ē. Tertiū inſaniæ genus ē ex his lōgiſſimū adeo vt vitā ipſā nō impediat. quod robuſti corporis eſſe conſueuit. Huius āt ipſius ſpecies duæ ſunt. Nā quidā imaginibus: non mēte fallūt̃. qualē inſanientē Aiacem vel Oreſtē poetaꝶ fabulæ ferūt. quidā animo deſipiunt. Si imagines fallūt: ante oīa uidēdū ē: triſtes an hilares ſint. In triſtitia nigrū veratrū deiectionis cauſa: in hilaritate albū ad vomitum excitandū dari debet. Idq; ſi in potione non accepit: pani adijciendum ē: quo facilius fallat. Nā ſi bene ſe purgauerit: ex magna parte morbū leua-

bit.Ergo ēt ſi ſemel datum veratrũ parũ profecerit:interpoſito tempoŕe iterum dari debet.Neq; ignorare oportet:leuiorẽ eſſe morbũ cum riſu:quã ſerio inſaniẽtiũ . illud quoq; perpetuũ eſt in oibus morbis:vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt:ventræm eius ante ſoluẽdũ eſſe:vbi a ſuperiore:cõprimendũ.Si vero cõſiliũ inſaniẽtẽ fallit:tormentis quibuſdam optime curatur. Vbi perperã aliquid dixit aut fecit:fame:vinculis:plagis coercẽdus eſt.Cogendus eſt & attendere & ediſcere aliquid & meminiſſe.Sic enim fiet vt paulatim metu cogať cõſiderare qd faciat. Subito etiam terreri & expauceſcere in hoc morbo ꝓdeſt.Et fere quicquid animũ vehementer ꝑturbat. Põt enim quædã fieri mutatio:cũ ab eo ſtatu mens ĩ quo fuerat:abducta eſt. Intereſt etiã ſi ipſe ſine cauſa ſubĩde rideat:an metꝰ dimiſſiſq; ſit.nã demẽs hilaritas terroribus his:de qbus ſupra dixi:melius curať.ſi nimia triſtitia ē:prodeſt lenis ſed multa bis die frictio.Itẽ p caput aqua frigida infuſa:demiſſũq; corpus in aquã & oleum.Illa cõmunia ſũt:inſanientes vehementer exerceri debere.multa frictione vti:neq; piguem carnem:neq; vinũ aſſumere.cibis vti poſt purgationẽ ex media materia quam leuiſſimis.nõ oportere eſſe uel ſolos uel inter ignotos:uel inter eos quos:aut contemnant:aut negligant.mutare debere regiones:& ſi mens redit:annua peregrinatiõe eẽ iactandos.Raro:ſed aliquãdo tñ:ex metu deliriũ naſcitur.Quod genus inſaniẽtiũ ſpecie ſimiliq; uictus genere curandum eſt.præterq̃ quod in hoc inſaniæ genere ſolo recte uinũ datur.

## ℂCardiaci morbi curatio. Caput.xix.

h Vic morbo præcipue contrariũ eſt id genus:quod cardiacũ a græcis nominatur:quãuis ſæpe ad cũ phrenetici tranſeũt.Si quidẽ mens in illis labat in hoc cõſtat.Id ãt nihil aliud ẽ quã nimia imbecillitas corporis.qđ ſtomacho lãguente ĩmodico ſudore digerıť.Licetq; ꝓtinus ſcire id eſſe:ubi uenarũ exigui: imbecilliq; pulſus ſunt.Sudor ãt ſupra cõſuetudinẽ & modo & tẽpore ex toto thorace & ceruicibus atq; ēt capite ꝓrumpit:pedibus tantũmodo & cruribus ſiccioribus atq; frigentibus.At ubi id morbi genus ē:curatio prima eſt:ſupra præcordia ĩponere quæ reprimãt cataplaſmata.ſecũda:ſudorẽ ꝓhibere.Id p̃ſtat acerbũ oleũ uel roſa uel melinum aut myrteũ.Quoꝝ aliquo corpus leuiter perungendũ:cæratũq; ex aliquo horum tũ imponendũ eſt.Si ſudor uincit:delinendus homo eſt uel gypſo uel argẽti ſpuma: uel cimolia creta:uel etiã ſubinde hoꝝ puluere reſpergendus.Idẽ præſtat puluis ex cõtritis aridi myrti uel rubi folijs:aut ex auſteri:& boni uini arida fece.Pluraq; ſimilia ſunt:quæ ſi deſũt:ſatis utilis ē qlibet ex uia puluis iniectus.Super hæc uero quo minus corpus inſudet:leui veſte debet eẽ contectus loco nõ calido:feneſtris patentibus ſic:ut ꝑflatus quoq; aliquis accedat.Tertiũ auxiliũ ē ĩbecillitati iacẽtis uino ciboq; ſuccurrere.Cibus non multus qdẽ:ſed ſæpe tñ nocte ac die dãdus ē:ut nutriat neq; oneret.Is eſſe debet ex infirmiſſima materia & ſtomaco aptus.Niſi ãt neceſſe ē:ad uinum feſtinare nõ oportet.Si uerendũ ē:ne deficiat:tũ & in trita ex hoc & hoc ipſũ auſterum quidem ſed tñ tenue meracũ.Egelidũ ſubinde & liberaliter dandũ ē adiecta polẽta:ſi modo is æger parũ cibi aſſumit.Idq; uinũ eſſe debet neq; nullaꝝ uiriũ:neq; ingentium: recteq; tota die ac nocte uel tres heminas æger bibet.Si uaſtius corpus ē:plus etiã.Si cibum nõ accipit:perunctũ ante perfũdere aqua frigida cõuenit:& tũ dare.Quod ſi ſtomachus reſolutꝰ parũ cõtiet:& ante cibũ & poſt eũ:ſpõte uomere oportet:rurſuſq; poſt uomitũ:cibũ:ſumere.Si ne id quidẽ mãſerit:ſorbere uini cyathũ:ĩterpoſitaq; hora ſumere alterũ.ſi id quoq; ſtomachus reddiderit:totũ corpus bulbis cõtritis ſup illinẽdũ ē.Qui ubi inaruerũt:efficiũt:ut uinũ ĩ ſtomacho contineať:exq; eo toti corpori calor uẽiſq; uis redeat.Vltimũ auxiliũ ē:ĩ aluũ ptiſãæ vel alicæ cremorẽ ex ĩferiorıbꝰ ꝑtibꝰ

indere ſi quidē id quoq; vires tuetur. Neq; alienum eſt: naribus quoq; æſtuantis admo
uere quod reficiat: ideſt roſā & vinū. Et ſi qua in extremis partibus frigēt: vnctis & ca
lidis manibus ſouere. Per quæ ſi cōſequi potuimus: vt & ſudoris impetus minuatur &
vita prorogetur: incipit iam tempus ipſum eſſe præſidio. Vbi in tuto eſſe videtur: ve-
rendum tñ eſt: ne ad eandē imbecillitatem cito recidat. Itaq; vino tātum remoto: quo
tidie validorem cibum debet aſſumere donec ſatis viriū corpori redeat.

❡De lethargo & eius curatione. Caput.xx.

Lter quoq; morbus eſt aliter phrenetico contrarius. In illo difficilis ſomnus:
a prompta ad omnē audaciā mens eſt. At in hormarcor & īexpugnabilis pene
dormiēdi neceſſitas: lethargū græci nominant. atq; id quoq; gēus acutum ē:
& niſi ſuccuritur celeriter iugulat. Hos ægros quidā ſubinde excitare nituntur admo
tis his quæ per ſternutamēta euocantur: & his quæ odore fœdo mouent. qualis ē pix
cruda: lana ſucida: piper: veratrum: caſtoreum: acetum: allium: cepa: iuxta etiam gal
banū incendūt: aut pilos. aut cornu ceruinū. Si nō eſt: quodlibet aliud. Hæc enim cū
cōburuntur. odorē fœdū mouent. Tharrias vero quidā acceſſionis eſſe id malū dixit:
leuariq; cū ea deceſſit. Itaq; eos qui ſubinde excitāt ſine vſu. male habere. Intereſt autē
in deceſſione expergiſcatur æger: an cū febris non leuetur: aut leuata quoq; ea ſomnus
vrgeat. Nā ſi expergiſcit᷑: adhibere ei vt ſopito ſuperuacuū ē. Neq; enim vigilando me
lior fit. ſed per ſe: ſi melior ē: vigilat. Si uero cōtinens ei ſomnus ē: vtiq; excitandus eſt.
ſed his tēporibus quibus febris leuiſſima ē: vt & excernat aliquid & ſumat. Excitat āt
valediſſime: repente aqua frigida infuſa poſt remiſſionē. Itaq; perunctum oleo multo
corpus tribus aut quattor amphoris totū ꝑ caput ꝑfundendū eſt. Sed hoc vtemur: ſi
æqualis ægro ſpiritus erit: ſi mollia p̄cordia. Sin aliter hęc erūt: ea potiora: q̄ ſupra cō
præhēſa ſūt. Et quod ad ſomnū quidē ꝑtinet: cōmodiſſima hæc rō ē. Medēdi āt cauſa
caput radēdū: deinde poſtea fouēdū eſt aqua: in qua laurus aut ruta decocta ſit. Alte
ro die īponendū caſtoreū: aut ruta ex aceto cōtrita: aut lauri baccæ: aut hedra cū roſa
& aceto. Præcipueq; ꝓficit & ad excitandū hoīem naribus ad motū & ad morbū ipſū
depellendum capiti frōtiue impoſitū ſinapi: Geſtatio ēt in hoc morbo prodeſt: maxīe
q; oportune cibus datus ideſt in remiſſione quanta maxime inueniri poterit: Aptiſſi-
ma āt ſorbitio ē donec morbus decreſcere īcipiat: ſic vt ſi quottidie grauis acceſſio eſt:
hæc quottidie detur. Si alternis: poſt grauiorē: ſorbitio: poſt leuiorē: mulſa aqua. Vi
nū quoq; cū tempeſtiuo cibo datū nō mediocriter adiuuat. Quod ſi poſt lōgas febres
eiuſmodi torpor corpori acceſſit: cætera eadē ſeruāda ſūt. Ante acceſſionē āt tribꝰ qt-
tuorue horis caſtoreū: ſi vēter aſtrictus ē: mixtū cū ſcamōea. ſi non ē: ꝑ ſe ipſū cū aqua
dādū ē. Si p̄cordia mollia ſūt: cibis vtēdū ē plenioribꝰ. Si dura: in hiſdē ſorbitionibus
ſubſiſtendum imponendumq; ē præcordijs quod ſimul & reprimat & emolliat.

❡De aqua inter cutem hoc ē hydropico morbo. Caput.xxi.

Ed his quidē acutus ē morbus. Lōgus vero fieri pōt eorum: quos aqua īter cu
ſ tem male habet: niſi primis diebus diſcuſſus ē: hydropa græci uocant. Atq;
eius tres ſpecies ſunt. Nam modo ventre uehemēter intento creber intus ex
motu ſpiritus ſonus eſt. Modo corpus inæquale ē: tumoribꝰ aliter aliterq; ꝑ totum
id orientibus. Modo intus in unū aqua contrahitur: & moto corpore ita mouetur ut
impetus eius cōſpici poſſit. Primum timpanitem: ſecundum leucophlegmatian uel
yposarca. Tertium aſciten græci nominant. Communis tñ ē humoris nimia abundā-
tia. ob quam ne ulcera quidē in his ægris facile ſaneſcūt. Sæpe uero hoc malum per ſe
incipit. Sæpe alteri uetuſto morbo. maximeq; quartanæ ſuperuenit. Facilius ī ſeruis:

quã in liberis tollitur. quia cũ deſideret famẽ: ſitim: mille alia tedia: longãqꝫ patientiã:
promptius his ſuccurrit̃: qui facile coguntur: quã quibus inutilis libertas ẽ. Sed ne hi
quidẽ qui ſub alio ſunt: ſi ex toto ſibi tẽperare nõ poſſunt: ad ſalutẽ ꝑducuntur. Ideoqꝫ
nõ ignobilis medicus Chryſippi diſcipulus apud Antigonũ regẽ amicũ quẽdam eius
notæ intẽperãtiæ mediocriter eo morbo ĩplicitũ negauit poſſe ſanari. Cumqꝫ alter me
dicus epirotes Philippus ſe ſanaturũ polliceret̃ reſpõdit illũ ad morbum ægri reſpice
re: ſe ad animũ. Neqꝫ eũ res fefellit. Ille. n. cũ ſũma diligẽtia nõ medici tantũmodo: ſed
ẽt regis cuſtodiretur: tñ malagmata ſua deuorando: bibẽdoqꝫ ſuã vrinã in exiſtum ſe
præcipitauit. Inter initia tñ non difficillima curatio ẽ: ſi imperata ſunt corpori: quies:
ſitis: inedia. At ſi malũ inueterauerit: non ſine magna moleſtia diſcutitur: Metrodo-
rũ tñ Epicuri diſcipulum referunt cũ hoc morbo tentaret̃: neqꝫ æquo aĩo ferret neceſ-
ſariã ſitim vbi diu abſtinuerat: bibere ſolitũ: deinde euomere. Quod ſi redditur quic-
quid receptũ eſt: multũ tedio demit. ſi a ſtomacho retentũ ẽ: morbũ auget. Ideoqꝫ in
quolibet tentandũ nõ eſt. Sed ſi febris quoqꝫ ẽ: hæc in primis ſubmouenda ẽ per eas rõ
nes: ꝑ quas huic ſuccurri poſſe propoſitũ ẽ. Si ſine febre æger ẽ: tum demũ ad ea veniẽ
dũ ẽ: quæ ipſi morbo mederi ſolẽt. Atqꝫ hic quoqꝫ quæcũqꝫ ſpecies ẽ: ſi nondum nimis
occupauit: hiſdẽ auxilijs opus ẽ. Multũ ambulãdũ. currẽdũ aliqd ẽ. ſuperiores maxĩe
ꝑtes ſic ꝑfricãdæ: vt ſpiritũ ipſe cõtineat. euocãdus ẽ ſudor nõ exercitatiõe tantũmodo
ſed ẽt in harena calida: vel laconico: vel clibano: ſimilibuſqꝫ alijs. maxĩeqꝫ vtiles natura
les & ſiccæ ſudatiões ſunt: quales ſuper baias habemus in myrtetis balneũ atqꝫ oĩs hu
mor alienus ẽ. Ieiuno recte cataputia dantur facta ex abſinthij duabus: myrre ꝑte. Ci
bus eſſe debet ex media quidẽ materia: ſed tñ generi durioris. Potio non vltra dãda ẽ:
quã vt vitã ſuſtineat. optimaqꝫ ẽ: quæ vrinã mouet. Sed id ipſũ tñ molliri cibo: quam
medicamento melius eſt. Si tñ res coget ex his aliquid quæ id præſtent: erit decoquen
dũ eaqꝫ aqua potui danda. Videntur ãt hãc facultatẽ habere: iris: nardũ: crocũ: cinna-
mum: amomũ: caſſia: myrra: balſamũ: galbanum: ladanũ: oenante: panace: carda-
mum: hebenus: cupreſſi ſemẽ: vua taminia: quã ſtaphidagrian græci nominãt: abrota
nũ: roſæ folia: acorꝫ amarę nuces: tragoriganũ: ſtorax: coſtũ: iunci quadrati & rotũdi
ſemen: illud cypyron. ecion hoc græci vocant. Quæ quotiens poſuero: nõ quæ hic naſ
cuntur: ſed quæ inter aromata afferuntur: ſignificabo. Primo tamen quæ leuiſſima ex
his ſunt: ideſt roſæ folia: vel nardi ſpica tentanda ſunt. Vinum quoqꝫ vtile eſt & auſte-
rum: ſed quam tenuiſſimum. Commodum eſt etiam lino quotidie ventrem metiri &
qua comprehendit aluum: notam imponere. poſtero die videre ſi plenius corpus ſit:
an extenuetur. Id enim: quod tenuatur: medicinam ſentit. Neqꝫ alienum eſt metiri &
potionem eius & vrinam. Nam ſi plus humoris excernit̃: quam aſſumit̃ ita demum
ſecundæ valetudinis ſpes ẽ. Aſclepiades in eo qui ex quartana in hydropa deciderat: ſe
abſtinentia bidui & frictione vſum. tertio die iam & febre & aqua liberato cibum & vi
num dediſſe: memorie prodit. Hactenus communiter de omni ſpecie dici poteſt. Si
vehementius malum ẽ: diducenda ratio curandi eſt. Ergo ſi inflatio & ex ea dolor cre
ber eſt: vtilis quotianus aut alterno quoqꝫ die poſt cibum vomitus ẽ. Fomentis ſiccis
calidiſqꝫ vtendum ẽ. Si per hæc dolor non finitur neceſſariæ ſunt ſine ferro cucurbitu
læ. Si ne per has quidem tormentum tollitur: incidenda cutis eſt: & tum his vtẽdum
Vltimum auxilium eſt: ſi cucurbitulæ nihil profuerunt: per aluum infundere copio-
ſe aquam calidam: eamqꝫ recipere. Quin etiam quotidie ter quaterue opus eſt vti fri-
ctione vehementi cum oleo & quibuſdam calefacientibus. Sed in hac frictione a uen-
tre abſtinẽdũ ẽ. Imponendũ vero in eũ crebrius ſinapi donec cutẽ erodat ferramẽtiſqꝫ

e Xpoſitis ſimplicibus facultatibus dicēdū ē queādmodū miſceant᷑: ꝗ ex his fiant. Miſcēt᷑ āt varie: neq; huius vllus modus ē cū ex ſimplicibus alia demātur alia adijciāt᷑: ijſdēq; ſeruatis: pōderū rō mutet᷑. Ita cū facultatū materia nō ita multiplex ſit: īnumerabilia mixturarū genera ſunt. q̄ cōprehēdi ſi poſſet: tñ eſſet ſuper uacuū. Nā & ijdē affectus ītra paucas cōpoſitiōes ſunt: & mature eas cuilibet cognitis facultatibus facile ē. Itaq; cōtentus his ero q̄s accepi velut nobiliſſimas. In hoc āt volumine eas explicabo: ꝗ vel deſiderari ī prioribus potueret: vel ad eas curatiōes ꝑtinent: quas ꝓtinus hic cōprehēdā: ſic vt tñ quæ magis cōia ſunt: ſimul iungā. Si qua ſingulis vel ēt ꝑuis accōmodata ſunt: ī ipſoꝝ locū differā. Sed & antea ſciri volo: ī uncia pōdus denarioꝝ ſeptē eſſe. V nius deinde denarij pōdus diuidi a me ī ſex ꝑtes id eſt ſex uncias: ut idē ī uncia denarij habeā qđ græci habēt ī eo: quē obolō appellāt. Id ad noſtra pōdera relatū paulo plus dimidio ſcripulo facit. Malagmata uero atq; emplaſtra paſtilliq; quos trociſchos græci uocāt cū plurima eadē hēant: differūt eo qđ malagmata maxīe ex odoribus eorūq; ēt ſurculis. Emplaſtra paſtilliq; magis ex ꝗbuſdā metallicis fiunt. deinde malagmata cōtuſa abunde molleſcūt. nā ſup ītegrā cutē iniciunt᷑. Laborioſe vero cōterunt᷑ ea ex ꝗbus emplaſtra paſtilliq; fiūt: ne lædāt uulnera cū īpoſita ſunt. Inter emplaſtrū āt & paſtillū hocītereſt. qđ emplaſtrū utiq; liquati aliqd accipit. ī paſtillo tm̄ arida medicamēta aliquo humore iūgūt᷑. Tū emplaſtrū hoc modo fit. arida medicamēta ꝑ ſe terunt᷑. deinde mixtis his īſtillat᷑ aut acetū aut ſi q̄s alius nō pīguis humor acceſſurus ē. & ea rurſus ex eo terūt᷑. Ea vero quæ liquari poſſunt ad ignē ſimul liquātur: & ſi q̄d olei miſceri debet: tū īfundit᷑. Interdū ēt aridū aliquod ex oleo prius coquitur. Vbi facta ſunt quæ ſeperatim fieri debuerunt in unū oīa miſcentur. At paſtilli hæc ratio eſt. Arida medicamenta contrita humore non pingui aut uino uel aceto coquuntur: & rurſus cocta inareſcunt. Atq; ubi utendum eſt eiuſdem generis humore diluuntur. tū emplaſtrū imponitur: paſtillis illinit᷑ aut alicui molliori: aut cærato miſcetur.

¶De malagmatis. Caput.xviij. ¶Malagma aduerſum calidas podagras.

h Is cognitis primū malagma ſubijciā: quæ fere nō ſunt refrigerandi: ſed calefaciēdi cā reperta. Eſt tñ q. ꝓ refrigerare poſſit ad calidas podagras aptū. Habet gallæ & īmaturæ & alterius: coriandri ſeminis: cicutæ: lacrimæ aridæ gūmi: ſingulor̄ plenū acetabulum: cærati eloti: quod peplemenon græci uocant: ſ. libram. Reliqua fere calefaciunt. Sed q̄dam digerunt materiam q̄dam extrahunt: q̄ epiſpaſtica uocantur. pleraq; certis magis partibus membrorum accommodata ſunt.

¶Malagma ad materiam extrahendam.

ſ I materia extrahẽda eſt: ut in hydropico: in lateris dolore: in incipiente abſceſſu: in ſuppuratiõe quoq; mediocri aptũ ẽ id qđ hẽt reſinæ aridæ: nitri: ãmoniaci: galbani ſingulo℞ pondo: cæræ pondo. Aut in quo hæc ſunt. æruginis reſ̨turis ſingulo℞. P. XII. ãmoniaci ſalis. P. XVI. ſq̃mæ æris: cęræ: ſingulo℞. P. XVIII. reſinę aridę. P. XXII. aceti cyathus. Idẽ p̃ſtat cumini farina cũ ſtruthio & mele. P. II.

Malagma ad iecur dolens.

ſ I iecur dolet: id in quo ẽ balſami lachrimæ. P. XXII. coſti: cynnamomi: caſię: corticis myrræ: croci: iunci rotundi: balſami: ſemis: iridis illiricæ: cardamomi nardi: ſingulorum. P. XXVI. Quibus adijcitur nardum vnguentum: donec cerati craſſitudo ſit: & huius qdẽ recẽtis uſus eſt: Si uero ſeruandũ ẽ: reſinæ terebintię. P. XXVI. cæræ. P. XX. ex uino leni cõtunduntur.

Malagma ad lienem.

a T ſi lienis torquet: glãdis: quã balanõ græci vocãt: cortex & nitrum paribus portiõibus cõntundunť: reſp̃gũturq; aceto quã acerrimo. Vbi cærati craſſitudinẽ hẽt: linteo antea ĩ aq̃ frigida madefacto illiniť & ſic ĩponiť ſupraq; farina hordeacea inijciť: ſed manere ibi nõ ãplius ſex horis debet ne lienem conſumat. Satiuſq; eſt id bis aut ter fieri. Cõem ãt & iocineri & lieni & abſceſſibus & ſtrumæ: parotidibus: articulis calcibus quoq; ſuppurantibus: aut aliter dolentibus: ẽt concoctiõi uentris Lyſias cõpoſuit ex hyſopi panacis: ſtyracis: galbãi reſinæ: ſingulo℞. P. XII. amõiaci: bdellij: cæræ: ſeui taurini: iridis aridæ. P. XIIII. caclirios acetabulo: piperis grãis quadragita. Quæ contrita irino unguẽto temperanť.

Malagma ad laterum dolores.

a D laterũ ãt dolores cõpoſitio ẽ Apollophãis ĩ qua ſũt reſinæ terebĩthiæ: turis fuligĩs: ſingulo℞. P. XIIII. bdellij. ãmoniaci: iridis: ſeu vitulini: aut caprini a.renibus ſicci ſingulo℞. P. XIIII. Hæc aut eadẽ oẽm dolorẽ leuant: dura emolliunt: mediocriter calefaciũt. Ad idẽ latus Andreæ quoq; malagma eſt: qđ ẽt reſoluit: educit hũorẽ: pus maturat: vbi id maturum eſt: cutem rũpit: ad cicatricem perducit. ꝓdeſt ĩpoſitum minutis: maioribuſq; abſceſſibus: itẽ articulis: iõq; & coxis & pedibus dolentibus. itẽ ſi qd in corpe colliſũ ẽ. reficit. p̃cordia quoq; dura & inflata emollit oſſa extrahit. ad oĩa deniq; ualet: q̃ adiuuare calor poteſt. id habet cæræ. P. XI. viſci ſycamini: quam alias ſycomorum uocant: lachrimæ ſingulo℞. P. XI. piperis & rotũdi & longi: ammoniaci: thixmiamatis: bdellii: iridis: illiricæ: cardamomi amomi: xilobalſami: turis maſculi: myrræ: reſinæ aridæ: ſingulorum. P. XX. pyretri: cocci gnidij: ſpumæ nitri: ſalſis ammoniaci: ariſtolochiæ creticæ: radicis ex cucumere agræſti reſinæ terebinthinæ liquidæ ſingulorum. P. XXX. Quibus adijcitur unguenti irini quantũ ſatis eſt ad ea mollienda atq; cogenda.

Malagmata ad reſoluenda quæ aſtrica ſũt: & mollienda quæ dura ſunt: & derigenda quæ coeunt.

p Ræcipuũ vero ẽ ad reſoluenda quæ aſtrica ſunt: molliẽda quæ dura ſũt: digerenda quæ coeunt id qđ ad Polyarchũ auctorẽ referť. Habet iunci q̃drati cardamomi: turis: fuliginis: amomis: cæræ: reſinæ liquidæ pares portiones.

Aliud malagma ad eadem.

a Liud ad eadẽ: nilei: croci malagmatis qđ quaſi recremẽtũ eius ẽ. P. XIIII. ammoniaci: thymiamatis: cęrę: ſingulo℞. P. XXX. ex qbus duo priora ex aceto teruntur: cęra cum roſa liquatur: & tum oĩa iunguntur.

Malagma moſci ad molliendum.

Ropriè etiam dura mollit id quod moſci eſſe dicitur. Habet galbani vnciam:
p turis: fuliginis. P. Z. cæræ: ammoniaci: thymiamatis trientes: piſcis aridæ.
P. ii. aceti heminas tres.

Malagma medi ad digerenda quæ coeunt.

Ertur etiam ad digerenda quæ coeunt ſub auctore medo: quod habet cæræ.
f P. z. panacis. P. ſemis: ſquamæ æris: aluminis rotundi: item ſciſſilis. ſingulorum. P. i. plūbi combuſti. P. & ſemis.

Malagma Panthemi ad eadem.

a D eadem panthemus vtebat̄: calcis. P. ſemis. ſinapis contriti: itē fœni græci: aluminis: ſinguloꝝ. P. i. Seui bubuli. P. ii. & ſemis.

Malagma ad ſtrumas.

D ſtrumā multa malagmata inuenio. Credo āt quo peius id malum eſt: mi
a nuſq̄ facile diſcutit̄: eo plura eſſe tētata: quæ in pſonis varie reſpōderunt. Andreas auctor ē: vt hæc miſceant̄ vrticæ ſeminis. P. xi. piperis rotundi: bdellij. galbani: āmoniaci: thymiamatis: reſinæ aridæ: ſinguloꝝ. P. xiiij. reſinæ liquidæ: cærę: pyretri: piperis lōgi: lactucæ marinæ ſeminis: ſulphuris ignē nō expti: qđ apiron vocatur: fecis aridæ: aceti: ſpumæ nitri: ſalſis āmōiaci: ſinapis: cardamomi: radicis ex cucumere ſilueſtri: reſinæ: ſinguloꝝ. P. xviij. Quæ ex leni vino contunduntur.

Aliud malagma ad id valens.

Xpeditius ad idē fit: qđ habet viſci: ſemeni: ſtercoris reſinæ ſulphuris ignē nō
e expti pares portiones. Et in quo eſt ſulphuris. P. xi. lapidis quem pyriten uocant. P. xiiij. cumini acetabulum. Item in quo eſt lapidis eiuſdē pars vna: ſulphuris due partes: reſinæ terebinthinę partes tres.

Malagma ad ſtrumā & phymata.

Rabis autē cuiuſdam eſt ad ſtrumā & orietia tubercula: q̄ hymata vocantur
a qđ hæc digerit. Habet myrræ: ſalis āmoniaci: turis: reſinæ & liquidæ & aridæ: croci magmatis: cærę: ſinguloꝝ. P. xi. lapidis eius: quem pyriten vocant. P. xiiij. quibus quidā adijciunt. ſulphuris. P. ij.

Malagma ad ſtrumā & tubera & carcinodas.

St ēt ꝓficiens in ſtruma & in his tuberibus: quæ difficiliter cōcoquunt̄. & in
e his: quæ carcinodæ vocāt̄: qđ ex his cōſtat. ſulphuris. P. xij. nitri. P. xiiii. myrræ. P. xvi. fuliginis turis. P. ſemis: ſalis ammoniaci. P. z. cærę. P. i.

Malagma protarchi ad parotidas & fauum & mala vlcera.

Rotarchus autem ad parotidas eaq̄ tubercula: quę melicera. i. faui uel phy-
p mata nominantur: item mala vlcera: pumicis: reſinæ pineæ liquidæ: turis fuliginis: ſpūę nitri: iridis: ſingulorum. P. xviij. cum cærę. P. xix. miſcebat: hiſq̄ olei cyathum & dimidium adijciebat.

Malagma aduerſus panum & phymata.

T aduerſus panū tum primū orientē: qđ phygetrō græci vocāt: & omne tu-
a berculū: qđ phyma noiat̄: miſcet̄ ochra: q̄ attice noiatur cū duabus partib9 ſimilæ: hiſq̄ cōtundit̄: ſubide mel iſtillat̄: donec malagmatis craſſitudo ſit.

Malagma aduerſus phymata.

Iſcutit etiam omne tuberculum: quod phyma vocatur: id quod habet calcis:
d nitri ſpumæ: piperis rotūdi: ſingulorum. P. xi. galbani. P. xii. ſalis. P. xiiij. q̄ excipiuntur cęrato ex roſa facto.

¶Malagma ad ſupprimendum omne quod abſcedit.

Vpprimitq; oē qđ abſcedit id: in quo ē galbēi: fabę: freſę: ſingulo℞.P.xi.myr
f rę: turis ex radice capparis corticis: ſingulo℞.P.xiiii. Satiſq; oīa abſcentia di-
gerit murex cōbuſtus & bene cōtritus aceto ſubinde adiecto.

¶Malagma ad ſanguinē ſupprimēdū & phymata.

T ſi ſatis ſanguis ſubit: recte īponitur qđ aduerſus phymata quoq; pōt. Con
a ſtat ex his bdellij: ſtyracis āmoniaci: galbani: reſinæ & aridæ & liquidę pineę.
Itē ex lentiſci: turis: iridis: ſingulo℞.P.xii.

¶Malagma ad carciodas & phymata lenīēda.

A rcinodæ vero & phymata cōmode his leniunť: galbani: viſci: āmoniaci: reſi
c næ terebīthinæ in ſingulis.P.xi.ſeui taurini.P.ſemis: fecis cōbuſtæ quā maxīa
portiōe: dū id ſiccius non faciat: quā eſſe malagma oportet.

¶Malagma ad liuorē faciei contuſę.

Vod ſi facie contuſa liuor ſubcruentus eſt: hæc cōpoſitio nocte & die īpo ſita
q tollit. Ariſtolochiæ: thapſiæ: ſingulo℞.P.xii.bdellii: ſtyracis: āmoniaci: thy
miamatis: galbani: reſinæ aridæ & ex lētiſco liquidæ: turis maſculi: iridis illi-
ricę: cęrę ſingulo℞.P.xiiii. Idem faba quoq; impoſita proficit.

¶Malagmata ſtomachica ad aperiēdum.

Vnt ēt quedā malagmata: q̄ ſtomachica græci vocāt: qm̄ apiendi vim habēt.
ſ Quale eſt qđ ex his cōſtat. piperis longi: ſpūę nitri: ſingulo℞.P.xii. eriſimi.
P.xiiii. Quę cū melle miſcenť. Idoneaq; ēt ſtrūę aperiendę ſunt eius generis.
Vehementiuſq; ex his eſt id quod hēt calcis.P.xiiii. piperis grana ſex nitri: cęrę: ſingu
lorum.P.xx.mellis.P.z.olei heminam.

¶Niconis malagma ad reſoluendum aperiendumq; ac purgandum.

n Iconis quoq; eſt qđ reſoluit: apit: purgat. Hēt alcyonium: ſulphur: nitr℞: pu
micē paribus portiōibus: qb9 tm̄ picis & cęrę adiicit: vt fiat cærati craſſitudo.

¶Malagma ad oſſa & neruos.

D oſſa autem Ariſtogenis fit ex ſulphuris.P.xi.reſinę terebinthinę: nitri ſpu-
a mę & ex ſcylla partis interioris: plumbi eloti ſingulorum.P.xii.thuris fuligi
nis.P.xviii.ficus aridę quam pinguiſſimę: ſeui taurini: ſingulorum. p. xviii.
cæræ. p.xxi.iridis macedoniacæ.p.xvi.ſeſami fricti acetabulum. maximeq; neruis &
articulis malagma conuenit.

¶Malagma Euticlei ad articulos & ad omnem dolorem.

Giť Euticlei eſt & ad articulos & ad omnem dolorem & ad veſicæ & ad recē-
i ti cicatrice contractos articulos: quas ancylas græci nominăt. quod habet fu-
liginis thuris acetabulum. reſinæ tantundē: galbani ſine ſurculis ſeſcunciam
ammoniaci: bdellij: ſingulorum. p. z. cæræ. p. ſemis. Aliud item fit: quod habet iri-
dis: ammoniaci: galbāi: nitri ſingulorum. p. xxiiii. reſinæ liquidę. p. xvi. cęrę. p. xxvi.

¶Malagma ſaſogorę ad dolores articulorum.

a D dolores articulorū Saſogorę: plumbi combuſti: papaueris lacrimę: cor-
ticis hyoſcyami: ſtyracis peucedani: ſeui: reſinę: cęrę pares portiones.

¶Chryſipi malagma ad idem valēs.

c Hryſippi: reſinę liquidę: ſandaracę: piperis ſingulorum. p. xxii. quibus cęrę
paulum adijcitur.

¶Cleſipontis malagma ad idem valens & ad parotidas & phymata & ſtrumā.

Leſipontis ceræ creticæ: reſinæ terebinthinæ nitri quã ruberrimi: ſinguloꝝ.p.
e ſemis: olei cyathi tres. Sed id nitrũ ante p̃ triduum inſtillata aqua terit̃ & cũ
ſextario eius incoquitur donec oĩs humor conſumat̃. poteſt vero ea cõpoſitio
ẽt ad parotidas: phymata: ſtrumam: omnemq; coitum humoris emolliendum.

¶Malagma ad articulos.

a D articulos fici quoq; aridi partem nepetæ mixtam: vel vuam timiniã ſine ſe-
minibus cum puleio recte aliquis imponit.

¶Malagma Ariſtonis aduerſus podagras & recentia phymata & omnis dolores.

Adem podagræ præſidia ſunt. Sed ad eam fit Ariſtonis quoq; quod habet
e nardi: cynnamomi: caſiæ: cameleontis: iunci rotundi ſingulorum. p. xviii. ſe-
ui caprini ex irino liquati. P. xxx. iridis. P. xi. quæ in aceto quam acerrimo iace-
re per. xx.. dies debet. Idem autem etiam recentia phymata doloreſq; omnes diſcutit.

¶Theoſeni malagma ad pedum dolores.

T Theoſenus ad pedum dolores ſeui a renibus partem tertiam: ſalis partes
a duas miſcebat: hiſq; membranulam illitam imponebat: tum ſuper iniiciebat
ammoniacum: thimiana ĩ aceto liquatum.

¶Numenij malagma ad podagram cæteroſq; articulos ĩduratos.

T Numenius podagram cæteroſq; articulos induratos hoc molliebat. abro
a tani: roſæ aridæ: papaueris lacrimæ ſingulorum. P. xiii. reſinæ terebinthinæ.
P. xiiij. turis: ſpumæ nitri: ſingulorum. P. xviij. iridis: ariſtolochiæ: ſingulo-
rum. P. xxii. cæræ. P. iii. quibus adiicitur cedri cyathus vnus. olei laurei cyathi tres:
olei acerbi ſextarius.

¶Dexii malagma ſi quando callus in articulis increuit.

I quando autem in articulis callus increuit Dexius docuit imponere calcis.
ſ P. xiiii. cæruſſæ. P. xviii. reſinæ. pineæ. P. xxx. piperis grana. xxx. cæræ. P. z.
Quibus dum contunduntur: hemina vini leuis inſtillat̃.

¶De emplaſtris. Caput decimũnonum.

X emplaſtris autem nulla maiorem vſum preſtant: quam q̃ cruentis ꝓtinus
e vulneribus iniiciuntur: enhæma græci vocant. Hæc enim reprimunt inflãma
tionem niſi magna vis eam cogit: atq; illius quoq; impetum minuunt: tũ glu
tinant vulnera quæ id patiuntur: cicatricem hiſdem inducunt. Conſtant autem ex me
dicamentis non pinguibus. ideoq; alipene nominantur.

¶Barbarum emplaſtrum nigrum: quod cruentis protinus vulneribus iniicitur.

Ptimum ex his eſt quod barbarum vocatur. Habet æruginis raſæ. P. xxii. ſpu
o mæ argẽti. P. xxx. aluminis: picis aridæ: reſinę pineę aridę ſingulorum. P. xi.
quibus adiiciuntur olei & aceti: ſingulæ heminæ.

¶Coacon emplaſtrum nigrum ad idem valens.

Lterũ ad idẽ: quod choacon uocãt: habet ſpumæ argenti. P. xc. reſinæ aridæ
a tantundem. Sed ſpuma prius ex tribus olei heminis coquitur. His duobus
emplaſtris color niger eſt: qui fere talis fit. ex pice atq; reſina. At ex bitumine
nigerrimus. ex ęrugine aut ęris ſquama viridis. ex minio rubet. ex ceruſſa albus.

¶Baſilicon emplaſtrum nigrum ad idem.

Auca admodum compoſitiones ſunt in quibus aliquid mixturę uarietas no
p uat. Ergo id quoq; nigrum eſt. q̃d baſilicon noĩat̃ Habet panacis. P. xi. gal
bani. P. xii. picis & reſinę ſingulorum. P. xx. olei dimidium cyathum.

¶Smaragdinum emplaſtrum ad idem.

T quod puiride ē: ſmaragdinū appellatᷓ. ī quo ſūt reſinæ pineæ. P. xiii. cæræ.
a P. xi. æruginis. P. Semis. turis fuliginis. P. z. olei tātundem. aceti quo fuligo
& ærugo in vnum cogantur.

¶Emplaſtrum ruffum ad idem.

St ēt coloris fere ruffi: quod celeriter ad cicatricem vulnera perducere videtᷓ.
e Habet turis. P. xi. reſinę. P. xii. ſquamę æris. P. xiiii. ſpumę argenti. P. xxx. Cę
ræ. P. xc. olei heminam.

¶Paracolleticum emplaſtrum ad idem.

p Ræterea eſt: quam paracolleticam a glutiando vocant. Conſtat ex his. bi-
tuminis: aluminis ſciſſilis. P. xiiii. ſpumæ argenti. P. x. & olei veteris hemina.

¶Cephalicum emplaſtrum philotæ capiti conueniens.

Ræterea ſunt quædam generis eiuſdem: quæ quia capitibus fractis maxime
p conueniunt: cephalica a græcis nominantur. philotæ compoſitio habet terræ
erythriæ: chalcitidis: Singulorum. p. xiiii. myrræ: æris combuſti. p. xx. icthy
ocollæ ſingulorum. P. xvi. æruginis raſæ: aluminis rotundi. myſi crudi: ariſtolochiæ:
Singulorū. P. xviii. ſquamæ æris. P. xx. turis maſculi. P. xii. cæræ. P. i. roſæ & olei acer
bi ternos cyathos: aceti quantum ſatis eſt. dum arida ex eo conteruntur.

¶Emplaſtrum viride ad idem valēs.

Liud ad idem viride æris combuſti: ſquamæ æris. mirrę icthyocollæ: Singu-
a lorum. P. xvi. myſi crudi: æruginis raſæ: ariſtolochiæ: aluminis rotundi ſin-
guloꝝ. P. xviii. cæræ. P. xi. olei hemina: aceti quod ſatis ſit.

¶Tetrapharmacum emplaſtrum ad pus mouendum.

V ri autem mouendo non aliud melius: quam quod expeditiſſimum eſt. te-
p trapharmacon a græcis nominatur. habet pares portiones cæræ: picis: reſinę:
ſeui taurini: ſi id non eſt: vitulini.

¶Enneapharmacum emplaſtrum ad pus mouendum & ad purgandum valēs.

Lterum ad idem enneapharmacum nominatur: quod magis purgat. cōſtat
a ex nouem rebus: cæra: melle: ſeuo: reſina: myrra: roſa: medulla vel ceruīa uel
vitulina vel bubula: hyſopo: butyro. Quorum ipſorum quoq; pondera paria
miſcentur. Sunt autem quædam emplaſtra: quibus vtriuſq; rei facultas ē. quæ ſi ſin-
gula. habenda ſunt. meliora ſunt. Sed in copia reijcienda ſunt: his potius adhibitis: q̄
proprie id: quod eo tempore opus eſt: conſequuntur. Exempli cauſa duo propōam.

¶Attalum emplaſtrum ad vulnera.

St igitur ad vulnera attalū: qđ habet ſquamæ æris. P. xxvi. fuliginis. P. xxv.
e ammoniaci tantundem. reſinæ terebinthinę liquidę. P. xxxv. ſeui taurini tātū-
dem aceti heminas tres: olei ſextarium.

¶Iudęi emplaſtrum fracto capiti accōmodatum.

T inter ea quæ fracto capiti accōmodantur: habent quidam id quod ad aucto
a rem iudęum refertur. Conſtat ex his. ſalis. P. xiiii. ſquamæ ęris rubri: ęris com
buſti. ſingulorum. P. xxii. ammoniaci: thymiamatis: turis fuliginis: reſinę ari
dę ſingulorum. P. xvi. reſinę colophoniacę: cærę: ſeui vitulini curati: ſinguloꝝ. P. xxx.
aceti ſeſquicyathum: olei minus cyathum. Tetherapeumena græci appellant quę cu-

rata vocant:cum ex ſeuo puta omnes membranulæ diligenter exemptæ ſunt:ex alio medicamento.

¶Diadaphnidon emplaſtrum ad extrahẽdum.

Vnt etiam quædam emplaſtra nobilia ad extrahẽdum. Quæ ipſa quoq; epiſ
f paſtica nominantur. Quale eſt:qđ quia lauri baccas habet Diadaphnidon
appellatur. in eo eſt:reſinæ terebintinæ.p.xx.nitri:cæræ:picis aridæ: baccarũ lauri:ſingulorum.P.xxx.olei paulum. Quotiens aut baccam:aut nucem:aut ſimile aliquid poſuero:ſcire oportebit:anteq̃ expendatur:ei ſummã pelliculã eẽ demendã.

¶Aliud diadaphnidon ad extrahendum & pus mouendum.

Liud eo nomine:quod puri quoq; mouẽdo eſt:ſeui vitulini: ammoniaci:thy
a miamatis:picis:cærę:nitri:baccarum lauri:reſinę aridę. ariſtolochiæ:pyretri pares portiones.

¶Philocratis emplaſtrum ad extrahendum & pus mouendum.

Ręter has eſt philocratis:qđ habet ſalis ammoniaci.p.xvii. ariſtolochię.P.
p xviij.cęrę.reſinę terebinthinę.fuliginis turis:ſingulorum.P.xxv.ſpũę argẽti P.xxxixj. Quibus vt pus quoq; moueant:iridis. P.xiiij:& galbani. P.xvi: adijciuntur:

¶Rhypodes emplaſtrum ad extrahendum.

Primum tamen ad extrahendum eſt id:quod a ſimilitudine ſordium rhypo
o des græci appellant. Habet myrræ:croci:iridis:propolis: bdellij: capitulorum punici mali:aluminis & ſciſſilis & rotundi.myſi:chalcitis: atramenti ſutorij cocti.panacis.ſalis ammoniaci.uiſci.ſingulorum.P.xiiij.ariſtolochiæ.P. xviij: ſq̃męæris.P.xxvi.reſinæ terebĩthinæ.P.lxxv.cęrę & ſeui uel taurini uel hircini. P.xc.

¶Emplaſtrum Hecatei ad extrahẽhum.

Ecateo quoq; auctore emplaſtrum generis eiuſdem fit ex his.galbani. P. xij.
h fuliginis turis.P.xiiij.picis. P. xvi. cęrę & reſinæ terebinthinæ. ſingulorum. xviii.quibus paulum irini unguenti miſcetur.

¶Alexandrinum emplaſtrum uiride ad extrahendum.

Alenſq; ad idem emplaſtrum uiride alexandrinum eſt. Habet aluminis ſciſſi
u lis.P.xviii.ſalis ammoniaci.pondo.xviii.z.ſquamę æris.p.xxvi.myrræ.turis ſingulorum.p.xxviii.cęrę.p.x.cl.reſinę colophoniacę aut pineę. p. cxc. olei heminam:aceti ſextarium.

¶De emplaſtris exedentibus.

Vædam autem ſunt emplaſtra exedentia:quæ ſepta gręci uocant quale eſt id
q qđ habet reſinę terebinthinę fuliginis turis:ſingulorum.p.z.ſquamę ęris.p. xi.ladani.p.xii.aluminis tantundem:ſpumę argenti.p.xiiii.

¶Emplaſtrum quod exeſt corpus & oſſa reſoluit & ſuper creſcentẽ carnem coercet.

Xeſt etiam uehementer corpus atq; oſſa quoq; reſoluit & ſupercreſcentẽ car
e nem coercet id qđ habet ſpumę argenti: ſquamę ęris: uncias ſingulas: nitri ignem non experti:lapidis taſii:ariſtolochię.p.ſextantes:cęrę reſinę terebinthinæ:thuris olei ueteris:atramenti ſutorii:ſalis ammoniaci.p.ſemis:eruginis: raſæ: p.beſſem.aceti ſcylliti heminam.uini aminei tantundem.

¶Emplaſtra aduerſus morſus & alia recentiora vulnera.

Vnt etiam aduerſus morſus quędam accommodata quale eſt. Di-
f ogeni:nigrum:quod habet bituminis:cæræ: reſinæ pineæ aridæ:
ſingulorum P.xxx.ſpumæ argenti. P.xc. olei ſextarium. Aut in quo ſunt.ſquamæ æris.P.xiiii.cęruſſę & eruginis paſſæ ſingulorum.P.xviii. ammoniaci.P.xxij.cæræ:reſinæ pineæ:ſingulorum.P.xxxv.ſpumæ argenti.P.xc.olei ſextarium Aut in quo ſunt ſquamæ æris.P.xxiiij.galbani.P.xvi. cæruſſæ & eruginis raſæ ſingulorum.P.xviii.ammoniaci.P.xxii.cæræ:reſinæ pineæ ſingulorum.p.xlv.ſpuma argenti concoquitur.

¶Ethesium emplaſtrum rubrum ad idem ualens.

Vbrum quoque emplaſtrum quod etheſium uocatur huc aptum
t eſt. Habet reſinæ terebinthinæ.P.xij.galbani.P.xiiij.minij ſinopi-
ci.P.xvi.thuris fuliginis.P.xvi.cęrę.P.xviij.ſpumæ argenti.P.xlvi. olei ueteris heminam.

¶Aliud emplaſtrum ad idem ualens.

Tem id quod ex his cōſtat.ſquame eris:turis fuliginis:ſingulorū.
i P.xiii.galbāi.P.xvi.ſalis ammoniaci.P.xxii.z. cæræ.P.xxxv. olei
tribus heminis. Hæc autem aliis quoq; recentioribus uulneribus recte imponuntur.

¶Leuca emplaſtra non grauibus uulneribus accomodata & maxime ſenilibus.

Vnt enim alba lenia:leuca græci uocant.fere non grauibus uulne-
f ribus accommodata:præcipueq; ſenilibus. Quale eſt quod habet
cæruſſæ.P.xxxxii.ſeui uitulini curati & cæræ.ſingulorum. p.xlviii. olei heminas tres:ex quibus ea cæruſſa coquitur.

¶Elephantinum emplaſtrum.

Liud quod habet cæruſſæ.p.x.cæræ.p.xxxxv.olei heminam:aquæ
a ſextarium. Quæ quotiens adiiciuntur cæruſſæ uel ſpumæ argenti:
ſcire licet illa ex his coquenda eſſe. Eſt autem ea percandida compoſitio quæ ſupra poſita eſt.ideoq; elephantina nominatur.

¶Lenia emplaſtra.

Enia quoq; quædam emplaſtra ſunt:quas liparas fere græci nomi-
l nant.ut id quod habet minii.p.xiiii.ſpumæ argenti. p. xxxv. cæræ
& adipis ſuillæ:ſingulorum.p.xxxvii.uitellos quattuor.

¶Emplaſtrum lene.

Lia compoſitio generis eiuſdem:cæræ: reſinę terebinthinæ: ſingu-
a lorum..p.xvi.cæruſſæ.p.xviii.ſpumæ argenti: plumbi recremen-
ti:ſcorian molybdi græci uocant:ſingulorum.p.xxx.cicini:olei:& myrti:ſingulorum heminæ.

¶Arcaghati emplaſtrum lene.

Ertia quę ad auctorem arcaghatum refertur:myſi cocti:æris com
t buſti:ſingulorum.p.xiiii.cæruſſæ coctæ.p.xviii. reſinæ terebinthi
næ.p.xx.ſpumæ argenti.p.xvi.

¶Emplaſtra eiuſdem generis ad leniendum apta.

e Tiam num generis eiuſdem: ſpumæ: argenti: cæræ: adipis. ſuillæ ſingulorum. P. xxxvii. vitelli cocti quattuor roſæ hemina A ut ærati ex oleo myrteo facti partes tres: adipis ſuillæ pars quarta: paulum ex plumbi recremento. Aut ſpumæ argenti ſelibra ex olei hemina & aquæ marine altera cocta donec bullire deſierit: cui paulum cæræ ſit adiectum: aut pares portiones cæræ: ſeui: ſtibis: ſpumæ argenti: cæruſſæ

De paſtillis & primo de his qui ad recentia vulnera glutinanda ſanandaq; apti ſunt. Caput vigeſimum.

p Aſtilli quoq; facultates diuerſas habent. Sunt enim ad recentia vulnera glutinanda ſanandaq; apti. Qualis eſt qui habet chalcitis: myſi: ſpumæ nitri floris æris: gallæ: aluminis ſciſſilis modice cocti: ſingulorum. P. xi. æris combuſti: capitulorum mali pūici: ſingulorum. p. xiii. Hunc oportet diluere aceto: ſic vulnus glutinandum eſt illinere. At ſi nervoſus aut muſculoſus is locus eſt: commodius eſt cærato miſcere. ſic: ut illius octo partes: nona huius ſit.

Alius paſtillus ad glutinanda uulnera.

a Lius ad idem conſtat ex his bituminis: aluminis ſciſſilis: ſingulorum. P. xi. æris combuſti. P. xiiij. ſpumæ argenti. P. xxi. olei ſextarium.

De phragide paſtillo: quem polybus conſcit: ad glutinandum vulnus.

ſ Ed longe polybi celeberrimus eſt ſphragis autem nominatur qui habet aluminis ſciſſilis. P. xi. z. atramenti ſutorii. P. xii. myrræ. P. xv. aloes tantumdem: capitulorum punici mali: fellis taurini: ſingulorum. P. xvi. Quæ contrita uino auſtero excipiuntur.

Paſtillus ad ulcera ſordida & nigritiem in auribus: naribus: obſcenis partibus: inflammationeſq; eorum.

a D ulcera ſordida & nigritiem in auribus: naribus: oſcenis partibus inflammationeſq; eorum thryſocollæ. P. xi. atramenti ſutorii: aluminis ſciſſilis ſingulorum. P. xii. haliacaccabi corticis. p. xiiij. minii. P. xvi. ſpumæ argenti. P. xxi. cæruſſæ. P. xxvii. Quæ ex aceto & coguntur & ubi utendum eſt: diluuntur.

Paſtillus andronis ad vuam inflammatam ad naturalia ſordida etiam cācro loborantia.

a Ndronis uero eſt ad uuam inflammatam: ad naturalia ſordida etiam cancro laborantia: gallæ: atramenti ſutorii: myrræ ſingulorum.

P.xi.ariſtolochiæ:aluminis ſciſſilis: ſingulorum .P.xii.capitula punici mali.P.xxxv.ex paſſo coacta & cum uſus exigit aceto vel vino diluta: put ualentius aut lenius vitium eſt:cui medendum eſt.

¶Paſtillisad fixa ani:uel ora uenarum fundentia ſanguinem uel cancrum.

p Roprie autem ad ani fiſſa:vel ora uenarum fundẽtia ſanguinem uel cancrum :æruginis .P.xii.myrræ.P. xxii.ſtibis. laci h.mæ papaueris:acaciæ: ſingulorum.P.xxvi. Quæ ex uino & teruntur & in ipſo uſu deliquantur.

¶Paſtillus ad expellendum calculum cum urina.

e Xpellere autem ex ueſica cum urina calculum uidetur hæc compoſtio.caſiæ:croci:myrræ:coſti:nardi:cynamomi:dulcis radicis balſami:hyperici:pares portiones conteruntur.deinde uinum lene inſtillatur:& paſtilli fiunt:qui:ſinguli habeant.p.x.z.hique ſinguli quottidie mane ieiuno dantur.

¶De peſſis. Caput uigeſimumprimum.

h Ae tria compoſitionum genera:ideſt q̃ in malagmatis paſtillis emplaſtriſq; ſunt.maximum:præcipueq; uarium uſum pręſtant. Sed alia quoq; utilia ſunt.ut ea q̃ fœminis ſubiiciuntur(peſſos græci uocant)Eorum hæc proprietas eſt Medicamenta compoſita molli lana excipiuntur.eaq; lana naturalibus conditur.

¶Ad ſanguinem euocandum.

a D ſanguinem autem euocandum canneis duabus adiicitur nitri.p. xr.aut alij ſemen conteritur.adijcitur myrræ paululum:& vnguemto ſuſino miſcetur.aut cucumeris ſilueſtris pars iterior ex lacte muliebri diluitur.

¶Ad vuluam molliendam.

a D vuluam molilendam oui vitellus & fœnum græcũ & roſa & crocum temperantur.Aut elaterii.p.x.z.ſalis tantũdem.vuæ timiniæ.p.xvi.melle excipiuntur.

¶Alia peſſi compoſitio ad idem valens.

a Vt Boeto auctore: croci :reſinæ terebinthinæ:ſingulorum .p.xiiij.myrræ.p .x.zz.roſæ .p.xi.ſeui uitulini.p.xi.z. ceræ.p.xii. miſcent.

¶Ad inflammationes uuluæ Numenii peſſus.

o Ptima ãt aduerſus inflãmationes uuluæ numenii cõpoſitio ẽ:q̃ hẽt

croci.p.x.z.cæræ.p.xi.butyri.p.xviii.adipis anſerini.p. xxii.uitellos coctos duos: roſæ minus cyatho.

¶Ad eiiciendum e uula infantem mortuum.

ſ I uero infans intus deceſſit: quo facilius eiiciatur malocoriū ex aqua terendum: coq; utendum eſt.

¶Si mulier uitio locorum concidit qua curatione utendum ſit.

ſ I concidere uitio locorum mulier ſolet: cochleæ cum teſtis ſuis comburendæ: conterendæq;: deinde his mel adiiciendum eſt. Si non cōpræhendit adeps leonina ex roſa mollienda eſt.

¶De medicamentis quibus aridis utimur. Caput.xxii.

¶Ad carnem ſupercreſcentem exedendam.

q Vædam autem mixturæ medicamentorum ſunt: quibus aridis neq; coactis utimur: ſic ut inſpergamus aut cum aliquo liquido mixta illinamus quale eſt ad carnem ſupercreſcentem exedendam: ꝙ habet ſquamæ: fuliginis turis ſingulorum.p.xi. æruginis .p.xii. Hæc autem eadem cum melle purgant ulcera: cum cæra implēt. Myſſi quoq; & gallæ ſi paribus portionibus miſceantur: corpus conſumunt. eaq; uel arida inſpergere licet: uel excepta cadmia illinire.

¶Ad putrem carnē continendam ne ultra ſerpat: eamq; leniter exedendam plures compoſitiones.

p Vtrem uero carnem continet. neq; ultra ſerpere patitur & leniter exeſt: mel uel cum lenticula uel cum marrubio uel cum oleæ foliis ante ex uino decoctis. Item ſertula campana in mulſo cocta: deinde contrita. aut calx cum cærato: aut amaræ nuces cum allio: ſic ut huius pars tertia ſit. paulumq; his croci adiiciatur. Aut quod habet ſpumæ argenti.p. xvi. cornu bubuli combuſti.p.xxii. olei myrtei & uini cyathos ternos. Aut quod ex his conſtat: floris punici mali. atramenti ſutorii: aloes: ſingulorū. p.xii. aluminis ſciſſilis: turis: ſingulorum.p.xiiii. gallæ.p.xviii. ariſtolochiæ p.xx. Vehementius idem facit etiam adurendo: auripigmentum cum chalcitide & aut nitro aut calce aut charta combuſta. Item ſal cum aceto. Vel ea compoſitio quæ habet chalcitidis: capitulorum punici mali: aloes: ſingulorū.p.xii. aluminis ſciſſilis: turis ſingulorum.p.xiiii. gallæ.p.xviii. ariſtolochiæ.p.xx. mellis quantum ſatis ſit ad ea cogenda. Vel cantharides.xi. ſulphuris.p.xi. lolii.p.xiii. Quibus adiicitur picis liquidæ quantum ſatis eſt ad iungendum uel chalcitis quoq; cum reſina & ruta mixta. aut cum eadem reſina: diphyges. aut uua taminia cum pice liquida. Idem vero poſſunt feces uini combuſtæ: & calcis & nitri pares portiones. uel aluminis ſciſſilis.p.x.z.z. turis ſandracæ: nitri ſingulorum.p.x. gallæ.p.xviii. ariſtolochiæ.p.xx. mellis q̃tum ſatis eſt.

¶Hieræ compoſitio.

e St etiam hieræ compoſitio. quæ habet myrræ: chalcitidis: ſingulorum.p.xij. aloes: turis: aluminis ſciſſilis: ſingulorum.p. xiiij. Ariſtolochiæ: gallæ imaturæ: ſingulorū.p.xviij. malocorij contriti.p.xx.

¶Iudæi compoſitio.

T ſi iudæi: in qua ſunt calcis partes duæ: nitri quã rubertrimi pars tertia. quæ
e vrina impuberis pueri coguntur donec ſtrigmenti craſſitudo ſit. Sed ſubinde
his locus: cui id illinitur: madefaciendus eſt.

¶Iollæ compoſitio.

a T iollas: chartæ combuſtę: ſandaracę ſingulorum.p.xi.calcis.p.xij. auripig-
menti tantũdem miſcebat.

¶Ad ſanguinis profluuiam: vel ex membrana cerebri: vel alijs locis. & ad cancrum: & ad inducendam cicatricem & ad coercendam carnem creſcentem.

I vero ex membrana: quæ ſuper cerebrum eſt: profluit ſanguis: vitellus com-
f buſtus & contritus inſpergi debet. Si alio loco ſanguinis profluuium eſt. au-
ripigmenti ſquamæ ęris: ſingulorum.p.xi. ſandracę.p.ij. marmoris cocti.p.
xiiij. inſpergi debet. Eadem cancro quoq; conſiſtunt. Ad inducendam cicatricem ſqua
mę ęris: turis fuliginis: ſingulorum.p.x.ij.calcis.p.iiij. Eadem increſcẽtem quoq; car
nem coercent.

¶Timei compoſitio ad ignem ſacrum vel cancrum.

Imens autem ad ignem ſacrum vel ad cãcrum his vtebatur Myrræ.p.xii. tu-
t ris: atramenti ſutorii. ſingulorũ.p.xiii. ſandracæ: auripigmenti: ſquamæ ęris
ſingularum .p.xiiii. gallę.p.xvi. cæruſſæ combuſtę.p.xviii. Eadem vel arida
inſperſa: vel melle excepta idem præſtant.

¶Ad ſternutamenta excitanda.

Ternutamenta vero vel albo veratro: vel ſtruthio coniecto in nares excitant᷑:
ſ uel his mixtis. piperis: ueratri albi: ſingulorum.p.x.z. caſtorei pondo.x. R.
ſpumæ nitri.p.xi. ſtruthii.p.xiii.

¶Gargarizationes quibus fieri debeant.

Argarizationes autem aut lauandi cauſa fiunt: aut reprimendi: aut euocan-
g di. Leuant lac: cremor uel ptiſanæ uel furfurum. Reprimit aqua: in aqua uel
lenticula: uel roſa: uel rubus: uel cotoneũ malum: uel palmulæ decoctæ ſũt.
Euocant: ſinapi: piper.

¶De antidotis & quibus malis opitulentur. Caput.xxiii.

Ntidota raro: ſed pręcipue iterdum neceſſaria ſunt: quia grauiſſimis caſibus
a opitulantur. Ea recte quidem dantur colliſis corporibus uel per ictus vel vbi
ex alto deciderunt: uel uiſcerum: laterum: faucium interiorumq; partium do
loribus. Maxime autem deſideranda ſunt aduerſus uenena uel ꝑ morſus uel per cibos
aut potiones noſtris corporibus inſerta.

¶Compoſitio antidoti.

Num eſt: quod habet lachrimę papaueris.p.x.z.acori: malobatri.p.xv. iri-
u dis illiricę: gummi: ſingulorum.p.xii. aneſi.p.xiii. nardi gallici: foliorum ro-
ſæ aridorum: cardamomi: ſinguloꝝ.p.iiii. petroſelini.p.iiii.z. pſolii.p.v. caſię
nigre: ſilis: bdellii: balſami: ſeminis piperis albi: ſingulorum.p.x.z. ſtyracis .p.v.z.
myrrę: opoponacis: nardi ſyri: turis maſculi: hypociſtidis ſucci: ſingulorum .p.xvi.
caſtorei.P.xvi.coſti: piperis albi: galbani: reſinæ terebinthinæ: croci floris iunci rotũdi

ſingulo℞.p.vj.z.dulcis radicis.p.viij.z.Quæ melle vel paſſo excipiuntur.
¶Aliud antidotum Ambroſia nominatũ: quod zopyrus Ptolemæo regi cõpoſuit.

Lterum quod zopyrus regi Ptolemæo dicitur compoſuiſſe atq; Ambroſiam
a nominaſſe: ex his conſtat. Coſti: turis maſculi: ſingulorum. P.v. piperis albi.
P.z. floris iunci rotundi. P.ij: cynnamomi. P.ij. caſiæ nigræ. P.iiij. croci cilici.
p.iiij.z. myrræ quã ſtactẽ nominat. P.v. nardi indici. P.v.z. Quæ ſingula cõtrita mel
le cocto excipiuntur. Deinde vbi vtendum eſt: id quod ægiptiæ fabæ magnitudinẽ im
pleat: in potione vini diluitur.
¶Antidotum mithridatis
Obiliſſimum autẽ eſt Mithridatis quod quotidie ſumendo rex ille dicitur ad
n uerſus venenorum pericula tutum corpus ſuum reddidiſſe. In quo hæc ſunt.
coſti. P.S.z. acori. P.v. hyperici: cumini: ſagapeni: agaciæ ſucci: iridis illiricæ
cardamomi: ſingulorum. P.ij. aneſi. P.iij. nardi gallici: gẽtianæ radicis: aridorum: ro
ſæ foliorum: ſingulorum. P.iiij. papaueris lachrimæ: petroſelini. ſingulorum. P.iiij.z.
caſiæ: ſeſilis lolij: piperis longi: ſingulorum. P.xvi. ſtiracis. p.v.z. caſtorei: turis hypoci
ſtidis ſucci: myrræ. opoponacis: ſingulorum. p.vj. malobathri folijs. xvi. floris iũci ro
tundi: reſinę terebinthinæ: galbãi: dauci cretici ſeminis: ſingulorum. p.vi.z. nardi: opo
balſami: ſingulorum. p.vi.z. thiaſpis. p.xv.zz. radicis ponticæ. p.vij. croci. zinziberis:
cynnamomi: ſingulorum. p.xviij.R. Hæc cõtrita melle excipiuntur & aduerſus vene
num: quod magnitudinem nucis græcæ impleat ex vino datur. In cæteris autẽ affecti
bus corporis pro modo eorum: vel quod ægiptiæ fabæ: vel quod erui magnitudinem
impleat: ſatis eſt.
¶De acopis. Caput. xxiiij.
¶Acopum neruis vtile.
Copa quoq; vtilia neruis ſunt. Quale eſt quod habet floris iunci rotundi. p.
a ij.zz. coſti: iunci quadrati: lauri baccarum: ammoniaci: cardamomi: ſingulo-
rum. p.iiij.z. myrræ: æris combuſti: ſingulorum. p.vij. iridis illiricæ: cæræ: ſin
gulorum. p.xiiij. alexandrini calami: iunci rotundi: aſphalti: xylobalſami: ſingulorũ.
p.xxviij. ſeui. p.i. vnguenti irini cyathum.
¶Acopum elæodes neruis vtile.
Lterum quod elæodes vocant hoc modo fit. cæræ. p.z. olei tantũdem: reſinæ
a terebinthinæ ad nucis iuglandis magnitudinem ſimul incoquuntur: deinde i
fuſa in mortario teruntur: inſtillaturq; ſubinde quam optimi mellis acetabu-
lum: tum irini vnguenti & roſæ terni cyathi.
¶Enchriſta ad vlcera purganda & implenda.
Nchriſta autem græci vocant liquida quæ illinuntur. Quale eſt quod fit ad vl
e cera purganda & implenda maxime inter neruos: paribus portionibus inter ſe
mixtis: butyri medullæ vitulinæ: ſeui vitulini: adipis anſerinæ: cæræ: mellis: re
ſinæ terebinthinæ: roſæ: olei cilicini. Quæ ſeparatim omnia liquantur: deinde liquida
miſcentur: & tum ſimul teruntur. Et hoc quidem magis purgat. Magis vero emollit:
ſi pro roſa cyprus infunditur.
¶Ad ſacrum ignem.

D ſacrum ignem ſpumæ argenti .p.xvj.corni bubuli cōbuſti.p.xij.conterun-
a tur:adijciturq; inuicem uinum:& id quod ſpecialiter ſil uocatur:& myrteum
donec utriuſq; terni cyathi conijciant.

¶De catapotijs. Caput.xxv.

¶Catapotiū ad ſomnū accerſendū & leuationem doloris & ſimul ad concoquendū.

Atapotia quoq; multa ſunt:varijſq; de cauſis fiunt. Anodyna uocant quæ ſō
c no dolorem leuant. Quibus uti:niſi nimia neceſſitas urget.alienum eſt. Sūt
enim ex uehementibus medicamentis & ſtomacho alienis. poteſt tamen eti-
am ad concoquendum:quod habet papaueris lachrimæ.galbani:ſingulorum.p.xi.
myrræ:caſtorei:piperis:ſingulorum.p.xij. Ex quibus quod erui magnitudinem ha-
bet:ſatis eſt deuoraſſe.

¶Catapotium ualentius ad ſomnum.

Lterum ſtomacho peius:ad ſomnum ualentius ex his fit: mandragoræ.p.z.
a apij ſeminis:item hyoſcyami ſeminis:ſingulorum.p.iii. Quæ ex uino terun-
tur. Vinum autem eiuſdem magnitudinis.quæ ſupra poſita eſt: abunde eſt
ſumpſiſſe.

¶Catapotium ad plurimos dolores per ſomnum leniendos.

Iu autem capitis dolores:ſiue ulcera:ſiue lippitudo:ſiue dentes:ſiue ſpiritus
ſ difficultas:ſiue inteſtinorum tormenta:ſiue īflammatio vulue eſt: ſiue coxa:
ſiue iecur aut lienis:aut latus torquet:ſiue uitio locorum aliqua prolabitur &
obmuteſcit:occurrit dolori per quietem eiuſmodi catapotium. Silis: acori:rutæ ſilue
ſtris ſeminis: ſingulorum.p.i. caſtorei :cynnamomi:ſingulorum .p.xij. papaueris la
chrimæ:panacis:radicis mandragoræ: malorum aridorum:iunci rotundi floris: ſin-
gulorum.p.ii.piperis grana.lvi. Hæc per ſe contrita: rurſus inſtillato ſubinde paſſo:
ſimul oīa teruntur:donec craſſitudo ſordium fiat. Ex eo paulum aut deuoratur: aut
aqua diluitur: & potui datur.

¶Catapotium aliud ad multa ualens.

V in etiam ſilueſtris papaueris:cum iam ad excipiendam lachrymam matu-
q rum eſt:manipulus qui manu comprehendi poteſt:i uas demittitur:& ſuper
infunditur aqua:quæ id cōtegat:atq; ita coquitur. Vbi iam bene manipulus
is coctus eſt ibidem expreſſus proijcitur:& cum eo humore:paſſi pari menſura miſce
tur:inferuetq; donec craſſitudinem ſordium habeat. Cum infrixit:catapotia ex eo fiūt
ad noſtræ fabæ magnitudinem.habentq; uſum multiplicem. Nam & ſomnum faciūt
uel per ſe aſſumpta uel ex aqua data:& aurium dolores leuant:adiectis exiguo modo
rutæ ſucci:ac paſſi. Et tormina ſupprimunt ex uino liquata: & inflammationē uuluæ
coercent mixta cærato ex roſa facto cū paulum his croci quoq; acceſſit:& ex aqua fron
ti inducta:pituitam in oculos decurentem tenent.

¶Catapotium ad inducendū ſomnum:quod vulua dolens prohibuit.

Tem ſi vulua dolens ſomnum prohibuit:croci:p.xij.aneſi:myrræ: ſingulo-
i rum.xi.papaueris lachrimæ.p.xiiij.cicutæ ſeminis.p.xviij.miſcentur:excipiū
turq; uino uetere & quod lupini magnitudinē habet in tribus cyathis aq̄ dilui
tur. Id tn̄ in febre periculoſe datur.

¶Ad iecur ſanandum.

a D ſanandum iecur nitri.p.z.croci:myrræ:nardi gallici ſingulorum.p.i.mel
le.excipiuntur:daturq; quod ægyptię fabæ magnitudinem habeat.

❡Ad finendos dolores lateris:

a D lateris dolores finiendos:piperis:ariſtochię:nardi myrrę pares portiones.

❡Ad thoracis dolores finiendos

a D thoracis:nardi.p.i.turis:caſię:ſinguloꝝ.p.iiij.myrrę.cynnamomi ſinguloꝝ.p.xi.croci.p.xviij.reſinę terebinthinę quadrãs:mellis heminę tres.

❡Catapotiũ Athenionis ad tuſſim.

a D tuſſim Athenionis:myrrę:piperis: ſinguloꝝ.p.xi.caſtorei: papaueris lacrimæ:ſingulorum.p.xi. Quę ſeparatim cõtuſa poſtea iũgũt & ad & magnitudinẽ fabę noſtrę bina catapotia mane:bina noctu dormituro dantur.

❡Catapotium Heraclidis tarentini ad tuſſim & ſomnum.

ſ I tuſſis ſomnum prohibet:ad utrãq; Heraclidis tarentini :croci.p.xi. cynnamomi.caſtorei:papaueris lachrimę ſinguloꝝ.p.i.myrrę:piperis longi.coſti galbani:ſingulorum.p.z:

❡atapotium ad purganda vlcera in faucibus tuſſientibus.

q V od ſi purganda ſunt vlcera in faucibus tuſſientibus:panacis:myrræ: reſinæ terebinthinæ: ſingulorũ.P.x.galbani.p.z.hyſopi.P.z. conterenda ſunt. hiſq; hemina mellis adijcienda:& quod digito excipi põt: deuorandum eſt.

❡Collice caſſij medici.

c Ollice vero Caſſij ex his conſtat:croci:aneſi:caſtorei:ſinguloꝝ.P.xiij. petroſelini.P.xiiij.piperis & longi & rotundi:ſinguloꝝ.P.xv.papaueris lacrimæ iũci rotundi:myrræ:nardi:ſinguloꝝ.P.xvi.Quæ melle excipiuntur.Id ãt & deuorari poteſt:& ex aqua calida ſumi.

❡Ad infantem mortuum aut ſecundas expellendas.

i Nfantem vero mortuũ aut ſecundas expellit aquæ potio cui ſalis ãmoniaci. P.xi.aut cui dictami cretici.P.xi.adiectum eſt.

❡Laborantibus ex partu quid dari debeat.

e X partu laborantibus eriſimum ex vino tepido ieiunæ dari debet.

❡Ad adiuuandam vocem.

u Ocem adiuuat turis.P.i.in duobus cyathis vini datum

❡Aduerſus difficultatem vrinæ.

a Duerſus vrinæ difficultatem:piperis longi:caſtorei:myrræ:galbani:papaueris lacrimæ:croci:coſti:vnciæ ſingulæ:ſtyracis:reſinæ terebinthinæ Põdo ſextantes:mel:abſinthij cyathus. Ex quibus ad magnitudinem fabæ ægyptię & mane & cœnato dari debet.

❡Arteriaces compoſitio fiat.

a Rteriace vero hoc modo fit.caſiæ:iridis:cynnamomi:nardi:myrrę:turis:ſingulorum.P.i.croci.P.i.piperis grana.xxx.ex paſſi tribus ſextarijs decoquũt donec mellis craſſitudo his fiat. Aut croci:myrrę:turis:ſinguloꝝ.P.i.cõijciuntur in paſſi eundem modũ.eodemq; modo decoquuntur. Aut eiuſdem paſſi heminę tres vſq; eo coquũtur:donec extracta inde gutta indureſcat & adijcit tritę caſię.P.i.

❡De quinq; generibus noxarum corporis & primo de vulneribus quę maxime per tela inferuntur. Caput.xxvi.

c V m facultates medicamentorum propoſuerim genera in quibus noxa corpori eſt:proponam.Ea quinq; ſunt. Cum quid extrinſecus læſit : vt in vulneribus. Cum quid intra ſeipſum corruptum eſt. vt in cancro. Cum quid inatũ

eſt: vt in veſica calculus. Cum quid increuit: vt vena q̄ intumeſcens in varicæ conuerti-
tur. Cum quid deeſt: vt cum curta pars aliqua eſt. Ex his alia ſunt: in quibus plus me
dicamenta. Alia in quibus plus manus proficit. Ergo dilatis his. quæ præcipue ſcalpel
lum & manum poſtulant: nunc de his dicam. quæ maxime medicamentis egent. Di-
uidam āt hanc quoqꝫ curandi partem ſicut priorem. Et ante dicam: quæ ī quālibet par
tem corporis inducunt. Tum de his: quæ certas infeſtant. Incipiam a uulneribus. In
his autem ante omnia ſcire metus debet. quæ inſanabilia ſint. quæ difficilem curationē
habeant. quæ promptiorem. Eſt enim prudentis hominis primum eum qui ſeruari nō
poteſt: non attingere: nec ſubire ſpeciem eius vt occiſi: quem ſors ipſius peremit. Dein
de vbi grauis metus ſine certa tamen deſperatione eſt: indicare neceſſarijs periclitantis
in difficili rem eſſe: ne ſi victa ars malo fuerit: vel ignoraſſe vel fefelliſſe ſe videatur. Sed
vt hæc prudenti viro conueniunt: ſic rurſus hiſtrionis eſt: paruam rem attollere. quo
plus præſtitiſſe videatur Obligarique æquum eſt confeſſione promptæ rei: quo cu-
rioſius etiam circunſpiciat: ne quod per ſe exiguum eſt: maius curantis negligen-
tia fiat.

¶Quæ vulnera inſanabilia ſint.

Eruari non poteſt: cui baſis cerebri: cui cor: cui ſtomachus: cui iocineris por-
f tæ: cui in ſpina medulla percuſſa eſt cuiqꝫ aut pulmo medius: aut ieiunū: aut
tenuius inteſtinum aut ventriculus: aut renes vulnerati ſunt. cuiue circa fau-
ces grandes venæ vel arteriæ præciſę ſunt.

¶Quæ vulnera difficilem curationem habeant.

Ix āt ad ſanitatem perueniunt: quibus vlla parte pulmo aut iocineris craſſum
u aut membrana: quæ continet cerebrum: aut lienis: aut vulua: aut veſica: aut
vllum inteſtinum: aut ſeptum tranſuerſum vulneratum eſt: Hi quoqꝫ in præ-
cipiti ſunt: in quibus vſqꝫ ad grandes intuſqꝫ conditas venas in alis vel poplitibus mu-
cro deſcēdit. Periculoſa etiam vulnera ſunt vbicunqꝫ venæ maiores ſunt q̄m exhaurire
hominem profuſſione ſanguinis poſſunt. Idqꝫ euenit nō in alis tantum atqꝫ poplitibus
ſed etiam in his venis: q̄ ad anum teſticuloſqꝫ perueniunt. Præter hæc malum vulnus
eſt: quodcunqꝫ in alis vel feminibus: vel inanibus locis: vel in articulis: vel inter digitos
eſt. Item quodcunqꝫ: muſculum: aut neruum: aut arteriam: aut membranam: aut os:
aut carthilaginem læſit.

¶Quæ vulnera tutiorem curationem habeant.

t Vtiſſimum omnium quod in carne eſt. & hæc quidem loco vel peiora vel me
liora ſunt. Modo vero periculum facit quodcūqꝫ magnum eſt.

¶Obſeruationes quædam & ætatis & corporis & vitæ & temporis in vulneribus.

Liquid etiam in vulneris genere: figuraqꝫ eſt. Nam peius eſt quod etiam col-
a liſum: quam quod tantum diſciſſum eſt. adeo vt aceto quoqꝫ: quā retunſo te-
lo vulnerari cōmodius ſit. Peius ēt vulnus ē: ex quo aliquid exciſum eſt ex quo
ue caro alia pte abſciſſa. alia dependet. Peſſimaqꝫ plaga in orbem eſt: tutiſſima quæ li-
neæ modo recta eſt. Quo deinde propius huic: illiue figurę vulnus eſt: eo vel deterius
vel tollerabilius eſt. Quin etiam confert aliquid & ætas & corpus & vitæ propoſi-
tum & anni tempus. quia facilius ſaneſcit puer vel adoleſcens: quam ſenior: valens
quam īfirmus neqꝫ nimis plenus: quam ſi alterum ex his eſt. Integri habitus: quā cor
rupti. exercitatus quam iners: ſobrius & temperans: quā vino venerique deditus. Opor
tuniſſimumqꝫ curatiōi tēpus vernū eſt aut certe neqꝫ feruens neqꝫ frigidum ſi quidē vul

nera & nimius calor & nimium frigus infeſtant maxime tamen horum varietas ideoq̃ pernicioſiſſimus autumnus eſt. Sed pleraq̃ ex vulneribus oculis ſubiecta ſunt quorũdam ipſæ ſedes indices ſunt: quas alio loco demonſtrauimus cum poſitis interiorum partium oſtendimus. Verũtamen quia quædam vicina ſunt: intereſt quoq̃ vulnus in ſumma parte ſit: an penitus penetrauerit: neceſſarium eſt notas ſubijcere: per quas q̃d intus actum ſit ſcire poſſimus: & ex quibus uel ſpes uel deſperatio oritur.

¶ Signa percuſſi cordis.

i Gitur corde percuſſo: ſanguis multus fertur. uenæ langueſcũt color pallidiſſimus. ſudores frigidi: maliq̃ odoris tanq̃ in rorato corpore oriũtur. extremiſq̃ partibus frigidis matura mors ſequitur.

¶ Signa pulmonis icti.

p Ulmone icto: ſpirandi difficultas eſt. ſanguis ex ore ſpumãs: ex plaga rubẽs: ſimulq̃ ẽt ſpiritus cũ ſono fertur: in vulnus inclinari iuuat. q̃dã ſine rõne cõſurgũt. Multi ſi in ipſum uulnus inclinati ſunt: loquũt̃. ſi i aliã ptẽ: obmuteſcũt.

¶ Signa iocineris uulnerati.

i Ocineris ãt uulnerati notæ ſunt: multus ſub dextra pte præcordiorũ ꝓfuſus ſanguis. ad ſpinam reducta præcordia in uentrem cubandi dulcedo. pũctiões doloreſq̃ uſq̃ ad iugulum: iunctumq̃ ei latus ſcapularum. os intentũ. Quibus nonnunq̃ ẽt bilioſus uomitus accedit.

¶ Signa percuſſorum renium.

r Enibus uero percuſſis: dolor ad inguina teſticuloſq̃ deſcendit: difficulter urina redditur: eaq̃ aut eſt cruenta: aut cruor fertur.

¶ Signa uulnerati lienis.

a T liene icto ſanguis niger a ſiniſtra parte prorumpit præcordia cum uentriculo ab eadem parte indureſcunt. ſitis ingens oritur. dolor ad iugulum: ſicut iocinere uulnerato uenit.

¶ Signa percuſſæ uuluæ.

a T cũ uulua percuſſa eſt: dolor inguinibus & coxis femoribus eſt. Sanguinis pars per uulnus: pars per naturale deſcendit. uomitus bilis inſequitur. Quædam obmuteſcunt. q̃dam mente labũtur. quædam ſui compotes: neruorum oculorumq̃ dolore urgeri ſe confitentur. morienteſq̃ tãdẽ q̃ corde uulnerato patiũt̃.

¶ Signa percuſſi cerebri uel mẽbranæ eius.

ſ In cerebrum mẽbranaue eius uulnus accepit: ſanguis per nares quibuſdam ẽt per aures exit: fereq̃ bilis uomitus inſequitur. Quorũdam ſenſus obtundũtur: appellatiq̃ ignorant. Quorundã trux uultus eſt quorũdam oculi quaſi reſoluti huc atq̃ illuc mouentur. Fereq̃ tertio uel quinto die delirium accedit. Multorum ẽt nerui diſtenduntur. Ante mortem ãt pleriq̃ faſcias quibus caput deligatum ẽ. lacerant: ac nudum uulnus frigori obijciunt.

¶ Signa percuſſi ſtomachi.

u Bi ſtomachus ãt percuſſus eſt. ſingultus & bilis uomitus inſequitur. Si quid cibi uel potionis aſſumptum eſt: ea redditur cito. Venarum motus elangueſcunt. ſudores tenues oriunt̃: p quos extremæ partes frigeſcunt.

¶ Signa ieiuni inteſtini & uentriculi uulnerati. & aliorum inteſtinorum.

c Ommunes uero ieiuni inteſtini & uentriculi uulnerati notæ ſunt. Nam cibus & potio per uulnus exeunt. præcordia indureſcunt. Nõ unq̃ bilis p os reddit̃:

Inteſtino tm̃ ſedes inferior eſt. Cætera. iteſtina icta vel ſtercus vel odorẽ eius exibent.

¶Signa percuſſæ medullæ quæ in ſpina eſt.

m Edulle vero quæ in ſpina eſt diſcuſſa: nerui reſoluuntur. aut diſtenduntur. ſenſus intercidit. interpoſito tempore aliquo ſine voluntate inferiores partes vel ſemen vel vrinam vel ẽt ſtercus excernunt.

¶Signa ſepti tranſuerſi percuſſi.

a T ſi ſeptimũ tranſuerſum percuſſum eſt: p̃cordia ſurſum contrahuntur: ſpina dolet: ſpiritus rarus eſt: ſanguis ſpumans fertur.

¶Signa veſicæ vulneratæ.

u Eſica vero vulnerata dolent inguina. Quod ſuper pubem eſt: intenditur. pro vrina ſanguis: aut ex ip̃o vulnere urina deſcendit. ſtomacus afficitur. Itaq; aut bilẽ vomunt: aut ſingultiunt. frigus: & ex eo mors ſequitur.

¶De ſanguĩe & ſanie & pure & eoꝝ ſpẽbus quãdoq; meliora: deterioraue ſint.

h Is cognitis ẽt nũc quædã alia noſcẽda ſunt ad oĩa uulnera ulceraq;: de quibus dicturi ſumus: pertinẽtia. Ex his ãt exit: ſanguis: ſanies: pus. Sanguis oĩbus notus eſt. Sanies eſt tenuior hoc: uarie craſſa & glutĩoſa & colorata. Pus craſſiſſimũ albiſſimũq; glutĩoſius & ſãguĩe & ſãie. Exit ãt ſãguis ex vulnere recẽti: aut iã ſaneſcẽte: Sanies eſt ĩter vtrumq; tẽpus. Pus ex ulcere iã ad ſanitatẽ ſpectãte. Rurſus & ſanies & pus quaſdã ſpẽs græcis noĩbus diſtĩctas hẽt. Eſt enĩ quædã ſanies quæ vel hydrops vel melitera noĩat᷑. Eſt pus qđ elæodes appellat᷑. Hydrops tẽuis: ſubalbidus ex malo vlcere exit: maxĩeq; vbi neruo læſo ĩflammatio ſecuta eſt. Melitera craſſior & glutinoſior ſubalbida melliq; albo ſubſimilis fertur. Hæc quoq; ex malis hulceribus vbi nerui circa articulos læſi ſunt & ĩter hæc loca maxĩe ex genibus. Elæodes tenue ſubalbidũ quaſi unctũ colore atq; pĩguitudine: oleo albo nõ diſſimile apparet in magnis vlceribus ſaneſcentibus. Malus ãt ẽ ſanguis nimiũ aut tenuis aut craſſus: colore uel liuidus uel niger: aut pituita mixtus: aut uarius. Optimus calidus: rubens. modice craſſus: nõ glutinoſus. Itaq; ꝓtinus eius uulneris expedita magis curatio ẽ: ex quo ſãguis bonus fluxit. Itẽq; poſtea ſpes ĩ his maior ẽ: ex quibus melioris generis quæq; ꝓueniunt Sanies igit᷑ mala ẽ multa: nimis tẽuis: liuida: aut pallida: aut nigra: aut glutinoſa aut malis odoris: aut quæ & ip̃m ulcus & iunctã ei cutẽ erodit. Melior nõ multa modice craſſa: ſubrubicũda aut ſubalbida. Hydrops ãt peior ẽ multus: craſſus: ſubliuidus: aut ſubpallidus: glutinoſus ater: calidus: mali odoris. Tolerabilior ẽ ſubalbidus q̃ cætera oĩa cõtraria prioribus habet. Melitera ãt mala ẽ multa & pcraſſa. melior q̃ & tenuior & minus copioſa ẽ. Pus ĩter hæc optimũ ẽ. Sed id quoq; peius ẽ: multũ: tẽue: dilutũ: magiſq; ſi ab initio tale ẽ. Itẽq; ſi colore ſero ſimile: ſi pallidũ: ſi liuidũ: ſi feculẽtũ eſt. Præter hæc ſi male olet: niſi tm̃ locus hũc odorẽ excitat. Melius ẽ: quo minus ẽ quo: craſſius: quo albidius. Itemq; ſi leue eſt: ſi nihil olet: ſi æquale eſt. modo tamen conuenire & magnitudini uulneris & tempori debet. Nam plus ex maiore: plus nondũ ſolutis inflãmationibus naturaliter fertur. Elæodes quoq; peius eſt multũ: & paꝝ pingue. quo minus ẽt quoq; idipſũ pinguis eo melius eſt.

¶Curatio aduerſus profuſionem ſanguinis in uulneribus.

q Vibus exploratis ubi aliquis ictus ẽ: q ſeruari põt: ꝓtinus ꝓſpiciẽda duo ſũt ne ſanguinis ꝓfuſio: neue ĩflãmatio ĩterimat. Si ꝓfuſionẽ timemus: qđ ex ſede uulneris & magnitudine eius & ex ĩpetu ruẽtis ſanguis ĩtelligi põt: ſiccis linamẽtis uulnus ĩplẽdũ ẽ. ſupraq; ĩponẽda ſpõgia ex aq̃ frigida expſſa: ac manu ſup cõ

primẽda. Si parũ ſic ſanguis cõquieſcit: ſæpius linamẽta mutanda ſunt. Et ſicca parũ valẽt. aceto madefaciẽda ſunt. id vehemẽs ad ſanguinẽ ſupprimẽdũ ẽ. ideoq; quidã id vulneri infundũt. Sed alius rurſus metus ſubeſt: ne nimis valenter ibi retenta materia magnã iflãmatiõe poſtea moueat. Quæ res efficit neq; rodentibus medicamẽtis: neq; adurẽtibus: & ob id ipſũ iducẽtibus cruſtã: ſit vtẽdũ quãuis pleraq; ex his ſanguinẽ ſupprimũt. Sed ſi ſemel ad ea decurrit̃ potiuſq; mitius idem efficiunt. Quod ſi illa quoq; ꝓfluuio vincũt̃. venæ q̃ ſanguinẽ fundũt apphendẽdæ: circaq; id qđ ictũ ẽ: duobus locis deligãdæ intercidẽdæq; ſũt vt & i ſe ipſe coeãt & nihilominus ora ꝑcluſã hẽant. Vbi ne id qdẽ res patit̃: poſſũt ferro cãdẽti aduri. Sed ẽt ſatis multo ſãguine effuſo ex eo loco: quo neq; neru9: neq; muſculus: ẽ vt puta i frõte vel ſupiore capitis pte. cõmodiſſimũ tñ ẽ cucurbitulũ admouere a diuerſa pte: vt illuc ſanguinis curſus reuocet̃

¶Curationes aduerſus vulnerũ inflãmationem. i

c T aduerſus ꝓfuſionẽ qdẽ i his auxiliũ ẽ. Aduerſus iflãmationẽ ãt i ipſo ſãguinis curſu ea timeri põt: vbi læſũ ẽ vel os. vel neru9 vel cartilago: vel muſculus aut vbi parũ ſãguinis ꝑ mõ vulneris fluxit. Ergo quotiẽs qd tale erit: ſãguinẽ mature ſupprimere non oportebit: ſed pati fluere dũ tutũ erit: adeo vt ſi parũ fluxiſſe videbit̃: mitti quoq; ex brachio debeat: vtiq; ſi corpus iuuenile & robuſtũ & exercitatũ eſt: multoq; magis ſi id vulnus ebrietas ꝓceſſit. Quod ſi muſculus læſus videbitur præcidendus erit. Nam percuſſus mortiferus eſt: præciſus ſanitatem recipit.

¶De glutinatione vulnerum.

ſ Anguine ãt vel ſuppreſſo: ſi nimius erũpit: vel exhauſto: ſi p ſe paꝝ fluxit: lõge optimũ ẽ: vulnus glutinari. Põt ãt id vel qđ in cute uel ẽt in carne eſt: ſi nihil ei ꝑterea mali accedit. Põt caro alia pte depẽdẽs: alia inhærẽs: ſi tñ ẽt nũ integra ẽ cõiunctione corporis fouet̃. In his vero q̃ glutinant̃ duplex curatio ẽ. Nam ſi plaga i molli pte: ſui debet: maxieq; ſi diſciſſa auris ima ẽ: vel imus naſus: vel frons: vel bucca: vel palpebra: vel labrũ: vel circa guttur cutis vel vẽter: Si vero i carne vulnus ẽ hiatq;: neq; i vnũ oræ facile attrahũt̃: ſutura quidẽ aliena ẽ. Imponẽdæ vero fibulę ſũt. ancteras græci noiant. quæ oras: paulũ tñ: cõtrahunt: quo minus lata poſtea cicatrix ſit. Ex his ãt colligi põt: id quoq; qđ alia pte depẽdẽs: alia: ihærebit: ſi alienatũ adhuc nõ ẽ: futurã an fibulã poſtulet. Ex quibus neutra ante debet ipõi: quã itus vulnus purgatũ ẽ: ne qd ibi cõcreti ſãguinis relinquat̃. Id eni & i pus uertitur: & iflãmationẽ mouet: & glutinari vulnus ꝓhibet. Ne linamẽtũ quidẽ: qđ ſupprimẽdi ſanguis cauſa inditũ ẽ: inibi relinquẽdũ ẽ. Nã id quoq; inflãmat. Cõprahẽdi vero ſutura vel fibula nõ cutẽ tñ: ſed aliqd ẽt ex carne. vbi ſuberit hæc: oportebit: quo valẽtius hæreat: neq; cutẽ abrũpat. Vtraq; optima ẽ ex acia molli nõ nimis torta: quo mitius corpi iſidat. Vtraq; neq; nimis rara. neq; nimis crebra initiãda ẽ. Si nimis rara ẽ: nõ cõtinet. Si nimis crebra ẽ: vehemẽter afficit. qa quo ſæpius acus corpus trãſiuit: quoq; plura loca iniectũ viculũ mordet: eo maiores iflãmatiões oriũt̃: magiſq; æſtate. Neutra ẽt vi vllã deſiderat. Sed eatẽus vtilis ẽ. q̃ cutis ducẽtẽ q̃ſi ſua ſpõte ſubſeqt̃. Fere tñ fibulę lati9 vuln9 eẽ patiũt̃. Sutura oras iũgit. q̃ ne ipſe qdẽ iter ſe cõtĩgere ex toto debẽt: vt ſi qd itus hũoris cõcreuerit: ſit qa emanet. Si quod vulnus neutrũ hoꝝ recipit: id tñ purgari debet. deide oĩ vulneri prio iponẽda ẽ ſpõgia ex aceto expſſa. ſi ſuſtinere aliqs aceti vi nõ põt vino vtẽdũ ẽ. Leuis plaga iuuat̃ ẽt ſi ex aq̃ frigida expſſa ſpõgia iponit̃. Sed ea quocũq; mõ ipoſita ẽ: dũ madet: ꝓdeſt. itaq;: vt ihæreſcat: nõ ẽ cõmittẽdũ. Licetq; ſine ꝑegrinis & cõquiſitis & cõpoſitis medicamẽtis vulnus curare. Sed ſi qs huic parũ confidit:

ĩponere medicamẽtũ debet: quod ſine ſeuo cõpoſitum ſit ex his: quæ cruẽtis vulneribus apta eẽ ꝓpoſui. Maxieq; ſi caro ẽ: barbaꝝ. ſi nerui: vel carthilago vel aliqd ex eminentibus: q̃les aures: vel labra ſũt. Polybi ſphragidẽ. Alexandrinũ quoq; viride neruis idoneũ ẽ. eminẽtibuſq; ptibus ea: quã græci rhaptuſã vocãt Solet ẽt colliſo corpe exigua pte ſindi cutis. Quod vbi icidit: nõ alienũ eſt: ſcalpello latius aperire: niſi muſculi: neruiq; iuxta ſint: quos icidi nõ expedit. Vbi ſatis diductũ ẽ: medicamẽtũ ĩponẽdũ eſt. At ſi id quod colliſũ ẽ: quãuis paꝝ diductũ ẽ latius tñ apiri pp neruos aut muſculos nõ licet adhibẽda ſũt ea: quæ humorẽ leniter extrahant: præcipueq; ex his id quod rhypodes vocari propoſui. Non alienum eſt ẽt vbicunq; vulnus graue eſt: impoſitũ: quo id iuuet̃ inſuper circundare lanã ſuccidã ex aceto & oleo. Vel cataplaſma: ſi mollis is locus eſt: quod leniter reprimat. Si neruoſus aut muſculoſus: qđ emolliat.

¶ Quo modo vulnus ligari cõueniat.

f Faſcia vero ad vulnus deligãdũ lintea aptiſſima ẽ eaq; lata debet vt ſemel iniecta nõ vulnus tñ: ſed paulũ vtrinq; ẽt oras eius cõprehendat. Si ab altera pte caro magis receſſit: ab ea melius attrahit̃. Si æque ab vtraq; trãſuerſa cõprehẽdere oras debet. aut ſi id vulneris rõ nõ patit̃: media primũ inijcienda ẽ: vt tũ in vtrãq; partẽ ducat̃. Sic ãt deligãda ẽ. vt & cõtineat neq; aſtringat. Quod nõ cõtinet̃: elabit̃. Quod nimis aſtrictũ ẽ: cãcro piclitat̃. Hyeme ſæpius faſcia circuire debet æſtate quotiẽs neceſſe ẽ. tũ extrema ps eius ĩferioribus acu aſſuẽda ẽ. Nã nodus vulcus lædit: niſi tñ lõge ẽ. Illo neminẽ decipi decet ut ꝓpriã uiſcerũ curationẽ reqrat: de qbus ſupra poſui. Nã plaga ipſa curãda extriſecus uel ſutura uel alio medicinæ genere ẽ. In uiſceribus nihil mouẽdũ ẽ: niſi aut ſi quid iocinere: aut liene: aut pulmone duntaxat extremo dependat: præcidatur. Alioquin uulnus ĩterius ea uictus ratio eaq; medicamenta ſanabunt: quæ uiſceri conuenire ſuperiore libro propoſui.

¶ De ratione uictus: & notis uulnerum curationibuſq; eorum.

h His ita primo die ordinatis homo ĩ lecto collocãdus ẽ: iſq; ſi graue uulnus ẽ: abſtinere quãtũ uires patiũt̃ ante inflãmationẽ a cibo debet. bibere donec ſitim finiat aquã calidã. uel ſi æſtas ẽ: neq; febris neq; dolor ẽ: ẽt frigidã. Adeo tñ nihil ppetuũ eſt. Sed ſemp ꝓ uiribus corpis æſtimãdũ. ut ĩbecillitas ẽt cibũ ꝓtinus facere neceſſariũ poſſit: tenuẽ ſcilicet & exiguũ: qui tñ ſuſtineat. Multiq; ẽt ex ꝓfluuio ſãguinis ĩter moriẽtes: ante ullã curationẽ uio reficiẽdi ſũt. qđ alioqn inimiciſſimum uulneri ẽ. Nimis uero intũeſcere uulnus: piculoſũ: nihil intũeſcere: piculoſiſſimũ ẽ. Illud indiciũ ẽ magne inflãmatiõis: hoc emortui corpis. Protinuſq; ſi mẽs homini cõſiſtit: ſi nulla febris acceſſit: ſcire licet: mature uulnus ſanũ fore. Ac ne febris qdẽ terrere debet: ſi ĩ magno uulnere: dũ ĩflãmatio ẽ: pmanet. illa pnicioſa ẽ: q̃ uel leui uuleri ſupuenit. uel ultra tẽpus ĩflãmationis durat: uel deliriũ mouet: uel ſi neruoꝝ rigor: aut diſtẽtio: quæ ex uulnere orta ẽ: cã non finit. Vomitus quoq; bilioſus nõ uolũtarius: uel ꝓtius ut pcuſſus ẽ aliquis: uel dũ ĩflãmatio manet: malũ ſignũ ẽ: ĩ his dũtaxat: quoꝝ uel nerui uel ẽt neruoſi loci uulnerati ſũt. Spõte tñ uomere nõ alienũ ẽ: præcipue his: qbus ĩ cõſuetudie fuit. ſed neq; ꝓtinus poſt cibũ: neq; iã ĩflmatiõe orta: neq; cũ in ſuperioribus ptibus plaga eſt. Biduo ſic uulnere habito: tertio die id aperiẽdũ. detergẽdaq; ſanies ex aqua frigida ẽ. eadẽq; rurſus iniciẽda ſunt. Quinto iã die quãta ĩflãmatio futura ẽ. ſe oſtẽdit. Quo die rurſus detecto uulnere cõſiderãdus color eſt. Quod ſi liuidus aut pallidus aut uarius aut niger ẽ. ſcire licet malũ uuln9 eẽ. Idq; quãdocũq; aiaduerſũ eſt terrere nos põt. Albũ aut rubicundũ eſſe ulcus. cõmodiſſimũ ẽ. Itẽ cutis du-

ra:craſſa.dolens:piculū oſtendit.Bona ſigna ſunt vbi hæc ſine dolore tenuis & mollis ē.Sed ſi glutinatur vulnus:aut leniter intumuit:eadē ſūt iponēda:quę primo fuerūt. Si grauis iflāmatio eſt:neq; glutinādi ſpes ē:eaq; pus moueāt:aquæ quoq; calidæ neceſſarius vſus ē:vt & materiā digerat & duritiā emolliat & pus citet.Ea ſic tēperādā ē: vt & manu cōtingēti iucūda ſit.uſq; eo adhibēda donec aliquid ex tumore minuiſſe: colorēq; vlceri magis naturalē reddidiſſe videat̃.maxīeq; ſi grāde vulnus ē:tetrapharmacū.ſi in articulis:digitis:locis cartilaginoſis:rhypodes.Poſt id fomētū ſi lata plaga nō patet:iponi ꝓtinus emplaſtrū debet:& ſi latius hyat:illud emplaſtrum liquari ex irino vnguento oportet.coq; illita linamenta diſponi p plagā.deinde emplaſtrū ſupra dari:& ſup id ſuccidam lanā minuſq; etiā:quam primo faſciæ aſtringendæ ſunt.

¶Curationes propriæ articulorum.

p Ropriæ quædā i articulis viſēda ſūt.i qbus ſi præciſi nerui ſūt:q cōtinebāt:debilitas eius ptis ſequit̃.Si id dubiū eſt & ex acuto telo plaga ē:ea trāſuerſa cōmodior ē.ſi retuſo & graui ē:nullū in figura diſcrimen ē.At uiſendū ē pus ſupra articulū:an infra naſcat̃.Si ſub eo naſcit̃:albūq; & craſſū diu fert̃:neruū pciſū eſſe credibile ē.Magis quoq; maiores dolores iflāmationeſq;:quo maturius excitatæ ſūt. Quāuis āt nō abſciſſus neruus ē:tñ ſi circa tumor durus diu pmanet:neceſſe ē & diuturnū:vlcus eē:& ſano quoq; eo tumorē pmanere.futurūq; ē:vt tarde mēbrū id extendat̃ vel cōtrahat̃.Maior tñ in extēdēdo mora ē:vbi recuruato articulo curatio adhibita ē:quā in recuruādo eo:quod rectū cōtinuerimus.Collocari quoq; mēbrū:qđ ictū ē rōne certa debet.Si glutinādū ē:vt ſupius ſit.ſi iflāmatione ē:vt i neutrā ptē iclinatū ſit.Si iā pus ꝓfluit:vt deuexū ſit.Optimū ēt medicamētū quies ē:moueri & ābulare niſi ſanis alienū ē.Minus tñ his eſt piculoſū:qui i capite vel brachijs:quā qui inferioribus ptibus vulnerati ſūt.Minimeq; ambulatio cōuenit:fœminæ:aut crure:aut pede. laborāte.Locus in quo cubabit:tepidus eē debebit.Balneū quoq; dum parꝝ vuln9 purū eſt:iter res infeſtiſſimas ē.Nā id & hūidum & ſordidū reddit.ex quibus ad cācrum trāſitus eē cōſueuit.Leuis frictio recte adhibet̃:ſed his ptib9 q lōgius abſūt a vulnere.

¶Vulnus quomodo purgandum eſt.

i Nflāmatione finita vulnus purgandum eſt.Id optime faciunt tincta i melle linamēta:ſupraq; id:emplaſtrū:uel enepharmacū dādum eſt.Tum demum vero parū vulcus ē:cū rubet:ac nimiū neq; ſiccum neq; hūidum eſt:ac quodcunq; ſenſu caret.qđ non naturaliter ſentit:quod nimiū aut aridum aut hūidum eſt. Quod aut pallidum aut albidum aut liuidū aut nigrum eſt:id purum non eſt.

¶Quomodo vulnus implendum eſt.

p Vrgato ſequit̃ vt ipleat̃:itaq; calida aqua eatēus neceſſaria ē:vt ſanies remoueatur.Lanæ ſucidæ ſupuacuus vſus ē.Lota melius circūdat̃.Ad iplēdū āt vulnus ꝓficiūt qdē ēt medicamēta aliq.Itaq; ea adhiberi nō alienū ē:vt butyrum cū roſa:exigua mellis pte aut cū eadē pte:aut cū eadē roſa tetrapharmacū.aut ex roſa linamēta.Plus tñ ꝓficit balneū rarū.Cibi bōi ſucci:vitatis oibus acribus:ſed iā plenioribus.Nā & auis & venatio & ſuilla elixa dari pōt.Vinū oib9 dū febris:dū iflāmatio ē:alienū ē.Itēq; vſq; ad cicatricē:ſi nerui:maſculiue vulnerati ſunt:ēt ſi alte caro:aut ſi plaga i ſūma cute generis tutioris ē:pōt nō p uetus:modice tñ datū ad iplendū quoq; ꝓficere.Si quid molliēdū ē:qđ i neruoſis locis muſculoſiſq; neceſſariū ē:cærato quoq; ſup vulnus vtēdū ē.Ac ſi caro ſup creuit:modice reprimit ſiccū linamētū:vehemēti9 ſquama æris.Si plus eſt qđ tolli opus ē:adhibēda ſūt ēt nū vehemētiora q corpus exe

dunt. Cicatricem poſt oĩa hæc commode inducit licium ex paſſo aut lacte dilutum: vel etiam per ſe impoſitum ſiccum linamentum.

¶De vulneribus: quæ extrinſecus per vulnera incidunt curationibuſq; eoꝝ.

Ic ordo fœlicis curationis ē. Sed q̃dã tñ piculoſa icidere cõſuerũt. Interdũ eni
h vetuſtas vlcus occupat: iducit̃q; ei callus: & circũ oræ craſſæ liuẽt. poſt q̃ qc-
qd medicamẽtoꝝ igerit̃: parũ ꝓficit. quod fere negligẽter curato vlceri ſupuenit. Interdũ vel ex nimia iflãmatione: vel ob æſtus imodicos: vel ob nimia frigora: vel qa nimis vulnus aſtrictũ ē: vel qa corpus aut ſenile aut mali habitus ē cãcer occupat. Id gẽus a græcis diductũ i ſpecies ē: noſtris vocabulis nõ ē. Oĩs ãt cãcer nõ ſolũ id corrũpit: qđ occupauit ſed ẽt ſerpit. deide alijs alijſq; ſignis decernit̃. Nã mõ ſup iflãmationẽ rubor vlcus ambit. iſque cũ dolore ꝓcedit. Eriſipelas græci nominãt. Mõ vlcus nigrũ ē: qa caro eius corrupta ē. Idque vehemẽtius ẽt putreſcẽdo itendit̃. Vbi vulnus humidũ ē: & ex nigro vlcere humor pallidus fert̃: malique odoris ē: carũculæ corruptæ. iterdũ ẽt nerui ac mẽbranæ reſoluũt̃: ſpecillũq; demiſſũ deſcẽdit aut i latus aut deorſũ: eoq; vitio nõnũq; os quoq; afficit̃. mõ orit̃ ea: quã græci cangretiã appellãt. Priores i q̃libet pte corpis fiũt. Hoc i ꝓminẽtibus mẽbris ideſt iter vngues & alas vel iguina: fereq; i ſenibus: vel his quoꝝ corpus mali habitus ē. Caro i vlcere vel nigra vel liuida ē: ſed ſicca & arida. ꝓxĩaq; cutis plerunq; ſub nigris puſtulis iplet̃ deide ei ꝓxĩa vel pallida vel liuida fereq; rugoſa ſine ſẽſu ē. Alerior i inflãmatione ē: oĩaque ea ſimul ſerpũt: Vlcus: i locũ puſtuloſũ. Puſtulæ: i cũ q pallet aut liuet. Pallor aut liuor: i id qđ iflãmatũ ē. iflãmatio: i id qđ itegrũ ē: trãſit. iter hęc deide febris acuta orit̃: igẽſq; ſitis qbuſdã ẽt deliriũ accedit. alij quãuis mẽtis ſuę cõpotes ſũt balbutiẽdo tñ vix ſẽſus ſuos os explicãt. Incipit affici ſtõachus. Fit fœdi9 ſpũs ipſe odoris. Atq; initiũ ei9 qdẽ mali recipit curationẽ. Vbi pẽitus iſedit: iſanabile ē. plurimiq; ſub frigido ſudore moriunt̃.

¶Curatio vlceris.

C picula qdẽ vulnerũ hæc ſũt. Vetus ãt vlcus ſcalpello cõijciẽdũ ē: excidẽdęq;
a eius oræ: & qcquid ſup eas liuet: æque icidẽdũ. Si varicula itus ē: quæ his ſa-
nari ꝓhibet: ea quoq; excidẽda. Deide vbi ſãguis emiſſus: nouatũq; vulnus ē: eadem curatio adhibenda: quæ in recentibus vulneribus expoſita eſt. Si ſcalpello aliquis vti non vult: poteſt ſanare id emplaſtrum: quod ex ladano fit. & cum vlcus ſub eo exeſum eſt: id: quo cicatrix inducitur.

¶Curatio eriſipelarum.

D ãt qđ eriſipelas vocari dixi: nõ ſolũ vulneri ſupueĩre: ſed ſine hoc quoq; ori
i ri conſueuit: atq; iterdũ piculũ maius afferet: vtiq; ſi circa ceruices aut caput
cõſtitit. Oportet ſi vires patiũt̃ ſãguinẽ mittere: deide iponere ſimul reprimẽtia & refrigerãtia: maxĩeq; cæruſſã ſolãi ſucco: aut cimoliã cretã aq̃ pluuiali exceptã: aut ex eadẽ aq̃ ſubactã farinã cupreſſo adiecta: aut ſi tenerius corpus ē: lẽticulã. Quicqd ipoſitũ ē: betæ folio cõtegẽdũ ē: & ſuper linteolũ frigida aqua madẽs iponẽdũ. Si p ſe refrigerãtia parũ ꝓderũt miſcẽda erũt hoc mõ. ſulphuris. P. x. cæruſſæ & croci ſinguloꝝ. P. xxx. eaq; cũ vino cõterẽda ſũt: & id his illinẽdũ. aut ſi durior locus ē: ſolani folia cõtrita: ſuillæ adipi miſcẽda ſũt: & illita liteolo ſup inijciẽda. At ſi nigrities ē: neq; dũ ſerpit: iponenda ſũt quæ carnẽ putrẽ lenius exedũt. repurgatũq; vlcus ſic vt cætera nutriẽdũ ē. Si magis putre ē. iãq; ꝓcedit ac ſerpit: opus ē vehemẽtius erodẽtib9. Si ne hæc qdẽ euicũt: aduri locus debet dõec ex eo nullus humor ferat̃. nã qđ ſanũ eſt: ſiccũ eſt cũ adurit̃. poſt vſtionẽ putris hulceris ſup ponẽda ſũt quæ cruſtas a vino reſoluãt: eas eſcaras græci vocãt vbi exciderũt purgãdũ hulcus maxĩe melle & reſinæ ē. ſed alijs

quoq; purgari pōt: quibus purulēta curant̃. eodēq; mō ad ſanitatē perducendum eſt.

¶ Curatio Cangrenæ.

c Angrenā vero ſi nōdū plane tenet: ſed adhuc incipit: curare nō difficillimū ē: vtiq; i corpore iuuenili: & magis ēt ſi muſculi integri ſunt: ſi nerui vel læſi non ſūt: vel leuiter affecti ſūt. neq; vulnus magnus articulus nudatus ē: aut carnis ī eo loco paulū eſt: ideoq; nō multū: quod putreſceret: fuit: cōſiſtitq; eo loco vitiū qđ maxīe fieri in digito pōt: In eiuſmodi caſu primū ē: ſi vires patiūt̃. ſāguinē mittere. Deīde q̄cq̄d aridū ē & intētione quadā ꝓximū quoq; locū male hēt: vſq; eo ſanū corpus cōcidere. Medicamēta vero dū malū ſerpit adhibēda nulla ſūt: quæ pus mouere cōſuerunt. ideoq; ne aq̄ quidē calida. Grauia quoq;: quis reprimētia aliena ſūt. Sed his quā leuiſſimis opus ē. ſupq; ea quæ inflāmata ſūt: vtēdū ē refrigerātibus. Si nihilo magis malū cōſtitit. vri id quod ē īter ītegrū ac vitiatū locū debet. Præcipueq; in hoc caſu petendū non a medicamētis ſolū: ſed ēt a victus ratione præſidiū eſt. Neq;. n. id malum niſi corrupti vitioſiq; corporis ē. Ergo prio: niſi ībecillitas ꝓhibet abſtinētia vtēdum. Deinde dāda quæ p cibū potionēq; aluū: ideoq; ēt corpus aſtringant: ſed ea leuia. Poſtea ſi vitiū cōſtitit: īponi ſup vulnus eadem debent: quæ in putri vlcere præſcripta ſūt. Actū quoq; plenioribus cibis vti licebit ex media materia: ſic tñ non niſi aluū corpuſq; ſiccātibus. aqua vero pluuiali frigida. balneū niſi iā certa fiducia redditæ ſanitatis ē: alienū ē: ſi quidē emollitū in eo vulnus: cito rurſus eodē malo afficit̃. Solēt vero nonnūq̄ nihil oīa auxilia ꝓficere: ac nihilominus ſerpere his cancer. Inter quæ miſerū ſed vnicū auxiliū ē: ut cætera pars corporis tuta ſit: mēbrū qđ paulati emoritur abſcidere. Hæ grauiſſimoꝝ uulnerū curatiões ſunt. Sed ne illa quidē neglīgēda: ubi integra cute interior pars colliſa: ē aut ubi deraſū: ac tritūue aliquid ē: aut ubi ſurculus corpori infixus ē. aut ubi tenue: ſed altū uulnus inſedit. In primo caſu cōmodiſſimū ē malichoriū ex uino coquere: interiorūq; eius ptē cōterere: & cærato miſcere ex roſa facto: idq; ſupponere. deinde ubi cutis ipſa exaſperata ē: inducere lene medicamētū. quale lipara eſt. Deraſo uero detritoq; īponēdū ē emplaſtrū tetrapharmacum: minuenduſq; cibus: & uinū ſubtrahēdū. Neq; id: q̄a nō hēbit altiores ictus: cōtinēdūq; erit. Si quidē ex eiuſmodi caſibus ſæpe canchri fiunt. Quod ſi leuius id erit: & in parte exigua: cōtenti eſſe poterimus eodē leni medicamēto. Surculū uero: ſi fieri pōt: oportet uel manu: uel ēt ferramēto eiicere. Si uel præfractus eſt: uel altius deſcēdit: quā ut ita fieri poſſit: medicamēto euocādus ē. Optīe āt educit ſupimpoſita arūdinis radix ſi tenera ē: ꝓtinus cōtrita: ſi iā durior ante in mulſo decocta. Cui ſemp mel adijciendū eſt: aut ariſtolochia cū eodē melle. Peſſima ex ſurculis arūdo ē: q̄a aſpera ē. Eadēq; offenſa ēt ī filice ē. Sed uſu cognitū ē utrāq; aduerſus alterā medicamētū eē: ſi cōtrita ſuperīpoſita ē. Facit āt idē in oībus ſurculis quodcūq; medicamētum extrahēdi uī hēt. Idem altis: tenuibuſq; uulneribus aptiſſimū ē: Priori rei Philocratis: huic Hecatei emplaſtrū maxīe cōuēit.

¶ Quomodo cicatrix uulneri inducenda. purgandaq; ſit.

u Bi uero in quolibet uulnere uētū ad inducētū cicatricē eſt: qđ ꝑpurgatis iam repletiſq; ulceribus neceſſariū ē: primū ex aq̄ frigida linamentū dū caro alit̃: deinde cū iā cōtinēda ē: ſiccū īponēdū ē. donec cicatrix inducat̃. Tū deligari ſup albū plumbū oportet: quo & reprimitur cicatrix. & colorē maxime ſano corpori ſimilē accipit. Idē radix ſilueſtris cucumeris præſtat. Idē cōpoſitio: q̄ hēt elaterij. P. xi. ſpumæ argenti. P. xii. unguēti. Pondo. xiiij. Quæ excipiūt̃ reſina terebinthina: donec ēplaſtri craſſitudo ex oībus fiat. Ac nigras quoq; cicatrices lēiter purgāt pib9 portionib9 mixta: erugo: plūbū elotū eadēq; roſa cocta ſiue ungit̃ cicatrix. qđ ī facie fieri pōt

ſiue id vt emplaſtrū īponitur. qđ in alijs partibus cōmodius ē. At ſi vel excreuit cicatrix: vel cōcaua ē: ſtultū ē decoris cauſa rurſus & dolorem & medicinā ſuſtinere. Alioqn res vtriqꝫ ſuccurri patit̃: Si quidē vtraqꝫ cicatrix exulcerari ſcalpello pōt. Si medicamentum aliquis mauult: idem efficiunt cōpoſitiones hæ. quæ corpus exedūt. Cute exulcerata: ſuper eminentem carnem exedentia medicamēta conijcienda ſūt. Super cōcauam īplentia: donec vtrunqꝫ vlcus ſanæ cuti æquetur: & tum cicatrix īducatur.

¶ De vulneribus quæ per morſus inferuntur eorumqꝫ curationibus. Caput. xxvij.

d Ixi de his vulneribus quæ maxīe p tela inferuntur. Sequit̃ vt de his dicam: q̄ morſu fiūt: interdū hoīs: interdū ſimiæ: ſæpe canis: nōnunq̄ ferorꝫ aīaliū: aut ſerpentiū. Oīs āt fere morſus habet quoddā uirus. Itaqꝫ ſi vehemēs vulnus ē: cucurbitula admouēda ē. Si leuius: ꝓtinus emplaſtrū inijciendū: ꝓcipueqꝫ Diogeſi. Si id nō eſt: quodlibet ex his: q̄ aduerſus ꝓpoſui. Si ea nō ſūt: viride alexādrinū. Si ne id qdē ē: quodlibet nō pingue ex his q̄ recētibus vulneribus accōmodāt̃. Sal quoqꝫ his: ꝓcipueqꝫ ei: qđ canis fecit: medicamētū ē: ſi manus vulneri īponit̃: ſuperqꝫ id duobus digitis verberat̃ (Exſaniat enim) ac ſalſamentū quoqꝫ recte ſup id vulnus deligatur.

¶ Curatio aduerſus rabioſi canis morſum.

u Tiqꝫ āt ſi rabioſus canis fuit: cucurbitula virus eius extrahēdū eſt. Deinde ſi locus neqꝫ neruoſus neqꝫ muſculoſus ē vulnus: id adurēdū ē. Si vri nō pōt ſāguinē homini mitti nō alienū ē. Tū vſto qdē vulneri ſup imponēda quæ cæteris vſtis ſunt. Ei vero qđ expertū ignē nō eſt. ea medicamenta: quæ vehementer exedunt. Poſt quæ nullo nouo magiſterio: ſed iā ſupra poſito: vlcus erit īplendū: & ad ſanitatē ꝑducendū. Quidā poſt rabioſi canis morſū ꝓtinus in balneū mittunt: ibiqꝫ patiūtur deſudare dū vires corporis ſinunt vlcere adapto. quo magis ex eo quoqꝫ virus diſtillet deinde multo: meracoqꝫ vino excipiūt. Quod oībus venenis cōtrariū ē. Idqꝫ cum ita ꝑ triduū factū eſt: tutus eſſe homo a ꝑiculo videt̃: Solet autē ex eo vulnere: vbi parum occurſū ē aquæ tumor naſci. hydrophlogas græci appellāt. Miſerrimū genus morbi. In quo ſimul æger & ſiti & aquæ metu cruciat̃. Quo oppreſſis in anguſto ſpes ē. Sed vnicū tñ remediū ē: nec opinantē in piſcinā nō ante ei ꝓuiſam ꝓijcere. Et ſi natādi ſciētiā nō habet mō merſū bibere pati: mō attollere. Si habet: interdū deprimere: vt inuitus quoqꝫ aqua ſatiet̃. Sic. n. ſimul & ſitis & aquæ metus tollit̃. Sed aliud ꝑiculū excipit: ne īfirmū corpus in aqua frigida vexatū neruorꝫ diſtētio abſumat. Id ne incidat: a piſcina ꝓtinus ī oleū calidū demittēdus ē. Antidotū āt præcipue id qđ primo loco poſui. vbi id nō eſt: aliud ſi nondū æger aquā horret. potui ex aqua dandū ē. & ſi amaritudine offendit̃: mel adijciendū ē. Et ſi iā is morbus occupauit: per catapotia ſumi pōt.

¶ Curationes cōmunes aduerſus oēs morſus ſerpentium.

ſ Erpentiū quoqꝫ morſus nō nimiū diſtantē curationem deſiderāt: quāuis in ea multū antiqui uariarūt ut in ſingula genera anguiū ſingula medēdi genera ꝑciperent: atqꝫ alijs alia. Sed ī oibus eadē maxime ꝓficiūt. Igit̃ in primis ſuper uulnus id mēbrū deligandū ē. nō tñ nimium uehementer: ne torpeat. Dein uenenum extrahendū eſt. id cucurbitula optime facit. Neqꝫ alienū ē: ante ſcalpello circa uulnus incidere: quo plus uitiati iā ſanguinis extrahat̃. Si cucurbitula non eſt. qđ tñ uix incidere pōt. tū quodlibet ſimile uas: qđ idem poſſit. Si ne id quidē eſt: hō adhibendus ē. qui vulnus exſugat. Neqꝫ hercules ſcientiā ꝓcipuam habent hi q pſylli noiant̃: ſed audaciā uſu ipſo cōfirmatā. Nā venenū ſerpentis: vt quædā ēt venatoria uenena: quibus galli ꝓcipue vtuntur: non guſtu: ſed ī uulnere nocent. Ideoqꝫ colubra ipſa tuto eſtur: ictus eius occidit. & ſi ſtupent ea: qđ per quædā medicamēta circulatores faciūt: ī os

digitũ quis indidit: neq; pcuſſus eſt: nulla in ea ſaliua noxa eſt. Ergo quiſquis exemplũ pſylli ſecutus id vulnus exſuxerit: & ipſe tutus erit: & tutũ hoiem pſtabit. Illud ne itereat: ante debebit attẽdere: ne qđ in gingiuis: palatoue: aliaue parte oris vlcus habeat. Poſt hæc his homo loco calido collocandus ẽ: ſic vt id: qđ pcuſſum erit. in inferiorem partẽ iclinet. Si neq; q exſugat. neq; cucurbitula ẽ: ſorbere opportet ius anſerinum vel ouillũ vel vitulinũ: & vomere. Viuũ ãt gallinaceũ pullũ p mediũ diuidere: & ptinus calidũ ſup vulnus ipõere: ſic vt ps iterior corpi iũgat. Facit id ẽt hædus: agnuſue diſciſſus: & calida eius caro ſtati ſup vulnus impoſita. Emplaſtra quoq; q ſupra cõpræhẽſa ſũt. Aptiſſimũq; eſt: vel epheſiũ: vel id qđ ei ſubiectũ eſt. Præſenſq; in aliquo antidoto pſidium eſt. Si id non ẽ: neceſſarium ẽ exorbere potionem meri vini cum pipe: vel quidlibet aliud: quo calor mouendus ẽ: ne humorem intus coire patiatur. Nã maxima ps venenoꝝ frigore interimit. Oĩa ẽt vrinam mouentia: quia materiã extenuãt. vtilia ſũt.

¶ Speciales curationes aduerſus ictus ſerpentiũ & primo aduerſus ictum Aſpidis.

Aec aduerſus oẽs ictus cõia ſunt. Vſus tñ ipſe docuit: eũ: quem aſpis pcuſſit:
h acetũ potius bibere debere. Quod demonſtraſſe dicit caſus cuiuſdam pueri qui cum ab hac ictus eſſet: & partim ob ipſum vulnus: partim ob imodicos æſtus ſiti premeretur: ac locis ſiccis aliũ humorẽ nõ repiret acetũ qđ forte ſecũ habebat ebibit & liberatus ẽ. Credo qm id: quãuis refrigerãdi vim hẽt: tñ hẽt ẽt diſſipãdi. Quo fit vt terra reſperſa eo: ſpumet. Eadem ergo vi veriſimile ẽ: ſpiſſeſcentem quoq; itus humorem hominis ab eo diſcuti: & ſic dari ſanitatem.

¶ Aduerſus ictum ſcorpionis.

N qbuſdã ẽt alijs ſerpẽtibus certa qdã auxilia ſatis nota ſunt. Nã ſcorpio ſibi
i ipſe pulcherrimũ medicamentũ ẽ. Quidã cõtritũ cũ vino bibunt. quidã eodẽ mõ cõtritũ ſuper vulnus iponũt. quidã ſup prunã eo ipoſito vulnus ſuffumigant vndiq; ueſte circũdata: ne is fumus dilabat. tũ carbonẽ eius ſup vulnus deligãt. Bibere autem oportet herbæ ſolaris: quam heliotropion græci uocant: ſemen: vel certe folia ex uino. Super uulnus uero etiam furfures ex aceto. vel ruta ſiluatica recte imponitur: uel cum melle ſal toſtus. Cognoui tamen medicos: qui ab ſcorpione ictis nihil aliud: quam ex brachio ſanguinem miſerunt.

¶ Aduerſus aranei & ſcorpionis ictum.

e T ad ſcorpiõis ãt & ad arãei ictũ alliũ cũ ruta recte miſcet: ex oleoq; cõtritũ ſuper imponitur.

¶ Aduerſus Cæraſtis & Dipſæ & Aemorroidis ictum.

T ſi Ceraſtes aut Dipſas aut Aemorrois percuſſit: ſpoli quod ægyptiæ fabæ
a magnitudinem æquet: arefactum in duas potiones diuidendum ẽ: ſic ut ei rutæ paulum adiiciatur. Trifolium quoq; & mentaſtrum & cum aceto panaces æque proficiunt. Coſtumq; & caſia & cynnamomũ recte p potionem aſſumuntur.

¶ Aduerſus Chelydri ictum & cæraſtis.

Duerſus Chelydri vero ictũ: panacis aut laſer. qđ ſit ſcripuloꝝ. xii. vel porri
a ſuccus cũ hemia uini ſumẽdꝰ ẽ: & edẽda multa ſatureia. Imponẽdũ ãt ſup vulnus ſtercus caprinũ ex aceto coctũ: aut ex eodẽ hordeacea faria: aut ruta: uel nepeta cũ ſale cõtrita melle adiecto. Qđ i eo quoq; uulnere: qđ ceraſtes fecit æq ualet.

¶ Aduerſus Phalãgij ictum.

Bi uero phalangium nocuit: præter eam curationem quæ manu redditur: ſæ
u pe homo demittendus in ſoliũ eſt: danduſq; ei myrræ & uuæ timiniæ par modus ex paſſi hemina. uel rediculæ ſemen: aut lolij radix ex uio: & ſuper uulnus furfures ex aceto coctæ. imperandumq; ut is conquieſcat.

¶Aduerſus ictus italoꝝ anguium: qui minus terribiles peregrinis ſunt.

Erũ hæc genera ſerpentiũ & peregrinã & aliquãto magis peſtifera ſunt: maxĩe
u qꝫ æſtuoſis locis gignũť: Italia: frigidioreſqꝫ regiões hac quoqꝫ pte ſalubritatẽ
habẽt: qđ minus terribiles angues edũt. Aduerſus quos ſatis ꝓficit herba be-
tonica: vel cãtabrica: vel cẽtauriõ: vel argimõia: vel trixago: vel pſonina: vel marinæ pa-
ſtinacæ ſingulæ binæue tritæ & cũ vino potui datæ: & ſup vulnus ĩpoſitæ. Illud ignora-
ri nõ oportet: oĩs ſerpẽtis ictũ. & ieiuni & ieiuno magis nocere. Ideoqꝫ pnitioſiſſimæ ſũt
cum incubant. Vtiliſſimumqꝫ eſt: vbi ex anguibus metus eſt: nõ ante ꝓgredi: quã quis
aliquid aſſumpſit.

¶Remediũ generale aduerſus oĩa venena vel in cibo vel in potione aſſumpta.

On tã facile is opitulari eſt: q venenũ vel ĩ cibo: vel in potiõe ſũpſerunt. Primũ
n quia nõ ꝓtinus ſentiũt: vt ab angue icti: ita ne ſuccurrere qdẽ ſtatĩ ſibi poſſũt.
Deinde quia noxa nõ a cute: ſed ab interioribus ptibus ĩcipit. Cõmodiſſimũ
eſt tñ ubi primũ ſenſit aliquis ꝓtinus oleo multo epoto vomere. Deinde: ubi præcor-
dia exhauſit: bibere antidotum. Si id non eſt: uel merum uinum.

¶Specialia remedia aduerſus qdã uenena: & primo aduerſus cantharidas.

Vnt tñ quædã remedia ꝓpria aduerſus quædã uenena maxĩeqꝫ leuiora. Nã ſi
ſ cãtharidas aliqs ebibit: panaces cũ lacte cõtuſa: uel galbão: uino adiecto dari
uel lac per ſe debet.

¶Aduerſus cicutam.

I cicuta: uinũ merum calidũ cũ ruta q̃plurimũ ĩgerẽdũ ẽ deĩde is uomere cogẽ-
ſ dus Poſteaqꝫ laſer ex uĩo dãdũ. Iſqꝫ ſi febre uacat: ĩ calidũ balneũ mittẽdus. Si
non uacat: ungendus ex calefacientibus eſt: Poſt quæ quies ei neceſſaria eſt.

¶Aduerſus hyoſcyamum.

ſ I hyoſcyamũ: feruẽs mulſũ bibẽdũ eſt: aut quodlibet lac maxime tñ aſininũ.

¶Aduerſus cæruſſam.

ſ I cæruſſam. ius maluæ: uel ius glandis ex uino cõtritæ maxime proſunt.

¶Aduerſus ſanguiſugam ſi epota eſt: & lac quod intus coijt.

ſ I ſanguiſuga epota eſt: acetũ cũ ſale bibendũ eſt. Si lac intus coijt: aut paſſum
aut coagulum: aut cum aceto laſer.

¶Aduerſus fungos inutiles.

I fungos iutiles qs aſſũpſerit: radicula aut epota: aut cũ ſale & aceto edẽda ẽ.
ſ Ipſi uero hi & ſpecie qdẽ diſcerni poſſũt ab utilibus: & cocturæ genere idõei fie-
ri. Nã ſiue ex oleo ĩferuuerũt: ſiue piri ſurculus cũ his ĩferuuit: oĩ noxa uacãt.

¶De aduſtis corporis locis & quo modo curari debeant.

Duſtis quoqꝫ locis extrinſecus uis infertur. Itaqꝫ ſeq uideť: ut de his dicã. Hæc
a ãt optime curanť folijs: aut lilij: aut linguæ caninæ aut betæ ĩ uetere uino oleo
qꝫ decoctis. Quorũ qdlibet ꝓtinus ĩpoſitũ ad ſanitatẽ pducit. Sed diuidi quo-
qꝫ curatio põt ĩea: quæ mediocriter excedẽtia reprimẽtiaqꝫ: prĩo & puſtulas ꝓhibeãt &
ſũmã pelliculã exaſperẽt. Deinde ea q lenia ad ſanitatẽ pducãt. Ex prioribus ẽ lẽticulæ
cũ melle farina: uel myrra uel uino: creta cimolia cũ turis cortice contrita & aqua coa-
cta: atqꝫ ubi uſus neceſſitas incidit: aceto diluta. Ex ĩſequentibus quælibet lipara. Sed
idonea maxime eſt: quæ uel plũbi ecremẽtũ uel uitellos habet. Eſt ẽt illa aduſtoꝝ cu-
ratio: dũ ĩflãmatio eſt: ĩpoſitã habere cũ melle lẽticulã. Vbi ea declinauit: farina cũ ru-
ta: uel porro: uel marrubio: donec cruſtæ cadãt. Tũ eruũ cũ melle: aut iri: aut reſinam
terebinthinã: donec ulcus purum ſit Nouiſſime ſiccum linamentum.

❡De iterioribus ulceribus q̄ aliqua corpoꝝ pte corrupta naſcunt᷑. Caput.xxviij.

❡De carbunculo & eius curatione.

B his quæ extrinſecus icidūt ad ea veniēdū ē: quæ iterius corrupta aliqua cor
a porū pte naſcūt᷑. Ex q̄bus nō aliud carbūculo peius eius hæ notæ ſunt. Rubor
ē ſuperq; eū nō nimiū puſtulæ eminet. maxīe nigræ: iterdū ſubliuidæ. In his ſa
nies eſſe uidet᷑. īfra color niger ē. Ipſum corpus aridū & durius q̄ naturaliter oportet.
Circa quē quaſi cruſta eſt: eaq; iflāmatiōe cingit᷑: neq; i eo loco leuari cutis pōt: ſed infe
riori carni quaſi affixa ē. Sōnus vrget. nōnūq̄ horror: aut febris orit᷑: aut vtrunq;. Idq;
vitiū ſubter actis quaſi q̄buſdā radicibus ſerpit: iterdū celerius: iterdum tardius. ſupra
quoq; ꝓcedēs inalbeſcit. dei liuidū fit circūq; exiguæ puſtulæ oriunt᷑. Et ſi circa ſtoma
chū faucesue icidit: ſubito ſpiritū ſæpe elidit. Nihil melius ē: q̄ ꝓtinus adurere. Neq; id
graue ē. Nā nō ſentit: qm̄ ea caro mortua ē. Finiſq; adurēdi ē: dū ex oī pte ſenſus dolo-
ris ē. Tū deinde vulnus: ſicut cætera aduſta: curādū ē. Sequit᷑. n. ſub medicamētis ero
dētibus cruſta vndiq; a viua carne diducta: quæ trahit ſecū q̄cquid corruptū erat: priuſ
q̄ iā ſinus curari pōt iplētibus. At ſi i ſumma cute vitiū ē: poſſūt ſuccurrere q̄dā vel exe
dētia tm̄ vel ēt adurētia. Vis ꝓ magnitudine adhibēda ē. Quodcūq; vero medicamētū
poſitū ē: ſi ſatis ꝓficiet: ꝓtinus a viua corruptā ptē reſoluit. Certaq; eſſe fiducia pōt fe-
re vt vndiq; vitioſa caro excedat: qua huiuſce rei medicamē exeſt: Si id nō fit medicamē
tū malo vincit᷑: Vtiq; ad vſtionē ꝓperādū eſt. Sed i eiuſmodi caſu abſtinēdū a cibo: a
vīo ē. Aquā liberaliter bibere expedit. Magiſq; ea ſeruāda ſūt ſi febricula quoq; acceſſit.

❡De carcinomate & eius curatione.

On idē piculū carcinoma affert niſi iprudētia curātis agitatū ē. Id uitiū fit ma
n xīe i ſuperioribus ptibus: circa faciē: nares: aures: labra: mām̄as fœminarum.
Et i iecore ēt aut ſplene hoc naſcit᷑. Circa locū aliqua quaſi pūcta ſentiūt᷑. iſq;
īmobilis: inæqualis tumet: iterdū ēt torpet: Circa eū iflatæ venæ quaſi recuruāt᷑. hæq;
pallēt aut liuēt. nōnūq̄ ēt i q̄buſdā deliteſcūt. Tactuſq; is locus alijs dolorē affert i alijs
eū nō habet. Et nōnūq̄ ſine vlcere durior aut mollior ē: q̄ eſſe naturaliter debet: nōnūq̄
hiſdē oībus ulcus accedit. Iterdūq; nullā habet ꝓprietatē: iterdū ſimile his ē: q̄ vocant
græci cōdylomata: aſpredine quadā & magnitudine ſua. Colorq; eius ruber ē: aut lēti
culæ ſimilis neq; tuto fert᷑. Nā ꝓtinus aut reſolutio neruoꝝ: aut diſtētio iſeq̄t᷑. Sæpe
hō ictus obmuteſcit. atq; eius aīa deficit. Quibuſdā ēt ſi id ipſū preſſū ē. quæ circa ſunt
itēdunt᷑ & itumeſcūt. Nā q̄ peſſimū id gēus ē. fereq; primū id fit q̄d᷑ cacoethes a græ-
cis noīat᷑. Deīde ex eo id carcinoma q̄d᷑ ſine ulcere ē. Deīde ulcus ex eo thymiū. Tolli
nihil niſi cacoethes pōt. reliq̄ curatiōibus irritant᷑. Et quo maior uis adhibita ē: eo ma
gis q̄dam uſi ſunt medicamentis adurētibus. Quidā ferro aduſerūt. Quidā ſcalpello
exciderūt. Neq; ulli unq̄ medicina ꝓficit. Sed aduſta ꝓtinus cōcitata ſūt & icreuerūt:
donec occiderēt. Exciſa ēt poſt iductā cicatricē tm̄ reuerterūt & cām mortis attulerūt.
Cū iterim pleriq; nullā ui adhibēdo qua tollere id malū tētēt: ſed iponēdo tm̄ lenia me
dicamēta: q̄ q̄ſi blādiat᷑: quominus ad ultimā ſenectutē pueniāt: nō ꝓhibet᷑. Diſcede
re āt cacoethes q̄d᷑ curationē recipit a carcinomate: q̄d᷑ nō recipit: nemo ſcire pōt: Sed
tpe ꝙ experimēto. Ergo ubi primū id uitiū notatū ē: ipōi debēt medicamēta adurētia:
Si leuat᷑ malū: minuūturq; eius iditia: ꝓcedere curatio pōt & ad ſcalpellū & ad uſtio
nē. Si ꝓtinus irritatū ē ſcire licet iā carcinoma eſſe remouēdaq; ſūt oīa acria: oīa uehe-
mētia. Sed ſi ſine ulcere is locus ē: ipōi ficū q̄ pinguiſſimā aut rhypodes emplaſtrum
ſatis eſt. Si vlcus æquale ē: cæratū ex roſa inijciēdū ē: adijciēduſq; ei puluis ex cōtritate
ſta: ex q̄ faber ferrarius tīgere cādēs ferrū ſolitus ē. Si id nimiū ſupercreuit: tētāda ſqua-

ma æris eſt: q̄ leniſſima ex adurentibus eſt: catenus nequid eminere patiat᷑. ſed ita. ſi ni
hil exacerbauit. Si minus: eodē cærato contenti eſſe debebimus.

¶ De Theriomate & eius curatione.

e

St ēt vlcus: q᷑ therioma græci vocāt. Id & ꝑ ſe naſcit᷑ & iterdū vlceri ex alia cā
facto ſuperuenit. color eſt vel liuidus: vel niger. odor fœdus: multus: & muc
ci ſimilis hūor. Ipſum vlcus neq̧ tactū: neq̧ medicamētū ſentit. prurigine tm̄
mouet᷑. At circa: dolor ē & iflāmatio. Interdū ēt febris orit᷑. Nōnūq̄ ex vlcere ſanguis
erūpit. At id quoq̧ malū ſerpit. Quæ oīa ſæpe itēdunt᷑. Fitq̧ ex his vlcus: q᷑ herpeta
eſchiomenō græci vocāt: qa celeriter ſerpēdo penetrādoq̧ vſq̧ oſſa corpus vorat. Id vl
cus inæquale ē: cœno ſimile. ieſtq̧ multus hūor glutinoſus. odor itolerabilis: maiorq̧
q̄ ꝓ modo vlceris iflāmatio. Vtrūq̧ ſicut oīs cācer: fit maxīe in ſenibus vel his: quoꝝ
corpa mali habitus ſunt. Curatio vtriuſq̧ eadē ē: ſed i maiore malo magis neceſſaria.
Ac primū a victus rōne ordināda ē. vt qeſcat i lectulo: vt primis diebꝰ a cibo abſtine
at: aquā q̄ plurimā aſſumat. Aluus quoq̧ ei ducat᷑. Dein poſt iflāmationē cibū bōi ſuc
ci capiat: vitatis oībus acribus: potiōis quātū volet: ſic vt iterdiu qdē aqua cōtētus ſit.
In cœna ēt vini auſteri aliqd bibat. Nō æq̄ tn̄ fame i his: quos herpes vrgebit: atq̧ his q̄
therioma adhuc habebūt: vtēdū erit. Et victus qdē talis neceſſarius ē. Sup vlcus vero
iſpergēda arida aloe oenāthe ē: & ſi parū ꝓficiet: chalcitis. Ac ſi qs neruus exeſa carne
nudatus ē: cōtegēdus ante litheolo ē ne ſub eo medicamēto adurat᷑. Si validioribus ēt
nū remedijs opus ē: ad eas cōpoſitiōes veniēdū ē: q̄ vehemētius adurūt. Quicqd āt in
ſpergit᷑ auerſo ſpecillo iſundi debet. Sup dāda cū melle ſunt vel linamēta. vel oleæ fo-
lia ex vino decocta: vel marrubiū: eaq̧ liteolo cōtegēda i aqua frigida madefacto dein
bene expreſſo. Circaq̧ q̄ tumor ex iflāmatiōe ē: iponēdaq̧ reprimāt cataplaſmata. Si
ſub his nihil ꝓficitur: ferro locus aduri debet: diligēter neruis: ſiq apparēt: ante conte-
ctis: Aduſtū vel medicamentis vel ferro corpus primū purgandū: deinde implēdum
eſſe: apparere cuilibet ex prioribus poteſt.

¶ De ſacro igne & eius curatione.

ſ

Acer quoq̧ ignis malis vlceribus annumerari debet. Eius duæ ſpecies ſūt. Al
terū ē ſubrubicūdū: aut mixtū rubore atq̧ pallore: exaſperatūq̧ ꝑ puſtulas cō
tinuas: quarū nulla: altera maior eſt: ſed plurimæ ꝑexiguæ. In his ſēp fere
pus: & ſæpe rubor cū calore ē. ſerpitq̧ id nōnūq̄ ſaneſcēte eo: q᷑ primū vitiatū ē: nōnū
q̄ ēt exulcerato. vbi ruptis puſtulis vlcus cōtinuat᷑: hūorq̧ exit. q eſſe inter ſaniē & pus
uideri pōt. Fit maxīe i pectore: aut lateribus: aut eminētibus ꝑtibus ꝑcipueq̧ i plātis.
Alterū āt ē i ſummæ cutis exulceratiōe: ſed ſine altitudine: latū. ſubliuidū. inæqualiter
tn̄ mediūq̧ ſaneſcit extremis ꝓcedētibus: ac ſæpe id q᷑ iā ſanū uidebit᷑ iterū exulcera-
tur. At circa ꝓxima cutis: q̄ vitiū receptura ē: tumidior & durior eſt: colorēq̧ habet ex
rubro ſubnigrū. Atq̧ hoc quoq̧ modo fere corpora ſeniora tentantur: aut q̄ mali habi
tus ſunt: ſed in cruribus maxime. Oīs āt ſacer ignis ut minimū periculū habet ex his q̄
ſerpūt. ſic ꝓpe difficillime tollit᷑. Medicamentū eius fortiſſimū eſt. Vno die febris: q̄
humorē noxiū abſumat. Cuius quo craſſius & albidius eſt: eo periculi minus eſt. Pro
deſt ēt infra os ulcerum lædi: quo plus puris exeat: & id quo ibi corruptum corpus eſt
extrahat. ſed tn̄ ſi febricula acceſſit: abſtinentia: lectulo: alui ductione opus eſt. In om
ni uero ſacro igni neq̧ lenibus & glutinoſis cibis neq̧ ſalſis & acribus utēdū ē: ſed his q̄
inter utrūq̧ ſunt qualis eſt panis ſine fermento: piſcis: hedus: aues: exceptoq̧ apro oīs
fere uenatio. Si nō eſt febricula: & geſtatio utilis eſt: & ambulatio & uinū auſterū &
balneū. Atq̧ in hoc quoq̧ genere potio magis liberalis eſſe: quā cibus debet. Ipſa au-

tē ulcera ſi mediocriter ſerpunt: aqua calida. Si uehemētius: uino calido fouēda ſunt. Deinde acu puſtulæ quæcūq; ſunt aperiēdæ. Tū īponēda ea: q̄ putrē carnē excedunt. Vbi īflāmatio ſublata. vlcuſq; purgatū eſt: īponi leue medicamētū debet. In altero āt genere poſſunt ꝓficere mala cotonea in uino cocta atq; cōtrita. Poteſt emplaſtrū uel Hieræ: vel tetrapharmacū: cui quinta pars turis adiecta ſit. Poteſt nigra hedera ex uino auſtero cocta. Ac ſi celeriter malū ſerpit: nō aliud magis ꝓficit. Purgato ulcere qđ in ſumma cute eſſe ꝓpoſui: ſatis ad ſanitatem eadē lenia medicamēta proficient.

¶De Chironeo ulcere & eius curatione.

Hironeū āt ulcus appellat́ qđ & magnū eſt & habet oras duas: calloſas: tu-
c mētes. Exit ſanies nō multa: ſed tenuis. Odor malus neq; in ulcere neq; in eius tumore eſt. Nulla inflāmatio dolor modicus ē. nihil ſerpit. ideoq; nullū picu lū affert ſed nō facile ſaneſcit. Interdū tenuis cicatrix īducit́. deinde iterū rūpit́. ulcuſq; renouat́. Fit maxīe in pedibus & cruribus. Sup id īponi debet qđ & leńe aliqđ & uehemēs & reprimēs habeat. Quale eius rei cā fit ex his. Squamæ æris: plūbi eloti cōbuſti: ſingulo℞. P. xiiij. Cadmiæ: cæræ. ſingulo℞. P. xviij. roſæ quantū ſatis eſt ad cærā ſimul cum eis molliendam.

¶De ulceribus quæ ex frigore in pedibus & manibus oriuntur: & eo℞ curationibus.

Iunt ēt ex frigore hiberno ulcera: maxīe in pueris & pcipue pedibus digitiſq; eo
ſ rū: nōnūq̄ ēt in manibus. Rubor cū īflamatiōe mediocri ē. Interdum puſtulæ oriunt́, deīde exulceratio. Dolor āt modicus. Prurigo maior ē. nōnūq̄ humor exit: ſed nō multus: q referre uel pus uel ſaniē uidet́. In primis multa calida aqua fouēdū ē: ī qua rapta decocta: aut ſi ea nō ſunt: aliquæ uerbenę ex reprimētibus. Si nōdum adapertū ulcus æs q̄ maxīe calidū qs pati pōt admouēdū ē. Si iā exulceratio ē: īpōi debet alumē æqua portiōe cū ture cōtritū. cū uino adiecto. aut malicoriū ī aq̄ coctū: deī de cōtritū. Si ſūma detracta pellicula ē: hic quoq; melius lenia medicamēta ꝓficiunt.

¶De ſtruma & eius curatione.

Truma quoq; ē tumor: ī quo ſubter cōcreta q̄dā ex pure & ſanguīe q̄ſi glādu-
ſ læ oriūt́. Quæ uel pcipue fatigare medicos ſolēt. qm̄ & febres mouēt: nec vnq̄ facile matureſcūt: & ſiue ferro ſiue medicamētis curāt́. Plerūq; iterū iuxta cicatrices ipſas reſurgūt: multoq; poſt medicamēto eſt opus. Quibus id quoq; accedit: qđ lōgo ſpacio detinēt. Naſcūt́ maxīe ī ceruice: ſed ēt ī alis & īguinibus & ī lateribus. In malis quoq; fœminarū ſe reppiſſe chirugicus Meges auctor ē. Propter hæc & albū ueratrū recte dat́. atq; ēt ſæpius donec ea digerāt́. Et medicamēta īponunt́: q̄ hūorē uel educā uel diſſipēt: quo℞ ſupra mentio facta ē. Adurētibus quoq; q̄dā utunt́: q̄ exedūt: cruſtaq; eū locū aſtringunt. tūc uero ut ulcus curāt. Quæcūq; āt ratio curādi eſt: corpus puro ulcere exercendum atq; alendū eſt: donec ad cicatricē perueniat. Quæ cū medici doceant quorundā ruſtico℞ experimento cognitum: quē ſtruma male habet eum: ſi anguem edit. liberari.

¶De furunculo & eius curatione.

Vrunculus uero ē tuberculū acutū cū īflatiōe & dolore: maxīeq; ubi iā ī pus
ſ uertit. Qui ubi adapertus ē: & exit ſup apparet ps carnis in pus uerſa pars cor rupta ſubalbida ſubrubra quē uētriculū q̄dā furūculi nōiant. In eo nullū picu lū eſt ēt ſi nulla curatio adhibeatur. Matureſcit. n. p ſe atq; erūpit. Sed dolor efficit: ut potior medicina ſit quæ maturius liberet. Propriū eius medicamentū galbanū ē. Sed alia quoq; ſupra cōphēſa ſunt. Si cætera deſunt. īponi debēt primū nō pīgue ēplaſtrū: ut id reprimat. deīde ſi nō repreſſit: quodlibet puri mouendo accōmodatum. Si ne id

quidē ē: vel reſina: vel fermētū. Expreſſo pure nulla vltra curatio neceſſaria eſt.

¶De phymate & eius curatione.

p Hyma vero noiat̃ tuberculū ſurunculo ſimile: ſed rotundius & planius: ſæpe ēt maius. Nā furūculus oui dimidij magnitudinē raro explet nūq̄ excedit. Phyma ēt latius patere cōſueuit. Sed inflāmatio dolorq; ſub eo minores ſunt. Vbi euulſum eſt pus: eodem modo apparet ventriculus. qđ in furunculo nō inuenit̃. Verū oīs corrupta caro in pus vertit̃. Id āt in pueris & ſæpius naſcitur & facilius tollitur. in iuuenibus rarius oritur & difficilius curatur. Vbi ætas indurauit: ne naſcit̃ quidē. Quibus vero medicamentis diſcuteretur: ſupra propoſitum eſt.

¶De phlygethlo & eius curatione.

p Hlygethlon āt eſt tumor nō altus latus ī quo qddā puſtulæ ſimimile eſt. Dolor diſtētioq; vehemēs ē & maior q̄ p magnitudine tumoris. interdū ēt febricula. idq; tarde matureſcit: neq; magnope ī pus cōuertit̃. Fit maxīe aut in uertice: aut ī alis: aut inguinibus: Panē ad ſimilitudinē figuræ noſtri vocāt. Atq; id ipſum quo medicamēto tolleret̃ ſupra demonſtraui. Sed cū oēs hi nihil niſi minuti abſceſſus ſint: generale nomē trahit latius vitiū ad ſuppurationē ſpectās. Idq; fere fit aut poſt febres: aut poſt dolores partis alicuius: maxīeq; eos: qui vētrē īfeſtarūt. Sæpiuſq; oculis expoſitū ē. Si quidē latius aliqd ītumeſcit ad ſimilitudinē eius. qđ phyma vocari ꝓpoſui: rubetq; cū calore: & paulo poſt ēt cū duritia magiſq; īnocēter īdoleſcit: & ſitim uigiliāq; exprimit. Interdū tñ nihil hoꝝ ī cute dep̄hēdi pōt: maxīeq; vbi altius pus mouetur. Sed cū ſiti vigiliaq; ſenciunt̃ ītus aliquæ pūctiōes. & qđ de ſubito durius nō ē: melius ē. & q̄uis nō rubet: coloris tñ aliter mutati ē. Quæ ſigna iā pure oriēte naſcūt̃. Tumor ruborq; multo ante īcipiūt. Sed ſi locus mollis ē: auertēdus is materiæ aditus eſt p cataplaſmata: q̄ ſimul & reprimūt & refrigerāt. q̄lia & alias & pauloante in eryſipelate ꝓpoſui. Si iā durior ē: ad ea veniēdū ē: quæ digerāt & reſoluāt. qualis ē ficus arida cōtuſa. aut fex mixta cū cærato: qđ ex adipe ſuilla coactū ſit. aut cucumeris radix: cui ex farina duæ ptes adiectæ ſint ante ex mulſo decoctæ. Licet ēt miſcere æquis portionibus āmoniacū galbanū: ꝓpoli: viſcū: pōduſq; adijcere myrræ dimidio minus: q̄ ī prioribus ſingulis erit. Atq; emplaſtra quoq; & malagmata idē efficiūt: q̄ ſupra explicui. Quod p hęc diſcuſſū nō ē: neceſſe eſt matureſcat. Idq; quo celerius fiat: īponēda eſt farina hordeacea. ex aqua cocta recte miſcet̃. Eadē āt hæc ī minoribus quoq; abſceſſibus quoꝝ noīa ꝓprietateſq; ſupra reddidi: recte fiūt. Eadēq; oīum curatio. Tantū modo diſtat. Crudū ē āt: ī quo magis quaſi venarū motus eſt & grauitas & ardor & diſtentio & dolor & rubor & durities. Et ſi maior abſceſſus ē: horror aut ēt febricula permanet. Penituſq; cōdita ſuppuratio. Si ꝓ his quæ alibi cutis oſtēdit: pūctiones ſunt: ubi iſta ſe remiſerūt: iāq; cutis prurit: & aut ſubliuidus aut ſubalbidus ē: matura ſuppuratio eſt eaq; ubi uel p ipſa medicamēta. uel ēt ferro aperta ē: pus debet emitti: Tū ſi qua in alis uel inguinibus ſunt: ſine linamēto nutriēda ſunt. In cæteris quoq; ptibus: ſi vna plaga exigua eſt: ſi mediocris ſuppuratio fuit: ſi nō alte penetrauit: ſi febris nō ē: ſi valet corpus: æque linamēta ſuperuacua ſūt. In reliqs parce tñ: nec niſi plaga ē: īpōi deberet Cōmode uero uel ſup linamēta: uel ſine his īponit̃ lēticula ex melle: aut malicoriū ex uino coctū: Quæ & per ſe: & mixta idonea ſunt. Si qua circa duriora ſunt: ad ea mollienda: uel malua contrita. uel fœni græci: liniue ſemen. ex paſſo coctū ſup dandum ē. Quicquid deinde impoſitum eſt: non aſtringi ſed modice deligari debet. Illo neminē decipi decet: vt in hoc genere cærato vtat̃. Cæteraq; ptinent ad purgandū vlcus: adim-

plendū ad cicattricē inducendā: conueniunt quæ in vulneribus expoſita ſunt.

¶De fiſtulis & earum generibus & curationibus.

VAM Difficile ſit ex gręca lingua in latinam libros conuerte re teſtantur illi qui circa hoc gręcos autores interpretandi ſtudium ſumma cum laude fuere uerſati. Inter quos omniũ iu dicio Theodorus Gaza primas obtinet partes. Hic uero in ſua ad Xiſtum Pont. in libros de animalibus pręfatione ad alias in terpretandi difficultates, hanc quoq; ſcribit accedere, q̃ exem plaria gręca ſi quando librariorũ culpa, uel aliquo alio caſu ha beantur mendoſa corrigere ſit neceſſarium. Alioquin uel ipſi interpreti uel autori cuius opus interpretandum ſuſcipitur paratur infamia. Solere autem homines po tius de interprete, q̃ de autore operis male iudicare, idẽ Theodorus ennũciat (qua ſi diuinaret fore ut et ipſe aliquãdo huius iudicii notam ſubiret. Nam et ſi eius trã ſlationes ſint aliis elegantiores, et fideliores, Ita tamen aliquando bonus dormitat Theodorus, ut non poſſit uel ipſe, uel Ariſtoteles quem nobis latinum fecit, culpam erroris effugere, qualis eſt ille libro ſeptimo de hiſtoria animalium manifeſtus, ubi Ariſtoteles eodem Theodoro Gaza interprete ſcribit hęc uerba. Canes tribus la borant uitiis Rabie, angina, podagra, facit rabies furorem, et quę momorderit om nia rabiunt excepto homine. Intereunt canes hoc morbo, et quę morſa ſunt excepto homine. Hęc Ariſtoteles, aut Ariſtotelem interpretans Theodorus. Sed quę eſt tam puerilis imperitia, quę neſciat ex morſu canis rabidi rabire hominẽ, ſicuti alia ãni malia, et miſerabiliter ex rabie obire? Hunc tamẽ permaximum Ariſtotelis (ſi ita ſcripſit) errorem conatur Albertus cognomento magnus leui admodum ratione ob umbrare, ſcribens in hũc modum. Libro ſuo itidem ſeptimo de hiſtoria animalium capite ſecundo de infirmitatibus, et profectibus quadrupedum animalium inſcrip to. Canina autem rabies mutatur in inſaniam dęmoniacam, et eſt ipſa infirmitas cũ ueneno quod in humore dentium transfunditur in uulnera eorum, qui mordentur a cane rabido furiunt, et moriuntur pręter hominem qui per medicinam poterit iu uari, multi tamẽ ex hominibus moriuntur. Iam. n. uidi hominem morſum a cane ra bido ĩ bracchio, et anno ſeptimo poſt incepit inflari locus cicatricis, et mortuus eſt ĩfra duos dies. In quibus uerbis neſcio utrum Albertus magis accuſet Ariſtotelem, an excuſet. Nam multos homines ex morſu canis Rabidi mori idẽ albertus fatetur quod in uerbis paulo antea ſcriptis uidetur omnino negare Ariſtoteles, in quibus neq; rabire homines morſoſ a cane rabido, neq; mori, ſicuti reliqua animalia, ſcribit et pręterea in his qui non rabiunt, aut non moriuntur hominibus talẽ affert Alber tus cauſam, quę et in aliis quoq; animalibus afferri poteſt. Nam et ipſa auxilio medi cinę iuuari poſſunt, quod neq; brutis deeſt, q̃uis arte medicinę careant cum ſint et ueterinarii, et qui mulomedici nuncupantur, et curatores alii qui quorundam bru torum ſaluti prouident, quando et Albertus ipſe non dedignatus eſt ad porcorum morbos remedia ſcribere. Quare ſi ea cauſa hominem excipit Ariſtoteles qui neq; rabiat, neq; ex rabie moriatur, quia per medicinam iuuari poſſit, ut ĩquit Albertus tunc et equos, et mulos, et canem quoq; debuit excipere, quos conſtat a rabie eadem ope qua homines, ſępe fuiſſe ſeruatos. Nam canis rabidus ita ſuum genus ſicut alie num dentibus impetit. Ego autem non puto aliter hunc locum Ariſtotelis poſſe pro uero defendi, niſi uerbum unum quod fuit librariorum culpa uitiatum prius ĩ gręco codice (ut etiam in aliis faciendum Theodorus pręcipit) caſtigetur, quod una tã tum, aut altera littera hic commutata facilime poſſumus facere. Nã ubi gręca ſcri ptura habet πλὴν ἀνθρώπου. i. excepto homine, ſi loco πλὴν quod uerbum ſignificat pręter πρὶν ſcripſeris q̃d ſignificat prius, tũc uerus ſẽſus Ariſtoteli erit reſtitutus, et una ſyllaba uel duabus ut diximus litteris in gręco codice permutatis totius lo ci translatio ita ſe recte habebit. Canes tribus laborant uitiis rabie, angina, poda gra. facit rabies furorem, et quę momorderint omnia rabiunt, prius homine. Inte reunt canes hoc morbo, et quę morſa ſunt, prius homine, quorum uerborum ſenſus

Albertuſ magnus

non caret ueritate,eſt enim talis,ꝙ omnia animalia morſa a cane rabido prius rabiunt,et conſequenter obeunt,q̃ homo.Tardiſſime autem ex cunctis animalibus rabire hominem,atq; ex rabie interire,et ipſe Albertus teſtatur exēplo illius qui morſus a cane rabido ſeptimo ab inde anno ex rabie interiit. Auicenna quoq; quorundam recitat opinionem,qui aiunt homines poſt duodecimum a morſu annum in rabiem aliquando incidere.Quamuis autem non ſint pręfinita animalibus morſis rabiendi tempora,quia et canis mordentis uirus,et animalis quod mordetur habitus multis modis poteſt uariari,puto tamen ſi omnia agantur paria uerum eſſe quod dicit Ariſto.idē quoq; expīētia cōprobāte,tardius rabire hominē a cane rabido morſū,q̃ cętera aīalia,qđ fieri pōt ꝓpter maiorē inter hominē,et brutum naturę diſſidētiā,ſicuti eiuſdē naturę conſenſus cauſa eſt ut canis citiſſime prę cūctis animalibus a cane rabido morſus in rabiem agatur,quod etiam uſu ſolet euenire in morbis non ſine ueneno contagioſis,nam craſſante peſtilentia homines ab hominibus,et affines ab affinibus citius contagium patiuntur.Nos quidem ita hunc locum Ariſtotelis interpretamur,atq; ab errore non paruo uendicamus.Si quis uero nouerit melius ſūmum philoſophum Ariſtotelem rerum naturę conſultiſſimum,neq; rationi, neq; experientię contraria hoc loco ſcribentem demonſtrare,ſalua etiam gręci codicis ſcriptura,et Theodori Gazę interpretatione,ſciat ſe non modo aliis ,qui et Ariſtoteli, et eius interpreti Theodoro plurimū afficiuntur , ſed mihi quoq; ſummopere placiturum.Neq;.n.hęc eo animo ſcripſimus,ut Theodorum de litteris,atq; uniuerſa philoſophia optime meritum ,tanq̃ malum interpretem damnaremus,ſed potius ut nos ipſos eiuſdem Theodori autoritate tueremur,ſi quando in noſtris tranſlationibus uerba gręca negligimus , et ueram autoris ſententiam malumus interpretari, ubi pręſertim paruo deflexu litterarum factum in gręco codice errorem poſſumus conīectari,quem parua litura ualeat emendare.Neq; tamen hoc temere,aut nimium licenter agimus ,sed ubi neſcimus aliter illum quem interpretamur autorem , aut a contradictione,aut a falſo manifeſto defendere,ſicuti ob hęc ipſa incommoda euitanda duo tantum in duobus artis medicinaliſ Galeni,quę uulgo ars parua nominatur, locis,uerba caſtigauimus,et aliter q̃ in multis aliis etiam antiquis codicibus ſcripta inueniantur,legēda cenſuimus .Primus locus eſt in tertio eiuſdem libri tractatu, ubi Galenus docens curare iam factam ęgritudinem , ſcribit hęc uerba ſecundum tranſlationem , quę in uſu habetur .Facta uero ęgritudo curabitur diſpoſitione a qua principaliter ſecundum naturam operatio lęditur ablata, quam et ipſam dicimus ęgritudinis cauſam . In his uerbis duę ſunt contradictiones manifeſtę. Prima eſt qua Galenus ſuo dogmati contradicit,ſi ita dicat diſpoſitionem lędentem principaliter operationes non eſſe ęgritudinem,ſed cauſam ęgritudinis.Secunda contradictio eſt,qua uerba ipſa ſibi ipſis repugnant .Nam ſi talis diſpoſitio de qua Galenus loquitur ſit cauſa ęgritudinis,qūo pōt lędere principaliter.i.immediate operationes?Sicuti enim proprium eſt ęgritudinis immediate lędere operationes , ita proprium eſt cauſę non principaliter,ſiue immediate , ſed per cauſam mediam eaſdem lędere operationes.Huius quidem loci difficultatem,tam Arabes,q̃ etiam latini Galeni expoſitores animaduertentes uariis expoſitionibus eam ſoluere tentauerunt . Hali primus arabicam exponens tranſlationem putat hunc locum eſſe defectum , et unum,aut duo uerba ſuppler,ut ita dicatur.facta uero ęgritudo curabitur diſpoſitione ablata, a qua oritur diſpoſitio , quę principaliter lędit operationes . Verum hic exponendi modus pręter id ꝙ eſt uiolentus,et quandam ſapit Barbariem,etiam hoc habet incommodi,ꝙ dum unum uulnus ſanat,aliud exulcerat.Videri enim facit ęgritudinem factam habere cauſam,quod tamē multis in locis Galenus negat.Quare hanc Hali expoſitionem,tanquam a Galeni placitis abhorrentem reſpuit .Pluſquam Commentator,et alteram affert tolerabiliorem,quia nihil ponit Galeno contrarium.Barbaram tamen ſicuti primam Hali , et tam gręcę, q̃ etiam latinę linguę repugnantem.Nam non cauſam caſu accuſatiuo , ſed cauſa caſu ablatiuo legendum putat,atq; ita uult uerbum relatiuum quam, non referre diſpoſitionem lędentem principaliter operationem, ſed ipſam operationem lęſam,cuius ęgritudo ſit cauſa,

Auicēna

Theodorū d uniuerſa philoſophia optīe meritū.

Cōtradictio i uerbis Galeni ſecundū trāſlationē uſitatam.

Hali

Pluſq̃ cōmētator.

Verum ſi hunc Galenus habuiſſet intellectum, non ita Balbutiſſet, ſed hoc, uel alio modo minime Barbaro locutus eſſet, exempli gratia ſic. Facta ęgritudo curabitur diſpoſitione ſoluta, a qua principaliter, quę ſecundum naturam operatio lędirur, quod ex ęgritudine fieri dicimus, tunc enim illud relatiuum quod potuiſſet referre uerbum infinitiuum ſcilicet lędi operationem, quod relatiuum quam non poteſt referre, ſicuti neq; etiam operationem lęſam cum hęc in ipſo uerborum contextu non ponatur, neq; etiam poſſit ſubaudiri. Sed et hic loquendi modus, ſi ita dicatur per ſubauditionem operationē lęſam eſſe cauſam ęgritudinis, dat nobis intelligi ęgritudinē eē cauſam finalē, et nō efficientē ęgritudinis, ut ſi qs dixerit ābulationē eē cām ſanitatis, non id ſignificatur ſanitatē facere ābulationē, ſed ſanitatē eſſe id, qđ q̄ritur p ābulationē. Verū hic mihi occurret aliqs philoſophaſter e numero illorum, qui bonas odere litteras, qui in ea hęreſi ſunt, non poſſe quenquam et recte loqui, et recte philoſophari, atq; ita inquiet. Hoc genus argumentandi ſumptum ex loquendi norma, non eſt philoſophorum, aut medicorum ſed grammatiſtarum proprium. Nos non iſtas curamus rhetorias, uel potius pedagogias, qui non eloquentiam, ſed ſapientiam quęrimus. Si hęc mihi obiecerint qui barbaram colunt, uel philoſophiam, uel medicinam, et uelim ad omnia reſpondere, cogar ſubire alteram multo priore longiorem diſputationem, de genere dicendi philoſophorum tactam quidem, et a ueteribus pridem, nouiſſime autem ętate noſtra inter Picum, atq; Hermolaum tanta eloquentia actam, ut appareat non poſſe illos qui ſe lingua fatentur barbaros, ſine ea cui ſemper fuere infenſiſſimi eloquentia defendi. Sed hac omiſſa quę non eſt, uel huius temporis, uel inſtituti, queſtione, remittam illos, ſiue medicos, ſiue philoſophos, ſiue utroſq;, qui mihi iſta obiectauerint, ad Ariſtotelem, atq; Galenum, et quoniam forte nondum ipſos legerunt, uel nunquam lecturi ſunt, cum pleriq; eorum iſtis poſt habitis Auerroim, atq; Auicennam deos ſibi alterum philoſophię, alterum medicinę fecerint, oſtendam locos ubi, tam Ariſtoteles, quam etiam Galenus ex recto uſu loquendi argumententur. Ariſtoteles quidem libro ſecundo moralium nicomachiorum Inter alias rationes quibus probat uirtutem non eſse affectum, unam etiam ponit quę innititur dicendi conſuetudini, ſcribens in hunc modum. Inſuper ſecundum affectus moueri dicimur, ſed ſecundum uirtutes, et uitia non moueri, ſed certo modo diſpoſiti eſſe. Galenus uero in expoſitione aphoriſmi illius qui in ſecunda particula per hęc uerba profertur, ſecundū antiquā tranſlationem. Vbicūq; cibus pręter naturam intrat, hic ęgritudinem facit. Tres tangit eiuſdem aphoriſmi expoſitiones, et tertiam non alia improbat ratione, niſi quia ex ea ſequitur Hippocratem uſum fuiſſe inſueto loquendi modo, ſicuti, et nos paulo antea expoſitionem Pluſquamcommentatoris infringebamus, quoniam ex illa ſequeretur Galenum uirum in ſua lingua eloquētiſſimum, fuiſſe infantiſſimum, uel quod abhominandum dictu barbariſmum. Sed age etiam conceſſo philoſophis, et medicis barbaris talem eſse ſenſum illorum uerborum, quę Galeno adſcribūtur. ſ. ęgritudinis cauſa, qualem putat Pluſq̄cōmentator, nō ne per illa etiam quoddā cōmittitur nugamentum. Nam qui dicit ęgritudinem eſse diſpoſitionem lędentē operationes, et poſtea ſubiungit ęgritudinis cauſa, ſiue ex ęgritudine, ut cauſa efficiente fieri lęſionem operationū, idem bis dicit per uerba diuerſa. Conciliator autem de hoc Gale. loco, et ipſe differentia. clxix. facit mentionem, et neq; alia uerba ſupplens, ſicuti Hali, neq; priora cōmutans, ſicuti Pluſq̄cōmentator, aliam affert uerborum Galeni expoſitionem, per quā ſe putat nihil dicere a Galeno diſſonum, cū tamen pluribus modis peccet in eadē expſitione quę talis eſt. Facta uero ęgritudo remouebitur diſpoſitione ſoluta. i. cauſa coniuncta quę principaliter lędit operationes, non ſimpliciter, ſed reſpectu cauſę antecedentis. Verum ex hac expoſitione multa contingunt abſurda, et quę omnino Gal. dogmatibus aduerſantur. Primum circa aliquam diſpoſitionem principaliter lędentem operationes, et tamen illam non eſse ęgritudinem, ſed ęgritudinis cauſam. Vnde pari modo cōcedi poſset aliquod animal eſse rationale, et mortale, et tamen non eſse hominem quom hoc totum. ſ. diſpoſitio lędens principaliter operationes ſit ęque diffinitio ęgritudinis apud medicos, ſicuti ani

Ariſtole.

Pluſq̄cō mētaris nugamētum.

mal rónale,et mortale hõis apđ pħos,neq; obſtat id qđ ait Côciliator cãm cõiűctã
pricipaliter lędere opationé nõ ſimpliciter,ſed reſpectu cauſę ãtecedétis,qa hoc ét
dici poſſet aliq̃do đ ãtecedéte cã reſpectu cãę primitiuę,ꝙ uidelicet et ipa pricipa
liter lęderet opatiões. Quare illđ uerius exiſtit ſcđm Gal.ſniam, ꝙ nulla diſpoſitio
pricipaliter lędit opatões ꝑter ęgritudiné.Cã ãt,uel ãtecedés,uel cõiűcta, ſi lędunt
opationé,nõ pricipaliter hoc agũt,ſed ꝓ ęgritudiné mediã.Scđm Gal.repugnãs , eẽ
aliquã ęgritudiné factã quę hẽat cãm,cũ tamé Gal.tractatu tertio artis puę,et plu-
ribus aliis locis oĩno neget ęgritudiné factã hẽre cãm,ſiue ãtecedété,ſiue cõiunctã.
Tertiũ ét a Gal.placitis alienũ,cãm dari cõiűctã ęgritudinis,i quo nõ ſolũ Côcilia-
tor,ſed ét Pluſq̃cõmétator,et omnes medici iuniores decipiuntur,putãtes,ita apud
Galenum,ſicuti apud alios medicos,qui alia dogmata colunt,cauſas coniűctas ęgri
tudinum aſſignari,cum tamen ipſe Gale.in libro cui titulum fecit de cauſis conten
tiuis.i.coniunctis,philoſophos ſtoicos ſcribat primos cauſam contẽtiuã nominaſſe,
Galenus et Atheneũ Ataleũ propter eam quam habuiſſet cum Poſsydonio philoſopho ſtoi-
co cõſuetudinem, primum coepiſſe de cauſis contentiuis,ſiue coniunctis in medici
na loqui.Aliis uero medicis, qui alia colunt dogmata, atq; his ꝑſertim, qui uolunt
diſpoſitionem lędentem operationem,et non operationem lęſam,eſſe ęgritudinem,
quod é ipſius etiam Galeni dogma,non conuenire dicere aliquas eſſe cauſas ęgritu
dinum cõtentiuas. Vnde Auicéna uiderit qui ſe Galeni fatetur interꝑtem, ne male
Auicéna in hoc Gal.interꝑtetur,qui ęgritudinem eodé modo,quo etiam Gal.diffinit,et nihi
lo minuſ cauſas ponit ęgritudinum contentiuas,ſiue cõiunctas. Quartũ abſurdum
quod ſequitur ad Conciliatoris expoſitionem,Gal. in arte parua non omnis ęgritu
dinis factę,ſed eius tantum cuius cauſa antecedens in coniunctam deſierit,curatio
nem docuiſſe,quod tamen repugnat eiuſdem libri inſtituto,in quo Galenus ſe poti
us uniuerſalia,q̃ particulariora docere profitetur.Hę ſunt (ut mihi uidetur) fortiſ
ſimę rationes quę mihi facile perſuadét hunc de quo diſputamus Gal.locum nódũ
fuiſſe recte a latinis expoſitum,neq; etiam conuenienter a Pluſq̃cõmentatore emen
datum.Et ſi.n.q̃ maxime cũ Pluſq̃cõmentatore cenſeã eũdé locũ in eodem uerbo li
brarii gręci culpa fuiſſe uitiatum, non tamen eodem etiam modo puto caſtigandũ,
ſed alio potius,ex quo nulla in Gal.ſermone barbaries,nulla nugatio, nulla in eius
dogmatibus repugnantia conſequitur,et ex quo etiam illud haberi poteſt, quod in
ſua primum ſcribit expoſitione Pluſq̃cõmentator locum de quo diſerimus tracta-
tu tertio artis paruę,cõmentatione.xxxiiii. exponens per hęc uerba. Deinde dixit
facta uero,etc.Sed facta diſcraſia,ſiue illa ſit quę eſt pars fientis, ſiue quę abſolute
facta dicitur,curabitur per ablationem diſpoſitionis principaliter.i.imediate lędẽ
tis operatiõem,quę nihil aliud eſt,q̃ ipſa ęgritudo.Nam ęgritudinis diffinitio, ſicu
ti Gal.dicit tertia particula de morbis,et accidentibus,eſt ꝙ ęgritudo eſt compoſi
tio,uel diſpoſitio pręter naturam principaliter lędens operationes.Ea.n.non prin-
cipaliter lędit operationes,ſed mediante ęgritudine.Hęc Pluſq̃cõmentator,qui idẽ
ſcribit quod etiam Gal.loco de quo diſerimus,ſi recte emendetur.Erit autem recta
emendatio,ſi pro uerbo cauſam,eſſentiam,ſiue ſubſtantiam poſueris, ut totum ita
ſcribatur.Facta uero ęgritudo iam curabitur diſpoſitione a qua principaliter,quę
ſecundum naturam operatio lęditur ſoluta,quam et ipſam eſſe eſſentiam ęgritudi-
nis dicimus.Hęc.n.uerba idem ſignificabunt quod prima pars expoſitionis Pluſq̃
cõmentatoris.Nam reliquum eius expoſitionis quod nos antea reꝑhendimus, occa
ſionem habet ex illo uerbo cauſa,pro quo nos eſſentiam ſcribimus . Si cui uero ui
detur eſſe nimis diſſona caſtigatio propter magnam duorum uerborum cauſę .ſ. et
eſſentię,non ſolum in ſcriptura,ſed etiam in prolatione diſſimilitudiné. Siquis inq̃
hanc mihi obiiciat diſſonantiã ſciat me non uerbum latinum cauſam, ſed gręcum
αἰτίαν,quod idem ſignificat apud gręcos,quod apud latinos cã, primo emendare a
quo ad ὀσίαν alterũ uerbũ gręcũ, quod eſſentiã ſignificat,é breuiſſimus trãſitus,
cum una fere ſyllaba diſtent.Hanc aũt duorũ gręcorũ nominũ uicinitaté fuiſſe cau
ſam erroris librarii.Indicio eſſe poſſunt quidam gręci codices i quibus loco uerbi
ὀσία,ſcribitur aliquando uitioſe αἰτία. Sed et illud aduerſus nos quiſpiam dicere

poſſit hanc noſtrã, ſiue in grȩco, ſiue in latino codice caſtigationẽ eſſe ſuꝑuacuam, cũ idem ſenſus elici queat ſtante ſcriptura quȩ habet cauſam,ſicuti ſi loco cauſȩ eſſentia ſcribatur,qa ſi per cauſam nõ cauſam efficientẽ,ſed formalẽ intelligamus, eadẽ erit Galeni uerborũ quȩ habẽtur in antiqua tranſlatione ſentẽtia. Nã cã formalis,et eſſentia,idem uidentur importare,Huic aũt obiectioni facilime reſpõdetur, non eſſe Galeni,neqꝫ aliorũ medicorũ cõſuetudinẽ per cauſam ſimpliciter, cauſam formalẽ intelligere,ſed efficientẽ tantũmodo,qđ probant duorũ librorũ Gal.inſcriptiones,alterius de cauſis morborũ,alterius de cauſis accidentiũ, in quorũ neutro cauſȩ formales,ſed efficientes ſolȩ explicantur,De ſolis ẽt cauſis efficiẽtibus,ac conſeruantibus medico eſſe ſermonẽ teſtatur Alexander in ſuo libro de febribus.Hoc ipſum confirmat Auicẽna primo libro ſui canonis,ita ſcribens.Dicemus ꝙ cauſa ĩ libris medicorũ ẽ id quod primo ẽ, et ex quo prouenit inuentio alicuius diſpoſitionis in corpore humano,aut eius fixionis.Cauſam aũt hoc modo acceptã ſolũ dici de cã efficiente,uel conſeruante,ẽt Iacobus in ſuis expoſitionibus annotauit.Quare ſi αἰτία in grȩco codice,cauſa aũt in latino retineatur,nullo modo poterimus difficultates antea tactas euitare.Venio ad alterũ artis paruȩ locũ, quẽ ẽt duximus ĩ grȩco codice emendandũ,licet et huic grȩci codicis errori annexus ſit ẽt alter quẽ puto fuiſſe errorẽ tranſlatoris,et nõ codicis.Hic tamen alter error,qui prior occurrit ẽ utriqꝫ tranſlationi cõmunis,et grȩcȩ.ſ.et arabicȩ.Nos,et ſi nõ ſit noſtrum hoc in loco propoſitũ loqui de erroribus tranſlationũ, qui culpa interprũ contigerunt, ſed potius de his qui uitio grȩcorũ codicũ accidere,in quibus fere omnibus idẽ error ſcripturȩ inuenitur, hoc tamen ẽt de altero diſeremus,quoniã ſecũdus ex primo magis clareſcere põt.Eſt aũt error hic in eodẽ tractatu tertio artis paruȩ,ubi Gal. docet curare phlegmonẽ in corpore plethorico.i.abundante humoribus, et ſecũdũ grȩcã tranſlationẽ,quȩ in uſu ẽ,ſcribit in hunc modũ. Si igitur fuerit totũ corpus plethoricũ nõ oportet ꝑ ipſam patientẽ partẽ euacuare.Si.n.caraxationibus,et inciſionibus ſenſibiliter euacuauerimus,dolentes partes,attrahemus pp dolorẽ ãplius. Si uero calefacientibus diaphoreſin aggreſſi fuerimus facere,trahemus pp calefactionẽ amplius in parteſ,ꝙ̃ diaphoreſin faciamus.Si uero uelimus recurrere,qđ ẽ influxũ,nõ recipiet plenũ exiſtẽs corpus.Et huc uſqꝫ quidẽ tranſlatio una cũ expõne Pluſꝙ̃cõmẽtatoris recte ſe habet.Sequens uero eget correctione, ubi ita ſcribitur. Ad utraqꝫ igitur hȩc oportet euacuare totũ,et deide trahere ecõtrario oio ad alias regiones id qđ influit patienti parti,hoc uero facientẽ repellere a parte prius,deinde diaphoreſin facere aggredi.Paratior.n.euacuatio ꝙ̃to ꝑ maiora.Hȩc uerba exponens Pluſꝙ̃cõmentator ita ſcribit. Cum declarauit ſtãte plethoria totius corporis nullã ſpẽm euacuationis,de ſupius aſſignatis cõuenire poſſe,nullã aũt aliã a ꝑdictis eẽ apoſtemati cõpetentẽ,oſtendit primo plethoriã totius adhuc impediẽtẽ eẽ remouendã,dans demũ ordinẽ ipſarũ euacuationũ adinuicẽ,et dicit.Ad utraqꝫ etc .i.igitur pp hȩc utraqꝫ indecẽtia euacuationis ꝑ eãdẽ partẽ,et impoſſibilitatẽ recurſiõis ab ipſa ad alias,pp corpis plethoriã oportet euacuare totũ corpus. Hoc aũt ꝓpriiſſime fit phlebotomia,nõ ſolũ qdẽ in phlegmone,ſed in quibuſcũqꝫ aliis generibus apoſtematũ,cũ plethoria totiꝰ.Augumẽtũ.n.omniũ humorũ ĩ uenis ſup ȩqlitatẽ ipſorũ nullo melius educitur,ꝙ̃ phlebotomia,ſiqdẽ nec uirtus, nec ȩtas obſtiterit patientis.Deide dat ordinẽ euõnum fiendarũ ad iuicẽ,poſt plethorȩ amotionẽ,et dicit.Deide etc.i.demũ amota plethoria oportet trahere illđ qđ ifluit patiẽti pticulȩ ad regiões oppõtas,iã qdẽ capaces recurrẽtis obſeruatã oppõne ꝑ unã diametrũ tantũ,qa cũ ſit oppõ ꝑ duas,attractio ẽ difficilis,aut ipoſſibilis nõ correſpõdẽtibꝰ meatibꝰ.Poſt hoc ãt ãte aggreſſionẽ diaphoriſis priꝰ oportet repellere qđ ifluxit pti,deinde aggredi diaphoriſi.i.euaporationẽ facere,et ďdit cãm huius,et dixit.Paratior .n.etc.i.qa ſicuti ꝑmiſſa euõne plethorȩ recurſiõ erit facilior, uacuis, atqꝫ latis exiſtẽtibꝰ uiis. Poſt recurſionẽ ãt facilior ẽ euapatio,pp.ſ.latitudies meatuũ mẽbri,et hoc itẽdebat, cũ dicit.ꝑatior.n.euõ ꝙ̃to ꝑ maiora,cõſtrictio.n.meatuũ a plethoriã, uniuerſali ipedit recurſũ,a ꝑticulari uero ipſiꝰ mẽbri ipedit euaporatiõẽ.Hȩc oĩa Pluſꝙ̃cõmẽtator,q errores ſeqns grȩcȩ,et arabicȩ traſlatiõis,ipe ẽt errare coactꝰ ẽ.

Alexander.

Auicẽna

Iacobus.

Error

Pluſꝙ̃cõmẽtator.

Quod uel ex eius probabimus expoſitione in qua fatetur nõ eſſe alium meliorem modum ſanãdi phlegmonem in corpore plethorico,pręter illum quem Gal. ſcribit hoc loco,ſcilicet per euacuationẽ totius corporis primum, deinde retractionẽ humoris fluentis,retractionem inq̃ ad loca oppoſita. Excipit autẽ Pluſq̃cõmentator corpora illa quibus,uel ob ętatem,uel uirtutis debilitatem,non conuenit phlebotomia.Vnde ſequitur ſecundum eius expoſitionem ꝙ phlegmon in his ſic fit morbus inſanabilis,ſiquidem non poteſt in corpore humoribus redundante ſanari, niſi per phlebotomiam quod remedium non poſsunt aliqui homines,uel propter ętatẽ, uel propter imbicellitatem corporis tolerare. Abſurdum autem dictu uidetur tumorem qui ex ſola humorum abundantia fit, eſſe in iſtis inſanabilem. Si uero Gale. recte intelligatur ſanabilis utiq; fiet.Recte autem intelligetur,ſi uerba eius quę in pluribus gręcis codicibus ſcripta inueniuntur fideliter transferantur.Erit autem fida translatio hoc modo. Ad utraq; igitur hęc oportet euacuare totum,uel omnino retrahere ad alias regiones id quod influit.Neq;.n.hęc duo iubet Gale.fieri,et unũ poſt alterũ,ſed alterum tantum,uel ſcilicet euacuatiõem totius per phlebotomiam, ubi et ętas.et uirtus conſentiant,uel ꝑ retractionem humoris fluentis a loco,ad quẽ fluit ad partes oppoſitas.Fit autem eadẽ retractio factis in eiſdem partibus oppoſitis ſcarificationibus,quas ętas tenella,aut uis debilis põt melius,q̃ totius eũonem tolerare. Nam ut ſcribit Gale.in expoſitione aphoriſmi ſupra allegati ſecũdę particulę aphoriſmorum,qui ita ſcribitur ſecundũ translationẽ uſitatam.Vbicũq; cibus pręter naturam ingreditur,hic ęgritudinem facit.Exquiſitiſſima euacuatio omniũ humorum fit per phlebotomiã,proxima autem iſti eſt ſcarificatio circa talos facta. Talem aũt modũ curãdi phlegmonẽ in corpore plethorico.ſ.uel per phlebotomiã, uel ſcarificationem factam in partibus oppoſitis.Docet ẽt Gale.libro.xiii.artis curatiuę,ubi ita ſcribit.Plethorico aũt exiſtente,uel malis humoribus pleno corpore curatio cum calefacientibus facit humorem fluere ad mẽbrum,nõ tamen alia poſſumus uti.Cogimur igitur aliquando euacuare ſanguinẽ,uel uenã incidentes, uel ſcarificantes mẽbra nihil patientia,manu quidem male ſe habente crura. Altero autẽ crure patiẽte reliquũ. Has.n.eũones fieri iubet humorũ multitudo,ſicuti humorũ malorũ uitium, quod cacochymia uocatur pręcipit purgationem. Ex his Gale. uerbis quibus ſimilia reſpondent in arte parua liquido apparet quõ hęc quoq; in arte parua ita ſunt ſub diſiunctiõe legenda,ſicuti illa.Forte aũt ad hęc Pluſq̃cõmẽtator obiecerit,uel aliquis ſumẽs ex uerbis Pluſq̃cõmẽtatoris quę ſcribit in ſua expõne occaſionem,ꝙ niſi fiat prius eũo totius corporis per phlebotomiã ſtante adhuc plethoria,non poterit fieri recurſus humoris fluentis,quia uię non ſunt capaces recurrentis,Reſpõſio aũt ad obiectionẽ facilima ẽ. Per quas.n.uias fluebat ad locum patientẽ ꝑ eaſdem ẽt poterit retrofluere,uel per alias iã factas patentiores ꝑꝑ ſanguinem attractũ atq; euacuatũ,per ſcarificationes in partibus,ut ẽt fuit antea dictum oppoſitis factas. Quibus ſi ſolum cucurbitulę apponerentur ſine ſcarificatione ſolę adhuc ſufficerent humorem fluentem ad locum patiẽtem in cõtraria retrahere. Sicuti.n.fluebat corpore adhuc plethorico exiſtẽte,ita adhuc eadẽ manente plethoria poteſt per eoſdem meatus refluere, ubi ſolum medicus uelit humorem a loco nobiliori patiente ad ignobiliorem auertere,humorem dico qui iam fluit, non qui iam fluxit ad locum patientem. Hic enim(uti inquit Galenus) non poteſt retrocedere propter corporis plenitudinem, et hęc omnia probant non eſſe neceſſarium pro curatione phlegmonis hęc duo facere,ſcilicet et euacuationem totius corporis, et retractionem humoris fluentis ad oppoſita, cum alterum tantum ſufficiat, uel euacuatio totius per quam uenę exinanitę ui ſola uacui ſine alio diuerſionis auxilio poſſunt humorem fluentem reuocare, uel ſi iſta euacuatio totius omittatur, aut propter ętatem,aut propter ęgrotantis imbecillitatem ſola retractio humoris fluentis,retractio inquam ad oppoſita loca, pręſertim ſi fiat cum euacuatione locorum oppoſitorum, ut dixi ex autoritate Galeni libro.xiii.artis curatiuę per ſcarificationes prouidere poſſit ad illa utraq;,quę Galenus ueretur ſi ad loci patientis ueniamus curationem,ante totius corporis euacuationem, uel humoris fluentis in

Galenus.

contraria retractionem. Hanc autem eſſe Galeni ſententiam etiam in hoc loco tractatus tertii artis paruę teſtantur gręci codices omnes quos ego uiderim, in quibus uerba illa. Ad utraq; igitur hęc oportet euacuare totum, et deinde e contrario trahere omnino ad alias regiones, non copulatim, ut in hac translatione, quã exponit Plusq̃ commentator, et in altera arabica, quã exponit Hali, ſed potius ſub diſiunctione leguntur, hoc modo ſcilicet. Ad utraq; igitur hęc oportet euacuare totum, uel omnino retrahere ad alias regiones id, quod influit patienti parti. Licet autem ſuperius dixerim errare hoc in loco, et arabicam, et gręcam translationem a qua traxerit Plusq̃ commentator ſuę expoſitionis errorem, Inueni tamen etiam in quibuſdam latinis codicibus gręcam habentibus translationem hęc eadem uerba non cum copula et, ſed potius cum dictione diſiunctiua aut, ſicuti in gręcis exemplaribus ſcribi, et Nicolus ſermone ſeptimo, tractatu quinto, capite. xii. ď debita adminiſtratione recurſus, et extractus, allegat Galenum hoc eodem loco ſub diſiunctione loquentem. Sed quod nos uolumus eſse non paruę dubitationis ſolutionem, ipſe Nicolus facit maioris ambiguitatis occaſionem, ſic enim ſcribit capite allegato. Bene Galenus dixit in Techni euacuandum eſſe totum corpus in primis, aut e conuerſo trahere omnino ad alias regiones quod influxit particulę, ut recipere poſſit repulſam materiam recurrentem, et ut poſſit non amplius influere particulę q̃ ſit illud quod extrahatur ex ea. Hoc idem Serapio primo breuiarii, et Auicenna primi quartę, et omnes uoluerunt autores. Quãuis Gale. locutus fuerit per hanc dictionem diſiunctiuam aut, non tamen uoluit ꝙ ſtante repletione multa corporis poſſit aliquando fieri diuerſio ante euacuationem, quoniam communis ordo eſt ut incipiatur ab euacuatione, et poſtea fiat diuerſio, Et iſta dictio aut, in dicto uerbo non tenetur diſtinctiue, ſed ordinem in curatione oſtendit, ſcilicet, ꝙ prius euacuari debet totum corpus, aut pro deinde fieri diuerſio. Dicunt tamen ꝙ iſta dictio aut, poteſt aliquando teneri diſiunctiue, ut cum fuerit plenitudo ſolum in membro mandante, in quo caſu poſſet medicus inchoare a diuerſione, q̃uis melius, et rectius ſit ſemper inchoare ab euacuatione, et pręcipue per oppoſitam partem, ſi pars illa oppoſita communicationem habuerit cum apoſtemoſa particula, quemadmodũ natura quam medicus ſequi debet, ut dicit Auerrois eodem ſeptimo, quando creticat apoſtema hepatis per fluxum ſanguinis narrium e narre dextra, quoniam iſta eũo cõtinet eũonem, et cõmutationẽ. Pręmiſſis aũt, et euacuatione, et diuerſione, deueniendum eſt ad euacuationem partis apoſtemoſę. Hęc omnia Nicolus qui neſcio ob quam cauſam primam quorundam approbet non minus Barbaram, q̃ uiolentam expoſitionem. Nam dictionem diſiunctiuam fieri aliquãdo copulatiuam in tali oratione, faciendum hoc, aut illud, poſſit barbaris autoribus, qui uerborum proprias ſignificationes nihili faciunt conuenire. Illis autem qui non minus loquendi ſcientia, q̃ rerum peritia excelluere, e quorũ numero Gal. fuit, nullatenus cõgruit. Verũ et hęc expoſitio nõ tã recte loquẽdi, q̃ ẽt recte opãdi normę plurimũ aduerſatur, cũ fruſtra fiat per plura quod poteſt fieri per pauciora. Nam ſi euacuatio totius conuenienter facta (fit autem conuenienter, ut etiam Nicolus recte annotauit, ſi fiat per oppoſitam partem) non ſolum euacuat humores ſuperabundantes, ſed etiam retrahit ad loca euacuata humorem fluentem ad locum patientem, quid opus eſt alia retractione, ſeu diuerſione, ſi quidem una operatione ſcilicet euacuando totum, utrumq; facimus? Quod ſi quęratur cur ergo Galenus utrumq; fieri iubet, licet ſub diſiunctione. Sufficiebat. n. ſola totius euacuatio, cum hęc etiã (ut obiicitur) retrahat ui uacui, ſicuti antea dictum eſt. Reſponſio in promptu eſt, et iam in pręcedentibus tacta, Non poſſe medicum in omnibus hoibus totius corporis facere eũonẽ. q̃ cõueniẽter, et maxie fit p uenę ſectionẽ, et hoc pp ętatẽ, uel ſenilẽ, uel puerilẽ, uel aliã corporis imbecillitatẽ. Quare recte ſub diſiunctione Galenus pcepit, uel totum euacuari, uel ſi hoc fieri non poſſit ſaltem humorem fluentem ad oppoſitum locum retrahere, faciendo ſimul per eundem locum oppoſitum euacuationem, quę non eſt euacuatio totius, ſi non fiat per uenę a toto trahentis inciſionem, ſed ſolam loci contrarii ſcarificationem. Galenus ergo tali uſus eſt loquendi modo, quali

Nicolus

uteretur quiſpiam ad alterum cuius ſaluti conſuleret,quę ex mora in aliquo loco periclitaretur,uel tibi fugiendum eſt,uel diſcedendum.Forte.enim ille cuius ſaluti cōſulit poſſet quidem diſcedere,non tamen fugere propter pedum imbecillitatem,uel eq caretiā.Sicuti.n.ois q fugit a loco diſcedit ét,nō tamé qcūq; diſcedit etiam fugit, ita qcūq; euacuat totū corpuſ,ét retrahit hūoré fluété,nō tamé qcūq; retrahit hūoré fluentem, etiam totum corpus euacuat.Quia uero Nicolus Auicennam,Serapioné, et Auerroim allegat,quaſi contraria Galeno ſentientes,qui ſub diſiunctione iubeat uel euacuationem,uel retractionem humoris fieri. Non puto hoſce autores(quantū uis Barbare loquantur)ut uix eorum ſentétia percipiatur ,eſſe in hac flegmonis curatione a Galeno diſſentientes,ſi modo in uocabulorum ſignificatibus coueniamus. Nam ſi per humorem,ſiue materiam recurrentem intelligamus illam,quę adhuc influit,et nondum in loco eſt patiente recepta,neq; Auicenna negauerit eam primum debere retrahi ad partem oppoſitam,non facta prius altera totius corporis euacuatione,ut qui quarta primi quam allegat Nicolus , ſcribat hęc uerba.Quandoq; etiā confert loci,et ſocietatis ſimul ſollicitudinem habere,et hoc quidem eſt in eo quod facere debemus,quō materia tota in membro fuerit euacuata,et in eo quod facere debemus,quom materia adhuc euacuatur.Quoniā cum ſcitum fuerit,ꝙ materia ſit adhuc in deſcenſu,a ſuo loco materiam extrahemus,poſtꝗ quatuor conditionum curam habuerimus.Vna eſt partis diuerſitas, quemadmodum a dextra ad ſiniſtrā trahimus,et a ſuperioribus ad inferiora,Et ſecunda eſt ut ſocietatis etiam curam habeamus,ſicuti menſtrua uentoſis retinemus,quas etiam māmillis ſuperponimus ſocio attrahentes.Et tertia eſt rectitudinum curam habere,quemadmodum in ęgritudinibuſ ſcilicet hepatis i dextra minutoēm facimus de Baſilica,et in ęgritudinibus ſplenis de baſilica ſiniſtra,Et quarta eſt cum ſollicitudine elongationis, ne quod extrahitur,ualde ſit propinquum . Hęc omnia de retractione humorum fluentium ad alium locum nihil a Galeno diſſonant,immo ſunt ex uariis eius locis accepta,pręſertim expoſitionibus duorum aphoriſmorū quitę particulę,Altero qui ita ſcribitur. Poſteriora capitis dolentia recta uena in fronte inciſa iuuat ,Altero uero ita.Mulieri menſtrua ſi uis retinere ſiciam maiorem ad māmillas pone . Quamuis iſta retractio quę ſit per ſiciam.i.cucurbitam maiorem ad māmillas appoſitam nō faciat ad propoſitum noſtrum,ſed magis altera facta per uenam in fronte inciſam, hęc.n. fit cum euacuatione,ut etiam Galenus in eiuſdem aphoriſmi expoſitione ānotauit. Duplex ſi quidem eſt retractio ad contrarium,quam gręci antiſpaſim uocant .Vna quę fit cum euacuatione de qua loquitur Hippocrateſ in aphoriſmo dicto.Poſteriora capitis dolentia,et Galenus in pluribus locis libro.xiii.artis curatiuę, ubi pręſertim agit de cura flegmonis hepatis , et Auicēna in uerbis paulo antea adductis quibus iubet in ęgritudinibus hepatis in dextra minutionem facere ex baſilica . Altera eſt retractio ad contrarium ſine euacuatione , de qua Galenus ét libr.eodem.xiii. et capite eodem ita ſcribit . Sic uero nexus manuum,ac pedum excogitati ſunt thorace,uel uentre,uel collo,uel capite patientibus.Et forte Pluſꝗ commentator,et Nicolus qui uolunt Galenum iubere primum fieri totius corporis euacuationem,ſi corpus ſit plethoricum,deinde ad contraria retractionem,de tali retractione intelligūt.ſ.quę fit abſq; euacuatōe.Sed ut ātea obiecimus hęc poſt totiuſ corpis eūoné é ſupuacua,qa totius corpis eūo,quę maxie fit p uenę ſectōné,nō fit ſine retractōe,cū ꝑtes exinanitę ui uacui attrahāt humoré q prius ad locū fluebat patientem . Nā ut inquit Galenus etiam in libro,et capite libri antea allegatis , nemo eſt qui uolens euacuare,ad locum patientem trahat,ſi etiam de tali retractiōe,quę fit ſine euacuatione Galenus intelligat,Curatio flegmonis in corpore debili,uel propter ętaté,uel propter aliam cauſam erit prętermiſſa,ſi qdé tale corpus neq; poteſt ferre flobotomiam,neq; ſola ſanari retractione tali,quę fit ſine ulla euacuatione.Caueat aūt ipſe Auicenna quem allegat Nicolus quarta primi,tāꝗ rtecius de curatione flegmonis Galeno ſcribente , ſi Galenus ſub diſiunctione dixerit,faciendam eſſe , uel totius corporis euacuationem,uel humoris fluentis ad contrarium,retractionem . Caueat inꝗ Auicenna,uel alii quos allegat Nicolus,ne hanc omittentes diſiunctionem mi-

Auicēna

Galenus.

nus ſufficienter loquantur, debilium corporum in ſuo ſermone tacentes curationẽ. Nam (ut de aliis ſileam) eorum princeps Auicẽna quarta primi, capite de medica tionibus apoſtematum,docens curare apoſtemata quę ſunt cũ repletione totius cor poris,ſcribit hęc uerba.Et ſi non ſunt loca uicina euacuãtia, nullo modo aliquid ex reſoluentibus eſt applicandum in principio,imo membrum expellens eſt melioran dum,ſi ibi fuerit membrum expellens, aut totum corpus melioretur, ſi non fuerit ibi mẽbrum ſingulare quatenus ad ea perueniat quicquid refrenat,et ad diuerſum trahit,et ſtipticũ efficit.In his uerbis Auicẽna (q̃uis barbare ſcriptis et obſcure) nihil aliud uidetur uoluiſſe docere,niſi quod etiam Gal.loco de quo diſerimus trac tatu tertio artis paruę quod .ſ. anteq̃ ueniamus ad reſolutionem faciendam ex loco patiente corpore exiſtente plethorico,debemus prius totum corpus meliorare,hoc eſt euacuare,ut ad loca euacuata materia ex loco patiente repulſa per ſtiptica, et re frenantia poſſit retrocedere.Et hęc quidem omnia Auicẽna recte, et Galeno conſo na,ſed omiſit quid eſſet faciẽdum ubi corpus,uel ob ętatem, uel imbecillitatem nõ eſſet capax talis meliorationis,ideſt totius corporis euacuatiõis.Quod ne uideatur etiam Galenus omittens eandem ſubire inſufficientię notam, tandem concludimus uerba Galeni in hoc loco artis paruę, eſſe (ut in gręcis exemplaribus) ita etiam in gręca translatione,ſub diſiunctione legenda.Sed uenio ad alterum errorem de quo pręcipue tractare intendebamus,qui non uitio translationis,ſed potius mendo gręcorum exemplarium,in quibus unum uerbum pro altero ſcribitur, habuit occaſionem, Qui etiam error fuit in cauſa,ut eadem uerba uarię a diuerſis expoſitoribus exponerentur.Sunt autem hęc quę ſtatim ſeqũtur illa, de quibus tam lõgam habuimus contra eos,qui ex diſiunctiua faciunt copulatiuam,contentionem. Nam cũ Galenus dixiſſet in corpore plethorico patiente phlegmonem, primum eſſe totum corpus euacuandum,aut humorem fluentem ad contraria retrahendum, quid ſit agendum poſt hoc ſtatim ſubiungit,ita ſcribens,ut habet gręca translatio. Hoc uero faciẽtem oportet repellere a parte prius,deinde diaphoreſin facere aggredi.Paratior enim euacuatio quanto per maiora. Quę uerba Pluſq̃cõmentator in hunc modum exponit.Poſt hoc autem ante aggreſſionẽ diaphoreſis prius oportet repellere quod influxit parti,deinde diaphoreſin aggredi.i.euaporationem facere,et dedit cauſam huius.Paratior.n.etc.i.quia ſicuti p̃miſſa euacuatiõe plethorię,facilior eſt recurſio uacuis, atq; latis exiſtẽtibus meatibus, ita poſt recurſionẽ facilior ẽ euaporatio,pp ſcilicet latitudinem meatuum membri,et hoc intẽdebat,cum dixit.Paratior.n.eua cuatio quanto per maiora. Conſtrictio .n. meatuum a plethoria uniuerſali impedit recurſum,a particulari uero ipſius membri impedit euaporationem.Ex his uerbis Pluſq̃cõmentatoris illa pręcipue notanda exiſtimo cũ dicit.Et dedit cauſam huius, ſupple tu,quod ſtatim antea Galenus p̃cepit oportere.ſ.prius fieri repulſionem a loco patiẽte,deinde diaphoreſin.i.euaporationem.Sed quomodo huius ordinis duarũ operationum a medico faciẽdarum alterius poſt alteram, uera aſſignabitur a Gale. cauſa per uerba illa.Paratior.n.euacuatio quanto per maiora. Per maiora, latiores meatus intelligendo,ut exponit Pluſq̃cõmentator,licet ſit expoſitio ſatis extorta,et parum Gal.conueniens,qui per uerbum maiora nihil aliud addendo nũq̃ ſolet meatus latiores ſignificare.Quõ inq̃ uera aſſignabitur cauſa, ſi ſupponamus etiam Galenum hoc loco a ſua ſcribendi elegantia deuiaſſe. Hoc.n.et rationi, et experientię repugnat,meatus.ſ.fore latiores poſt repulſionem quę ſit cũ ſtipticis, et infrigidantibus,ut parum poſtea Galenus dicit.Stiptica.n.et infrigidãtia meatus aſtringere, et non laxare,nemo artis medicinalis profeſſor ignorrat.Cauſa ergo quam Gal.ſub iungit,cur debeat repulſio anteire euaporationem,potius infert ordinẽ cõuerſum, debere.ſ.euaporationem antecedere repulſionem, ſi tunc ſit euaporatio facienda a membro patiente,quando meatus ſunt latiores,et nondum a ſtipticis,et infrigidantibus medicamentis obſerati. Nicolus autem ſermone ſexto, capite antea allegato, duas affert huius loci expoſitiones, alteram Hali quę parum differt ab expoſitione Pluſq̃cõmentatoris.Sic.n.idẽ Nicolus ſcribit. Hali tamen in cõmento huius paſſus dixit Galenum uoluiſſe aſſignare cauſam propter quam euacuatio totius,et deriua

Auicẽna

Pluſq̃cõmẽtator.

rio per partem oppoſitam debet prçcedere euacuationem partis,quoniam quando facta eſt euacuatio totius,et deriuatio,tunc uiç ſunt latiores, propter quam cauſam materia quç influit,et quç locata remanſit facilius recurrit. Facilius.n.per partem extrahitur.Hçc Hali expoſitio modo quo a Nicolo recitatur magnam haberet ꝓba bilitatem,neq; alia ratione,ſed ex ſola elocutiõe a Galeno diſſona poſſet improbari, ſi Gal.poſt illa uerba. Oportet euacuare totũ,et deinde econtrario trahere ad alias regiones id quod influit patienti particulç ſtatim rationem ſubieciſſet,per illa uer ba.Paratior.n.euacuatio quanto per maiora.Sed cum illa uerba interponat.Hoc ue ro facientem repellere a parte prius,deinde diaphoreſin facere aggredi,per uerba ſequẽtia quç ſunt.Paratior.n.uia q̃to p maiora,non prioris ordinis,ſed poſterioris, magis attulit rationem.ſ.cur repulſio a loco patiente debeat antecedere eiuſdem lo ci euaporationem.Cum etiam euacuatio partis nõ poſſit fieri ſine repulſione,repul ſio autẽ non ſine ſtipticis, et infrigidantibus,licet meatus per quos materia influit ſint facti ex euacuatiõe,uel deriuatione ꝓcedentibus,latiores. Ipſa tamen membri patientis foramina non ſunt ex neceſſitate ampliata,et per repulſionem anteceden tem ad euaporationem magis,ut diximus, aſtringũtur. Quantum igitur attinet ad euacuationem ex patiente loco faciendam,nullo modo Gal.dicere potuit eiuſdem lo ci patientis meatus poſt euacuationem,aut deriuationem, eſſe latiores, cum prima inſtrumẽta eius quç fit a parte patiente euacuationis,ſint ſtiptica, et infrigidantia quç materiam a loco patiente repcutiunt,et conſtringendo,non autẽ dilatando mea tus materiam exprimunt in loco patiente contentam, atq; ita ab eodem euacuant. Altera eorũdem uerborum expoſitio a Nicolo recitata eſt hçc. Poſtea factis euacua tione,et diuerſione,expellere oportet,prius a parte materiã influentem, deinde dia phoreſin aggredi facere.Et ratio ẽ dicit Gal.quia ipſa.ſ.euacuatio.Paratior ẽ quãto fit per maiora,ſiue latiora uaſa,et ſic innuit, ꝙ euacuatio p recurſum fit p latiora ua ſa, quç uero p extractũ fit p ſtrictiora. Et.n.extractus qui fit p poros cutis diapho reſin faciẽdo, fit p uias ſtrictas, recurſus uero fit p uenas quç ſunt uiç latç reſpec- tu pororum cutis. Et ſi diceretur faciam extractum per caraxatiõem, uel inciſionẽ quibus faciam uiam latam,dicendum eſt ꝙ a tali modo non eſt incipiendum pp do lorem quem caraxationes inferunt.Hçc Nicolus,uel alter cuius Nicolus recitat ex poſitionem.Quç expoſitio ſibi ipſi optime obiicit,ſed male ſoluit,quia factis eua- cuatione,et diuerſione prius (ut ſuppõit eadem expoſitio) poſſumus audacter locũ patientem,ſi ita neceſſitas urgeat,ſcarificare nihil uerentes ne dolor attrahat mate riam iam euacuatam,et etiam poſſumus ob hoc membrum patiens defendere poſi tis,ut poſtmodum Gal.ꝓcipit,ſuper loca ſuperiacentia remediis repercutientibus. Neq; puto per hçc uerba a Gal.inui ꝙ recurſus,ſiue repulſio fiat per meatus latio res,extractus uero qui fit euaporationem faciendo per ſtrictiores, imo ab eiſdem partibus membri patientis primum repellitur,deinde euaporatur, ut indicat uer ba Galeni poſt modum in hanc ſentẽtiam ſcripta. ꝙ ſi cõtingat totam materiam in membro patiente locatam per repulſionem primo factam retrocedere, tunc nulla amplius neceſſaria eſt euaporatio,uel ſcarificatio loci patientis, ſed ſi propter hu- moris craſſitudinem et glutinoſitatem,aut quia etiam ſi non ſit talis natura humo rum,ſit tamen ſpatiis mẽbri interceptis infuſus,contingat totum non retrocedere, ſed aliquam eius portionem in membro patiente reſidere,tandem deueniẽdum eſt ad loci patientis integram euacuationem per ſcarificationem, et medicamenta quç uim habent reſoluendi.Hç ſunt rationes q̃bus,ut ego arbitror, utraq; expoſitio poſ ſit refelli,quarum error habuit originem ex malis tranſlationibus, ſicuti his men dum grçcorum codicum, in quibus pro uerbo μείονα quod ſignificat minora uer- bum μείζονα quod ſignificat maiora ſcribitur,dedit errandi occaſionem.Quare ſi id uerbum in grçco codice emẽdetur,quod facilime una dempta littera facere poſ ſumus,tunc uera ratio aſſignabitur ob quam oporteat primum a mẽbro repellere, deinde facere euaporationem,ita legendo. Paratior.n.euacuatio quãto per minora. Iccirco.n.inquit Gal.prius debemus materiam a loco patiente repellere, quia quã to minor portio eiuſdem materiç poſt repulſionem relinquetur, tanto promptius

per reſolutionem euacuabitur,et hanc ipſam rationem, non tamē tāq̄ Galeni rationem,ſed tāq̄ ſuam affert Pluſq̄cōmentator circa finem ſuę cōmētationis,uolens cauſam reddere ob quam reſolutio debeat ſubſequi omnes alias euacuatiōes.Sic.n.ſcribit.Vltimo autem reſolutio per euaporationem decenter efficitur, propter nō totū recurrere poſſe,et propter paucum eſſe quod reſtat reſolui.Reſolutio.n.quia difficilis eſt,non eſt per eam elaborandum circa id quod multum.Non ne hoc ipſum dicunt Galeni uerba recte interprętata? Paratior.n.euacuatio.ſ.quę fit per euaporationem,quanto per minora.i.per minores agitur partes.Sunt autē minores,ſeu pauciores partes reſoluendę per euaporationem poſt repercuſſionem quę ſufficiēs eſt aliquando totam materiam a loco patiente euacuare, nedum ipſam ad minorē quātitatem redigere.Nulla.n.ex euacuationibus p̄cedentibus, ſiue ſit euacuatio totius facta per phlebotomiā,ſiue proxima huic facta per partium cōtrariarum ſcarificationem,ita euacuat materiam in loco patiente cōgeſtam,quam iuniores medici cauſam coniunctam uocant,ſicuti repercuſſio quę fit cum ſtipticis, et infrigidātibus. Hęc.n.(ut poſtea Gal.dicit) non ſolum materiam exprimunt a loco patiente,ſed inſuper uaſis eiuſdem loci robur adiiciunt, quo adiuuante a ſe materiam grauantem tranſmittunt,loca etiam alia corporis euacuata, nihil ad ſe ex loco patiēte trahunt, niſi quod ab eo repellitur,ut uerba illa Gal. manifeſtant,quę ita deinde ſcribūtur. Sed et euacuata ad ſe ipſa quod repellitur trahūt. Ex quibus Gal.uerbis quiſpiam poſſet arguere,ſolam repulſionem ante euaporationem,materiam in loco patiente contētam euacuare,uel totam,uel magnam eius partem.Ita ut minimum relinquatur quod ſit poſtea per reſolutionem euacuandum,et tanto facilior euacuatio ſubſequatur, quanto minus de materia in loco patiente ex antecedente repulſione relinquitur.Recte ergo Gal.p̄cipit prius eſſe repellendum a loco patiēte, deinde euaporandum,et rationem ſubiicit, quia tanto eſt euacuatio paratior per reſolutionē, quanto per minores agitur partes poſt repulſionē remanentes. Hęc ſunt duo artis paruę loca in quibus transferēdis parum a gręca ſcriptura diſceſſimus, de quibus p̄cipue libuit in hac p̄fatione facere mentionem,ne quis nos forte dānaret,ꝙ gręci codicis fidem temere eſſemus aſp̄nati,cū ſint potius alii,uel arabes,uel latini interpretes repręhendendi qui eiuſdem gręci codicis mendam non animaduerterunt. In aliis uero locis,in quibus eadem uerba ſeruantes quę in gręcis codicibus ſcripta inuenimus,non tamen eandem ſententiam exp̄ſſimus,quam alii interp̄tes in ſuis tranſlationibus retulerunt,non eſt noſtrum nunc inſtitutū huius afferre diſcordię rationem.Illud tantum in p̄ſentiarum dixerimus, nos ſi in omnibus priores interp̄tes ſequendos cenſuiſſemus, aut parua quędam, et leuia tantum mutare libuiſſet non potuiſſe effugere quin de nobis homines duorum alterum, aut rem actam uoluiſſe agere,aut Apellis opus de integro pingere,ut una pauciores intus crepidarū anſas ſuppleremus,eſſent iudicaturi.In magna uero noſtrę trāslationis, et aliarum differentia, ubi clarius, atq; fidelius Galeni ſenſus apiantur,lector eruditus etiam nobis tacentibus pronunciabit,ſed et ne quis forte miretur de huius noſtrę p̄fationis prolixitate quę librum,in quem ſcribitur fere magnitudine, ęquauerit.Illud i calce eius adiungimus, nos hęc non in paruam artem tantum modo ſed et in alios quoſcūq; Galeni libroſ imprimēdos formulis ſumus publicaturi,cōmuniter eē pręfatos,in quibus eaſdem,et gręcos codices caſtigandi neceſſitatis,et noſtrarum trāſlationum ab aliis diuerſitatis,rationes intelligi uolumus, et idem de ea diuerſitate iudicium faciendum lectori erudito relinquimus.

Nicolai Leoniceni in artem medicinalem Galeni clariſſimi medici pręfatio ad Illuſtriſſimum Principem Alphonſum Eſtenſem Ferrarię Ducem.

T Si nemo ſit tam feri,tāq; imprudentis animi qui pacem bello p̄ferendā
e non iudicet, quoniam uel ob hoc ipſum aliquando Bellū expetitur,ut parta uictoria in pace q̄eſcamus. Illud tamen plerūq; uenit in controuerſiam, qui pricipes ſint maiori laude digni,an qui pacis artibus, an qui armorum gloria claruerunt.Hinc illa in Romanorum regum collatiōne diſſenſio,aliis Nūmam Pompilium regem pacis amantiſſimum,aliis Tullum Hoſtilium qui primus reſides mo

uit in arma uiros,anteponentibus.Quę etiam comparatio fieri poteſt inter te Alphonſe dux excellentiſſime,ac foelicis recordationis Herculem Eſtenſem genitorē tuum.Quátum.n.hic omnes ſuę ętatis principes bellica uirtute ſuperauit,tantum tu pacis ſtudiis,quam omni opera ſeruandam ducis,atq; colédam,antecellis. Quod quidem tui diuini animi inſtitutum,ideo eſt laudabilius,quoniá honeſto pacis ocio nó ad laſciuias,ac corporeas uoluptates abuteris,ſed ad regnum tuum uniuerſum, ac pcipue urbem inclytam Ferrariam ſanctiſſimis legibus gubernandam, atq; optimarum artium ſtudiis exornádam aſſiduus fueris,eiuſdem pacis amore, atq; illius, ad quam natus uideris,humanitatis, atq; concordię,tu nónullis qui in tuam uitam conſpirauerant peperciſti,et tanti facinoris atrocitatem nullo ſatis luendam ſupplicio impunitam reliquiſti,non quod rei maieſtatis pati meruiſſent animaduertens. Sed quid te principem clementiſſimum,atq; Hercule ſatum genitore deceret inſpiciens.Quod igitur ſcelus in alios excogitatum tu princeps iuſtiſſimus ſeuere uindicaſſes pene in te quem ſola diuina prouidentia ſeruauit, admiſſum, pientiſſimus ſontibus condonaſti.In quo facto etiam patris ingentes cumulaſti laudes,qui ſimili clementia omnibus illis cenſuit ignoſcendum, qui ſibi in regno paterno aſſerendo fuerant aduerſati, et regno iam parto multorum nomina qui conſcii proditionis dicebantur,quam nepos ferraria profugus moliebatur,ad ſe delata,ne legere quidem uoluit.ſed flāmis,ut a nemine prętерea alio legerētur,iuſſit aboleri. Perge igitur ut coepiſti,non regni tantum,ſed paternę quoq; uirtutis heredem te oſtendens,et quoniam in hoc quoq; magnanimum imitaris patrem,qui ſemper laudis,ac glorię appetens extitiſti,prouehe ſtudia litterarum.Hęc.n.ſola tibi poſſunt nominiſ dare imortalitatem,nam pcęlſa ędificia,et murorum moles ingētes,ſi ad litterarum monumēta conferantur,quę nec iouis ira neq; ignes, nec poterit ferrum, neq; edax abolere uetuſtaſ,breui temporis ſpatio ſunt duratura.Non deerunt in tuo florentiſſimo Ferrarienſi gymnaſio(ſi tibi curę fuerit uiri ingenio,ac doctrina pręſtātes)qui ſuarum lucubrationum opera tuę memorię conſecrabūt. En ego, ſi modo in eorum numero habendus ſum,qui poſſim tibi condigna ſcripta nuncupare,tranſlationem artis medicinalis Galeni nunc primum emiſſurus, illam cenſui tui nominis glorię dedicandam,ut eam quam patri uiuenti multorum aliorum autorum gręcorum tranſlationibus eius nomine incohatis,atq; perfectis,oſtendi uenerationem,atq; obſeruantiā, apud te quoq; hoc Galeni opere a me recenter tranſlato, et tibi inſcripto teſtatam relinquam,quod mole quidem exiguum exiſtit, ſed uiribus amplum. In eo.n.Galenus illam quam in omnibus fere aliis libris ſuis uiſus eſt affectaſſe, latiloquentiam euitauit,et totius artis medicinalis pręcepta mira eſt breuitate complexus, faciens quéadmodum, et ipſe in pœmio fatetur doctirnam diffinitiuam,quę quomodo ab aliis duabus,quarum altera reſolutiua, altera compoſitiua nominatur,differat, nos propria cómentatione declarauimus,in qua neotericorum de eiſdem doctrinis conati ſumus deſtruere opiniones.Sed ne te longa oratione detineamus,hoc unum noſtrę apud te pfationi adiicimus,ac pollicemur,breui futurum,ſi ea nobis ocia ſeruaueris,quę optimus pens tuus pridem dum uixit effecit,noſtra ſtudia fouédo, et ſuo patrocinio contra inuidiam,qua plena ſunt omnia,protegédo.Breui inq̄ fore, ut noſtro labore,tuo autem ductu,atq; auſpiciis,uetus medicina quę olim i clariſſima luce uerſabatur,nunc autem in libris barbarorum multis iacet obruta tenebris,tandem exerat caput,et in priſtiná claritatem,atq; ſplédorem reuocetur.Huic tam laudabili,tam uitę neceſſario operi,ne deſis humaniſſime princeps,non ego te tantum qui primus beneficium ſum accepturus,uel potius multo antea tua liberalitate adiutus accepi, expoſco ſupplex,ſed omnes inſuper iuuenes quos recta ſtudia delectant depcantur,qui non adeo mihi interpti quantum tuę celſitudini, cuius fauore fretus,ac gratia hunc interpretandi laborem ſuſceperim debebunt q̄ plurimum,q̄ Galenum principem medicorum quem pridem legere barbarum, nūc demum lingua latina loqui incipientem ſunt audituri.

# GALENI ARS MEDICINALIS. INTERPRETE NICOLAO LEONICENO.

RES SVNT OMNES DOCTRINAE QVAE ORDINI INhęrẽt.Prima quidem ex notione finis, quę per reſolutionem fit. Secunda ex compoſitione conſtat eorũ quę ex reſolutiõe fuerint t inuenta. Tertia ex diffinitionis diſſolutione,cui nũc incũbimus. Licet aũt huiuſcemodi doctrinam appellare,non tantũ diffinitionis diſſolutionem,ſed et explicationem, ut nõnulli uocarunt, uel reſolutioem,uel diuiſionem,uel (ut nõnulli alii)explanationẽ,uel expoſitiõem,ut alii.Conati ſunt et Herophiliorũ quidã talem facere doctrinã,quẽadmodum Heraclides Erythręus.Conati ſunt et eam quę per cõpoſitionem,et ipſi Herophilii,et quidã Eraſiſtrati ſectatores,et Athęneus Ataleus. Neminẽ tamen ante nos eam quę oritur a notione finis ſcripſiſſe cõperimus,ex qua oẽs artes uia quadam,atq; ordine cõſtituũtur.Sed illam quidem alio pertractauimus loco. Hic uero diffinitiuam faciemus doctrinam,quę quantũ ab ea quę ex reſolutione conſiſtit, et dignitate,et ipſo docendi ordine linquitur,tantum et ad totius cõpẽdium,et ad ſingulorum memoriã pręſtare inuenietur. Sufficienter.n.facilime memorię cõmendãtur ex diffinitionis diſſolutione uniuerſa.Quoniam totius artis capita in ſe optima diffnitio cõplectitur,quam quidam ſubſtantialem uocant,ex aduerſo diſtinguentes aliis,quę notionales appellantur.Illę ſi quidem ab his quę accidũt rebus diffiniris, hę uero ab ipſa eſſentia conſtituuntur.Elaborata aũt eſt a nobis particulatim, et in pluribus conſcripta tractatibus totius medicinę cõtẽplatio,quibus uti quis poſſit ad triplicem doctrinam.Nunc uero diffinitiuam aggrediemur, hoc unum pręfati, quod ſolum capita,et quędam ueluti concluſiones eorum,quę alibi latius ſunt demonſtrata,nunc a nobis dicentur.

Quid ẽ medicina. Cap.ii.

Edicina eſt ſcientia ſalubrium,et inſalubriũ,et neutrorum. Nihil uero dif m fert et ſi quis ęgrorum dixerit.Nomen uero ſcientię cõmunius,non autem proprie accipere oportet. Salubre aũt, et inſalubre, et neutrum, unũqdq; tripliciter dicitur,hoc quidem ut corpus,hoc autem ut cauſa,hoc uero ut ſignum. Et.n.corpus,quod ſanitatem natura ſuſcipere aptum eſt,et cauſam,quę eandem efficere,uel cõſeruare,et ſignum,quod poteſt indicare.Hęc omnia gręci ſalubria appellare conſueuerunt.Eadem ratione et ſuſceptiua morborum corpora,et eoſdem efficientes,conſeruanteſq; cauſas,et ſigna indicantia,inſalubria uocant. Nec aliter corpora neutra,cauſas,ſignaue dixerunt.Et ſecuudũ primam quidem rationem, atq; p̄cipuam cauſarum ſalubrium eſt medicina ſcientia, propter eas autem, et aliarum ſecũdo quidẽ loco inſalubriũ,et tertio neutrarum. Et poſt has eodẽmodo corporũ, primo quidem,et hic ſalubriũ,ſecundo loco inſalubrium,tertio neutrorum.Itidem de ſignis dicẽdum.In actionibus aũt,prima quidem eſt corporum cognitio quę habetur ex ſignis,poſt hęc earum quę in ipſis inuentio cauſarum.

Quot modis dicitur effectiuum,indicatiuum,et ſuſceptiuum. Cap.iii.

Ed quoniam et effectiuum,et idicatiuum,et ſuſceptiuũ dupliciter unũqdq; ſ dicitur,hoc quidem ſimpliciter,hoc uero ut nunc, noſſe oportet amborum eſſe medicinę ſcientiam.Ipſum uero ſimpliciter duobus dicitur modis, et quod ſemper,et quod ut plurimum, de quorum utroq; medicina pertractat. Neutra uero et cauſa,et corpus,et ſignũ,et qđ ſimpliciter dicitur,et qđ ut nunc,tripliciter unũqdq; appellatur,hoc quidem qa neutrius contrariorũ ẽ particeps, hoc uero qa utriuſq;, hoc uero quia aliquando huius,aliquãdo illius. Horum autem ipſorum ſecundum rurſus duobus dicitur modis, aut quia utrũq; cõtrariorũ ex ęquo participat,aut quia aliquãdo plus alterũ.Eſt uero et in tota diffinitiõe,ſi uerba animaduertimus,ambiguitas quędam,quam et ipſam diſſoluere oportet.Cum.n.dicitur medicinam eſſe ſcientiam,et ſalubrium,et inſalubrium,et neutrorum, ſignificatur et ꝙ omnium particularium,et ꝙ quorũdam,et ꝙ qualium.Sed omnium quidem infinitum quoddam eſt, atq; impoſſibile, quorundam diminutum, atq; artificio carens,

qualium uero artificioſum pariter,atq; ſufficiēs ad omnia artis particularia, quod etiam dicimus in medicinę diffinitione comprębendi.Primum igitur de corporibus dicere aggrediemur, qualia nam ſint,et ſalubria, et inſalubria, et neutra, poſt hęc de ſignis,et cauſis diſeremus. De corpore ſalubri. Cap.iiii.

Salubre ſimpliciter corpus eſt quod ab ipſo naturę ortu bonam habet temperaturam in ſimplicibus,et primis particulis,atq; in his,quę ex illis cōponuntur inſtrumentis,ē cōmoderatum.Salubre uero nunc ē corpus quod in pſenti ē ſanum. Eſt uero et hoc eo tempore quo ſanum exiſtit, bonam habens tēperaturam,et cōmoderationē,non tamen optimam,at ſibi propriam.Ipſius uero ſalubris ſimpliciter corporis,tale quidem ē ſemper id quod ē optima temperantia pditum,ac maxime ē cōmoderatum.Vt multum autem quod a conſtitutione optima non ualde admodum deficit. De corpore inſalubri. Cap.v.

Inſalubre uero ſimpliciter ē corpus quod ab ipſo ortu naturę, uel in conſimilibus partibus malam habet temperaturam, uel in inſtrumentariis incōmoderationem,uel utrūq; uitium.Inſalubre uero nunc ē corpus quod eo tempore,quo tale dicitur,ęgrotat,neq; obſcurum eſt,q̄ et hoc ipſum,eo quo dicitur tempore ęgrotans,uel in cōſimilibus malam habet temperaturam,uel in inſtrumētariis incōmoderationem,uel utrūq;.Eſt uero et ſemper inſalubre, quod ex ipſo naturę ortu uel peſſimam habet tēperaturā in ſimplicibus,et primis particulis omnibus,uel aliquibus,uel his quę obtinent principatū, uel in inſtrumentariis,incōmoderatum exiſtit.Similiter autem in his,uel omnibus,uel aliquibus, uel illis quę obtinent principatum. Vt multum uero inſalubre eſt corpus quod ab huius quidem uitio recedit,nondum tamen mediocritatem attingit.

De corpore neutro. Cap.vi.

Quoniam uero et neutrum corpus tripliciter dicebatur, unū quidem quod neutrius erat extremę diſpoſitiōis particeps,aliud autem quoniā utriuſq;, aliud quoniam,aliquando huius,aliquādo uero illius. Iuxta primum ſignificatum neutrum erit corpus,quod exquiſite medium eſt,et ſaluberrimi,et inſaluberrimi corporis,et huius hoc quidem ſimpliciter tale,q̄d ab ipo ortu naturę ita ē conſtitutum,hoc uero ut nunc,quod in pręſenti tempore medium exquiſite exiſtit ſaluberrimi,atq; inſaluberrimi corporis.Ipſius autem ſimpliciter,ſemper quidem tale eſt id,quod in omnibus ętatibus tale perdurat. Vt multum autem quod nōnullas recipit mutationes.Iuxta uero ſecundum ſignificatum neutrum erit corpus q̄d ab ipſo ortu naturę contrariarum ſimul eſt particeps diſpoſitionū,aut.ſ.in una parte,aut in duabus differentibus,in una quidem ſi ſecundum alteram oppoſitionem effectiuarum qualitatum bonam habuerit temperaturam,uel etiam ſecūdū utrāq;, ſed in formatione,et magnitudine,et numero partium,uel ſitu delinquat,aut cōtra in his quidem recte ſe habeat,uel omnibus,uel quibuſdam,peccet autem in temperatura, in differentibus uero partibus,et iuxta omnes oppoſitiones poteſt quidē ſimul particeps eſſe contrariorum.Et ſemper quidem tale quod per omnes ętates in eodem habitu perſeuerat.Vt multum uero quod aliqua ex parte euariat.Ita uero et nunc neutrum erit corpus iuxta ſecundum ſignificatum, quia uel parte in una hęc quidem ipſi ſalubria exiſtunt,illa uero inſalubria, uel in differentibus ita afficitur partibus.Iuxta uero tertium ſignificatum neutrum erit corpus, quod aliquando q̄dem ſalubre,aliquando uero inſalubre exiſtit,ut nōnullis accidit,qui in pueritia ſalubritate corporis uigent,quum uero ad iuuentutem peruenerint inſalubres euadunt,aut contra.In uno autem tempore quod ita eſt neutrum conſiſtere nequit, laxius uero ſi accipiatur contingit.Nouimus autem quod nunc dupliciter dicitur.Salubre igitur,et inſalubre,et neutrum corpus quot modis dicatur,et quale unū q̄dq; ſit ſufficiēter explicauimus. De ſignis uero deinceps dicendum.

DE SIGNIS SALVBRIBVS Cap.vii.

SVNT AVTEM ET EX HIS SALVBRIA Quidē quęcūq; pſentē idicāt ſanitatē,et futurā pnunciant,et pteritā memorię ſubiiciunt. Inſalubria uero quę et pręſentem indicant ęgritudinem,et futurā pręnunciant,atq; pręt

teritam memorię ſubiiciunt.Eadem ratione neutra dicuntur,quę neutram diſpoſitionem oſtendunt,pnunciant,et memorię ſubiiciunt,et quę nihil omnino de diſpoſitionibus indicát,uel nihilo magis ſalubrem, q̃ inſalubrem diſpoſitioné oſtendút, et partim quidem ſalubrem,partim uero inſalubré indicant diſpoſitionem,et quę aliquando quidem ſalubrem,aliquando uero inſalubrem, et hęc quoq; ſecundú tria tempora,ueluti ſalubria,et inſalubria appellantur. Vocantur autem nó núq̃ a uetuſtioribus medicis hęc omnia ſigna pnúciatiua,q̃uis pſentium, ac pteritorum indicatiua.Vſus uero non paruus ex pnunciatiuis,atq; indicatiuis,minor autem ex his q̃ memorię ſubiiciunt. Cum uero ſint ſalubria corpora,hęc quidem ſimpliciter,hęc uero ut nunc,quę et bene ualentia dicuntur. Salubrium ſimpliciter corporum duplicem diximus eé differentiam,quoniam nónulla quidem ſemper, nónulla uero ut multum eſſent talia,et ſemper quidem quę optimá cóſtitutioné ſortita ſunt,ut multum uero,quę non magnopere ab illa recedunt.

De ſignis optimę conſtitutionis. Cap.viii.

h Orum autem dignotiones ſumendę ſunt ab his, quę ſecundum eſſentię rationem ipſis inſunt,et ab his quę ex neceſſitate conſequuntur opationibus, caſibuſq;,qui proprie accidentia uocantur. Ab eſſentia quidem ipa eorum quę optimá habent conſtitutioné,cómoderatione conſimilium quidem, i caliditate frigiditate,humiditate,et ſiccitate.Inſtrumétorum uero,in quátitate,ac numero,eorum ex quibus cóponuntur,ac pterea formatione,ſitu prium ſingularum, ac totius inſtrumenti.Ex his uero quę ex neceſſitate conſequútur cóſimilia, quantum quidé attinet ad tactum a mediocritate,quę i mollitie,ac duritie conſiſtit. Q uátum uero ad aſpectum,a colore optimo,et leuitatis, atq; hiſpiditatis mediocritate.In operationibus,a perfectione,quam et ipſarum uirtutem appellamus.Ab his uero quę inſtrumentarias partes conſequuntur,a cómoderatione,et pulchritudine omnium totius corporis inſtrumentorú,ac pterea earum quę ipſis inſunt uirtute operationú. Optimę igitur conſtitutionis corporum ſigna indicatiua ſunt hęc. Eorum aút quę ab ipa deficiunt,et adhuc tamen ſalubria exiſtunt,nónulla quidem in conſimiliú téperatura uitium aliquod paruum habent,nónulla uero in inſtrumétariorú cómoderatióe,et hoc quoq; per exiguum.Accidit auté hoc, uel in omnibus,uel in aliqbus, aut in utriſq;.Vitiorú uero genera eadem ſunt his quę uirtutem perficiunt.Temperatura quidem in conſimilibus.Numerus aút,et formatio,et magnitudo,et ſitus,in inſtrumentariis.Vtriſq; uero cóis unitas,quam et ipſorum cótinuitaté appellamus. In his autem ipſis generibus ſunt corporum inſalubrium uitia ſecundum utrúq; in ſalubritatis modum.Terminus autem qui utrúq; diſtinguit eſt operationú lęſio ſenſibilis.Q uę uero ab optima corporum conſtitutione breue aliquid deficiunt,re uera quidem et ipſa in aliquo ſunt offenſa,non tamen id ſenſu compręhéditur. Diſtinguuntur uero ex eo, ꝙ magis,minuſue in operationibus exiſtit, ac quia cauſis quę ęgritudinem pariunt,non ęque reſiſtunt.Q uę autem ſimpliciter iſalubria ſunt corpora,diſtinguuntur,ob id,ꝙ facile a cauſis quę morbos cómittendi uim habent, ſuperantur.Et quoniam in uigore operationú plurimum deficiunt. In medio autem amborum collocantur ea quę neutra ſimpliciter appellátur, et cum latitudine quadam.Q uo fit ut tota ſanitatis latitudo in tres partes, quarum ſingulę latitudinem habent non paruam,diuidatur.Erit autem prima quidem ſalubrium corporum,ſecunda neutrorum,tertia iſalubrium.Poſt quę deinceps ſequuntur quę iam ęgrotát corpora,quę ſenſibilibus operationú lęſionibus diſtinguuntur. Q uę igitur dolore infeſtantur,et quorum motus ſunt uitioſi,aut omnino interierunt,manifeſtá habét determinationem. Q uę uero imbecilles edunt operatióes,in magnis quidem diſtátiis facile diſcernútur,in paruis uero ambigua ſunt, atq; idcirco in eo genere noxę collocatur,quę neutrius contrariorum participat diſpoſitio,quam et ipſam neutrá diximus appellari,ita tamen ut horum omnium ſenſus ſit iudex,non ipſa natura rerum inſpiciatur,ne periculum ſit in dogma perpetuę paſſibilitatis incidere,et quidem ſigna ſanorum corporum.Sed quę inſalubria,ſalubriaq;, et neutra exiſtút quátitate diſtantię different duobus inuicem contrariis terminis a nobis ſtatutis,opſi

ma uidelicet conſtitutione corporis,et nuper facta ęgritudine, ac deinceps conſide rantibus utri eorum uiciniora ſunt ea,quę ad examen corpora ueniunt.Q uę.n.pro ximiora ſunt optimę conſtitutioni ſalubria,quę uero ab hac longius diſtant,atq; ad ea quę iam ęgrotant magis accedunt,inſalubria. Q uę autem intermedia, atq; ęqua liter ab utriſq; diſtare uidentur,neutra. Optimę igitur cōſtitutionis corporis indi cia explicauimus. Eorum uero quę ab ipſa deficiunt, totidem ſunt numero genera quę in magis,et minus ſecari poſſunt.Cum autem i tres latitudines diuiſa ſint, cor poris inſalubris ſimpliciter indicia trademus. Ex his.n.et reliquę duę latitudines innoteſcent.Generaliter igitur prius a nobis in eo quē de optima conſtitutione ſer monem habuimus,ſpecialiter aūt nūc dicetur,ſi prius partes diuiſerimus.

Q uot ſunt differentię partium. Cap.ix.

ſ Vnt uero earum quatuor uniuerſę differentię,quoniā nonnullę earum prin cipia exiſtunt,aliquę uero ab ipſis originem habēt, aliquę nec aliarum gu bernationi pſunt,neq; aliūde gubernantur, quum inſitas habeant a natura potentias,a quibus reguntur.Q uędam uero ſunt quę inſitas ſimul,et aliūde emanā tes habent.Principia igitur ſunt cerebrum,cor,hepar,teſticuli. Ab illis uero ortū habent,atq; eiſdem ſubminiſtrant.Nerui quidem,et ſpinalis medulla cerebro. Cor di uero arterię, Hepati uenę. Ipſa uero ſeminaria uaſa teſticulis.Q uę autē a ſe ipſis gubernantur ſunt,cartilago, os, copula, ſeu ligamentum,membrana,adenes,adeps, caro ſimplex.Reliquę uero partes,cum una cum iſtis habeant ex ſe ipſis regimen, arteriis,neruis,et uenis inſuper eguerunt.Capillorum autem,atq; unguium,neque regimen ullum eſt,ſed generatio tantūmodo. Hę igitur ſunt partium differentię.

De ſignis cerebri. Cap.x.

i Ndicia autem ſingularum temperaturę ſumpto a cerebro initio, deinceps dicemus.Sunt uero quinq; inſita genera quę ipſius naturam oſtēdunt. Pri mum quidem totius capitis diſpoſitio.Secundum uero ſenſibilium opera tionum uirtus,et uitium. Et tertium actiuarum. Q uartum earum quę tenent prin cipatum.Et quintum naturalium.Aliud uero genus prętcr hęc omnia,ea quę extri ſecus aduenit alteratio.Et quidem totius capitis diſpoſitio ex magnitudine,et figu ra ſumitur,atq; capillis.

De paruitate,et magnitudine capitis. Cap.xi.

p Aruum igitur caput uitioſę cōſtitutionis cerebri proprium eſt indicium. Magnum uero non neceſſario indicat bonam cerebri compoſituram.Sed ſi quidem ob iſitę uirtutis robur,quę multam,atq; optimam materiam affor mauerit eueniat,optimum eſt ſignum,at ſi ob materię tantum multitudinem, haud quaq; bonum.Diſtinguēda uero ſunt hęc,et ex figura ipſa,et ex his quę ab eo habēt ortum. A figura quidem ipſa,ſi cōcinna. Semper.n.hoc bonum eſt ſignum. Ex his autem quę ab eo ortum habēt,ſi ualida eſt ceruix,et ſi aliis oſſibus optime conſtet, atq; omnis pterea neruoſa ſubſtantia boni ſit habitus, ac robur habeat intentum. Propria autem capitis figura eſt,ueluti ſi excogitares ſphęram exquiſite rotūdam, ex cęra conſtructam,paulatim utriq; depreſſam.In hac.n.neceſſe ē, ut poſteriores, prioresue partes plus gibbę fiant,q̄ ſphęrę conueniat. Q uę uero utrinq; conſiſtūt magis rectę. Q d' ſi ea quę ſecundū occiput eminētia minuatur,ſimul intueri opor tet neruos,atq; ceruicem,una cum oſſibus aliis.Nam ſi ſecundum naturam conſtite rint materię defectu,non uirtutis imbecillitate contingit.Illis uero non recte ſe ha bentibus principium eſt debile,ſed magna ex parte defectus, qui occipiti eueniūt, conſequitur eorum quę antediximus imbecillitas,rariſſimeq; aliter euenire cōſue uit.Caput etiam quod ſecundum occiput in acutiem tendit, animaduertere opor tet,hiſdem adhibitis diſtinguendi rationibus,quibus antea in capite grandiori fac to utebamur. Vt plurimum uero, et hic optimum eſt ſignum figura concinna eius partis,quę cerebro adhęret,quam nōnulli medici poſterius cerebrū appellare con ſueuerunt, quēadmodum et poſterius exiſtit ea ſutura quę gręcę litterę.Λ.formam

habet prę́finitam. Eſt uero huiuſmodi pars ſpinalis medullę principium, et eius ra
tione neruorum omnium qui actiõibus obſeruiunt. Ipſa autem pars poſterior per
ſe ipſam paucos admodum ſenſitiuos obtinet neruos, plurimos uero actiuos, ſicuti
et anterior, ſenſitiuos quidem plurimos, paucos admodum actiuos. Quare ubi be
ne fuerit affecta utraq; pars, robuſtas habebunt eas quę ab ipſis deriuationes. Eędē
quoq; diſtinctiones adhibendę ſunt ad partes capitis anteriores ad frontem attinē
tes, quę etiam ad poſteriores, earūdéq;, et paruitatem, et magnitudinem inſpicere
oportet, atq; itidem figuram, et ſenſus ibi collocatos, uiſum, guſtum, atq; odoratum.
Hęc enim ſe inuicem indicant, atq; atteſtantur, et quę a principiis oriuntur, princi
pii uirtutem, uel uitium, et principium eorum quę ab ipſo naſcuntur.

De operationibus obtinentibus principatum.. Cap.xii.

Arum autem operationum quę obtinent principatum, uirtus, ac uitium
e ſunt ipſius principii ſeorſum tantūmodo indicia. Voco autem operationes
principatum obtinentes, quę a ſolo principio proueniunt. Ingenium qui
dem igitur, ſubtilem cerebri ſubſtãtiam indicat, tarditas uero intellectus craſſam,
diſcendi uero facilitas, formarum facile ſuſceptiuam, memoria autem, ſtabilem, ac
firmam, ſicuti et diſcendi difficultas, formarum non facile ſuſceptiuam, et obliuio,
fluidam. Mobilitas quoq; in opinionibus, calidam, ſtabilitas autem, frigidam. Ad-
huc autem duo iudiciorum genera mihi uideor prętermiſiſſe, de quibus ſum ab
initio me dicturum pollicitus, quorum alterum ad operationes attinet naturales,
alterum uero ad ea quę extrinſecus occurſant. Erit autē in utriſq; ſermo cōmunis.

Signa bonę temperaturę cerebri. Cap.xiii.

I quidem cerebrum ſortiatur bonam quattuor primarum qualitatum tē-
ſ peraturam, omnia quę diximus habebit moderata, et excrementa quę uel
per palatum, uel aures, uel nares, uel oculos expurgantur, hęc quoq; modi
ce ſe habebunt, atq; ab his quę extrinſecus occurſant minime lędetur, quę ſcilicet
uel calefaciunt, uel frigefaciunt, uel humectant, uel exiccant. Talibus igitur capilli
capitis, cum adhuc ſūt infantes ſub ruffi, cum uero pueri, ſubflaui cū, iam adoleue
rint flaui fiunt, mediiq; ſunt inter eos qui omnino ſunt criſpi, et ſimplices. Non ta
men facile caluitium patiuntur. Quę uero dicuntur ac poſterius dicenda indicia
ſunt, accipere oportet, ut in bonam habentibus temperiem habitationibus. Quę
autem ad capillos attinent, non ad locorum tantum, ſed ad humorum quoq; tempe
raturam qui cerebri temperaturę porportione reſpondent, ſunt refferenda. Si ue-
ro calidius ſit q̃ oporteat, in altera uero oppoſitione bonam habeat temperaturam,
ſi quidem in caliditate exceſſerit, omnia quę dicentur ualidiora erunt indicia, ſed
ſi paruus fuerit exceſſus imbecilia. Cōmunis autem hęc ratio ſtatuatur in omni-
bus partibus quarum in temperaturis uniuerſis indicia ſumus tradituri.

Signa calidi cerebri. Cap.xiiii.

Einceps igitur ſigna cerebri caliditatis, pręter ea quę nuper diximus, ſunt
d ꝙ ea quę circa caput omnia rubicunda, et calida magis, et quę in oculis ue
nę magis ſenſui patent. Capilli quoq;, in his ſtatim in lucem ęditis habēt,
in capite ortum, et quum plurimum in caliditate a medioeri temperatura receſſe
rint, nigri, et robuſti, et criſpi fiunt. Cum uero non multum, ſubflaui quidem ab
initio fiunt, deinde nigricant, ac progredientibus ętatibus caluitium patiuntur,
atq; eo magis qui plus modico ſunt calidiores. Excrementa uero quę per palatum,
et nares, et oculos, et aures, pauca, et concocta ipſis exiſtunt, quū integram habue-
rint ſanitatem, cum uero eis caput repletur, continuo enim ac tum pręſertim, cum
nullam uictus ſeruauerint rationem, tale quid eis accidit, plura quidem in ip-
ſis excrementa, atque inconcocta generantur, implenturque, atque aggrauan-
tur eorum capita a calidis cibis, et potibus, odoribus, atque hiſce omnibus quę
extrinſecus occurſant, in quorum numero eſt, et qui nobis circunfunditur aer,

ſed prçterea magis,ſi non ſolum naturç calida.ſed etiam humida talia corpora extiterint.Breuibus aũt sónis huiuſmodi tẽpaturç cõtentç ſunt,neq; admodũ ꝓfundis.

Signa frigidi cerebri. Cap.xv.

f Rigidioris uero,ꝗ oporteat cerebri indicia ſunt plura, in propriis meatibus excrementa,et capilli recti,et ruffi,et ſtabiles,et qui longo poſt natiuitatem tempore naſcuntur tenues,atq; ab initio male nutriti,et facile a cauſis frigidis offenduntur,atq; hoc ipſo offenſionis tempore diſtilationibus,et grauedinibus capiuntur,neq; ſi tetigeris,partes ad caput attinentes admodum calidç ſentiuntur,neq; ſi inſpexeris,rubicũdç apparent,et oculorum uenç omnino uiſum effugiunt,et ſónulenti quodãmodo ſunt.

Signa ſicci cerebri. Cap.xvi.

ſ Iccioris aũt cerebri indicia ſunt,paucç ſuperfluitates effluẽtes,et ſenſuum perſpicacitaſ. Sunt autem ad uigilias prompti, et capillos habẽt robuſtos, et qui celerrime eis ſtati inaſcũtur.Criſpi ãt potius ſunt,ꝗ recti. Cito aũt calui fiunt.

Humidi cerebri indicia. Cap.xvii.

h Vmidioris uero cerebri indicia,capilli plani,et nequaꝗ calui fiunt.Senſus autem turbulenti,et excrementorum multitudo,sóni multi,atq; profundi. Et hç q̃dẽ ſimplices ſunt intẽperaturç.

Signa calidi,et ſicci, cerebri. Cap.xviii.

c Ompoſitç autem,primum calida,et ſicca,ſecundum quam, et ſuperfluitatibus carent,et ſenſibus uigent,et plurimũ uigilant,et cito calui fiunt,et prima, q̃dẽ capillorũ generatio celerrima eſt, ac plurimo abundans alimẽto. Capillos uero habent nigros, et criſpos,et tangentibus caput,calidi ſentiuntur, et ſunt rubicũdi uſq; ad çtatem conſiſtentiç

Signa calidi,et hũidi cerebri. C.xix.

ſ I uero humiditas adiungatur caliditati,parũ utriſq; qualitatibus ſuperantibus mediocritatem,color bonus,et quç circa oculos calidiora, uenç magnç,et plura excremẽta,et mediocriter cocta,et capilli recti,ſubflaui,et nõ facile calui fiunt.Implentur uero,atq; aggrauantur eorum capita a calidis. At ſi humectentur,protinus multo magis excrementorum habent multitudinem. Et ſi plurimum caliditas, atq; humiditas creuerit, his caput eſt çgritudinibus obnoxium, atq; excrementis abundans,et quod facile a calefacientibus, atq; humectantibus offendatur.Hauſter uero ſemper eis aduerſatur, atq; óptime in aquilõe ſe habent, nõ tamen diu uigilare poſſunt,et cum ſe ad sónũ conuerterint,ſimul graui sóno tentantur,et uigilant,et sónia habent imaginationibus plena,uiſus eis turbulenti, neq; ſatis ſenſibus uigent.Q đ ſi plurimũ in caliditate cerebrũ a mediocritate receſſerit, paululum autem humidius extiterit,calidç temperaturç indicia ꝑſe feret;cum quibus leuia quçdam humiditatis ſigna coniungentur,ueluti ſi lõge quidẽ humidius, paululum uero calidius,uehementia quidem erũt,ac manifeſta humiditatis ĩdicia, debilia aũt caliditatis. Cõis uero hçc rõ ĩ omnibus cõpoſitis ĩtẽperaturis exiſtit.

Signa frigidi,et ſicci cerebri. Cap.xx.

f Rigidç uero,et ſiccç cerebri intemperaturç frigidum,et minime coloratũ ſui ratione caput reddunt. Semper.n.memoria repetenda quç a nobis ab initio eſt diſtinctio poſita,ut ꝑterea aduertamus quantum ex humorũ temperatura alterentur quç circa ipſum conſiſtunt. Protinus autem huiuſcemodi temperaturç uenis carentes habent oculos, et a cauſis frigidis facile lçduntur. Quare et inçquali ſanitate fruuntur,quoniam nonnũꝗ lçuiſſima habẽt capita, et excremẽtorum moderatos effluxus, nonnũꝗ uero, et grauedinibus, et diſtillationibus minima ex cauſa capiuntur.

De ſenſibus. Cap.xxi.

ſ Enſus autem eorum in iuuentute quidem omnes uigent, atq; omni uitio carent,ſed progrediente çtate cito marceſcunt. Et ut ſummatim dicatur, omnes celerrimam circa caput ſenectutem oſtendunt.Quare et cito cani fiũt. Capilli uero ipſis quidem genitis uix exeunt,et male nutriuntur,et ruffi ſunt,in ꝓgreſſu aũt çtatis, ſupãte magis frigiditate caliditatẽ, ꝗ ſiccitate humiditatẽ,multũ non caluéſcunt.Econtra uero ſi contigerit ſiccitatem quidem plurimum dominari, humiditati,frigiditatem uero caliditati, parum calui fiunt hi.

Signa cerebri frigidi,et humidi. Cap.xxii.

h Vmidę uero,et frigidę cerebri intemperaturę faciunt homines graui ſono tentari,et ad ſonū facile conuerti,ſenſibus quoq; minime uigentes, atq; excrementis redundantes,et qui caput frigiditati,ac repletioni habent obnoxium,ac diſtillationibus,et grauedinibus facile tentantur,neq; tamen hi calui ſiūt. Hęc igitur indicia ſunt cerebri temperaturę,a quibus ſi ꝓgrediaris ad unūquodq; ſenſorium dignotiones transferre licebit.

De oculis. Cap.xxiii.

ſ Ed ſufficiet de oculis facere mentionem.Q uicūq; tangentibus quidem manifeſte calidi exiſtunt,et facili a crebro motu ciētur,et uenas latas habēt, hi calidi omnes ſunt.Frigidi uero his contrarii.Et humidi quidem molles ſimul,et multa humiditate pleni.Sicci uero duri ſimul, et arridi. A ſimilibus autē ſuę temperaturę cauſis facile offenduntur, iuuantur autem a modico contrariorum uſu.Sed hoc quidem cōmune in omni cuiuſcūq; partis tēperaturę dignotione oportet meminiſſe.

De magnitudine oculorum. Cap.xxiiii.

m Agnitudo oculorum quidem,ubi cōcinnitas, et operationum uirtus,multitudinem bene temperatę ſubſtantię oſtendit,ex qua ſunt cōformati, quę ſi deſint multā quidem ſubſtantiam,non tamen bene temperatam oſtēdūt.

De paruitate oculorum. Cap.xxv.

p Aruitas uero oculorum,adiuncta quidem concinitate,ac uirtutum operatione,paucam quidem,ſed bene temperatam ſubſtantiam oſtendit, ex qua ſunt conformati.Si uero ſotiam habuerint inconcinitatē quandā,atq; operationū uitium,tunc paucam ſimul,ac uitioſam materiam oſtendunt.

De colore oculorum. Cap.xxvi.

q Vę uero ad colores attinent,ita diſtinguere oportet. Glauci quidem oculi, qui pura humiditate, ac non multa ꝑfulgent,tales fiunt ob ſplendidi luminis abundantiam.Econtra uero nigri,et qui intermediam naturam ſeruāt, cauſas quoq; intermedias habent.

De glaucedine,et nigredine oculorum. Cap.xxvii.

g Laucus igitur oculus fit uel,propter magnitudinem,uel propter ſplendorē humoris,qui a gręcis criſtaloides nominatur,uel propter ſitum prominentem,aut propter tenuis,et aquei humoris,qui in pupilla exiſtit,paucitatē, et puritatem,atq; omnibus quidem in unum conuenientibus fit glauciſſimus oculus.Q đ ſi aliqua adſunt,aliqua uero nō,tūc maior, minor ue glaucedo contrahitur. Niger uero oculus fit,aut ob paruitatē criſtaloidis,aut pp ꝓfundū ſitū, uel quoniā ſplondidus , ac fulgidus exq̄ſite nō ē ,uel quoniā tenuis humor,uel ſupabundat, uel purus nō exiſtit, uel pp unā aliq̄ ex his,quas āte diximus cās,aut pp oēs,fieri cōſueuit. In ipſis āt magis,et minus(ut ātea diximus)repitur. Tenuis igitur humor quo magis ad aquę naturā accedit, et ſupabūdat, humidiorē oculū oſtēdit, quēadmodū ſi craſſior,ac minor fiat,ſicciorē. Criſtalloides autē,ſi quidē durior exiſtat,ſicciorē efficit oculum.Si uero mollior humidiorem,ſic et ſi plus modico tenuem humorem exceſſerit,ſicciorem,ſi āt defecerit cōtrariū.

De cordis temparuris. C.xxviii.

d E cordis aūt temperaturis deinceps dicendū eſt. Si prius hęc in memoriā reuocauerimus,ꝙ unāquāq; partē ſe ipſa,uel calidiorem,uel frigidiorē,uel ſicciorē,.uel humidiorē dicimus factā, non alicui rei alteri cōparantes. Vt cūq;.n.extiterit cor natura frigidius, multo ſane calidiorem tēperaturā poſſidebit calidiſſimo cerebro.

Signa cordis calidi. Cap.xxix

c Alidioris igitur cordis, ut admodum q ei proprius ē,atq; conueniens,indicia q̄dam ſunt inſeꝑabilia,et propria,magnitudo reſpiratiōis, et pulſus uelocitas,et frequentia,et audacia,et ad actiones natura prōpta.ꝙ ſi multum in caliditate exceſſerit,tunc furibūda q̄dam iracūdia,et temeritas adſunt.Eſt āt his thorax hiſpidus,et ꝓferti pectus, et q̄cūq; iliis partes proximiores. Magna uero ex ꝑte calidi cordis tēperatura,uniuerſū corpus calidū reddit, niſi hepar uehemētius obſtiterit.Dicemus āt paulo īferius totius corꝑis īdicia. Eſt q̄dē et latitudo thoracis caliditatis īdiciū,niſi et hic quoq; cerebrū plurimū obſtiterit,quoniā ei magna

ſpinalis medulla reſpondet,tantę uero erunt uertebrę, quanta et ſpinalis medulla, quare et ſpina uniuerſa. Configitur uero thorax ad eam ſpinę partem quę metha/phrenon .i. dorſum dicitur, tãq̃ ad carinam nauis, quare neceſſario eius longitudo ęquabitur dorſo,latitudo uero erit ꝓ uertebrarum ratione,quando ad proportionẽ earum craſſitudinis fuerit conſtitutus. Cum uero cordis caliditas ſuperans ꝑſtauerit,ac dilatauerit, in primo ſui ortu thoracem, erit eiuſdem caliditati proportione reſpondens. Quare cum caput paruũ, thorax aũt latus extiterit, maximũ hoc tibi fuerit cordis caliditatis indicium. Cum uero magno exiſtẽte capite,paruus fuerit, propriiſſimum hoc erit cordis frigidioris ſignũ. Si uero capiti fuerit proportione reſpondens,tunc aliis ſignis de corde diſtingues,ex ipſius thoracis amplitudine nihil aſſumens.

Signa cordis frigidi. Cap.xxx.

i N frigidiore uero corde pulſus minores exiſtunt,q̃ modo naturę cõueniat, non tamen neceſſario tardiores,uel rariores.Reſpiratio aũt,ſi quidem tãto thorax minor extiterit,quanto cor frigidius,pulſibus erit proportionalis. Si uero maior fuerit,q̃ pro frigiditatis uehementia, non minorem tantũ, ſed etiam tardiorem,et rariorem naturam oſtendit.Tales aũt timidi ſunt,et ſine audacia,et ſegnes,et nudum pilis habẽt pectus.De eius uero puitate diſtinguendum ut diximus prius. Eodẽmodo et de totius corporis caliditate.

Signa cordis ſicci. Cap.xxxi.

c Or autem ſiccius pulſus efficit duriores,et iram non promptam quidẽ,ſed feram,et quę non facile ſedari queat,magnaq; ex parte uniuerſum corpus ſiccius exiſtit,niſi hepar obſtiterit.

Signa cordis humidi. Cap.xxxii.

c Ordis uero humidioris ſigna,pulſus molles,et mores ad iram quidem procliues,ſed talẽ quę facile ſedari poſſit, et uniuerſum corpus humidius exiſtit,niſi hepar obſtiterit. Secundum uero coniugationem qualitatum pri/marum uitioſę cordis temperaturę ita ſe habent.

Signa cordis calidi,et ſicci. Cap.xxxiii.

c Alidi,et ſicci cordis,pulſus duri ſunt,et magni,et ueloces,et frequentes,et reſpirationes magnę,et ueloces,et frequẽtes,et multo magis ad uelocitatẽ, ac frequentiam uergunt, thorace cordi nõ aucto proportionaliter.Hi uero prę cũctis pectus habent maxime hirſutum,et ilia.Ad actiones autẽ prompti ſunt, et iracundi,et ſubiti,et mores tyrãnicos habent ad furorem faciles, non facile uero placabiles.De totius autem corporis temperatura,et thoracis amplitudine,his quę ante diximus porportionaliter eſt diſtinguendum.

Signa cordis calidi,et humidi. Cap.xxxiiii.

ſ I uero caliditas una cum humiditate dominabitur,minus quidẽ his quos antea diximus,hi ſunt hirſuti,ad actiones uero nihilo minus prompti, non tamen ferior eſt animus,ſed ad iram procliuis tantũmodo, pulſus uero magni,ac molles,et ueloces, et frequẽtes exiſtunt. Et reſpiratio,cũ thorax cordi fuerit proportionalis,eãdem pulſibus formam ſeruabit. Si uero minor extiterit, tanto illis uelocior erit,et frequentior,quanto et thorax minor extiterit.Si aũt multa facta fuerit euerſio in temperatura,ac ſi hoc ꝑferti in humiditate contigerit,ꝑter ea quę diximus,contingent etiam ex putredine morbi his, qui in ipſis, fuerit humoribus corruptis,ac putrefactis.Exſpirationes autem maiores ſunt, ac ueolociores inſpirationibus,et ſubmiſſio arterię in pulſibus uelox.

Signa cordis humidi,et frigidi Cap.xxxv.

h Vmidioris uero,et frigidioris cordis,pulſus quidem molles, moribus autẽ nequaq̃ audaces,ſed timidi,et ſegnes exiſtunt.Tales ẽt glabrum pectus habent,minimeq; iram retinent,ſicuti et ad iram non admodum ſunt prompti.Quę uero ad thoracem,et uniuerſum attinent corpus,diſtinguere oportet,ſicuti ea quę ante diximus.

Signa cordis frigidi,et ſicci. Cap.xxxvi.

f Rigidius uero cor,et ſiccius,pulſus quidẽ duriores reddit,et paruos,reſpirationem autem, ſi quidem thorax paruitatem cordis frigiditati propor/tionalem habuerit,moderatam,ſi uero maior extiterit,raram,ac tardã. Hi

uero prę omnibus minime ad iraſcendum prompti. Cum autem coacti fuerint iraſci quibuſdam,retinēt iram. Habent autem maxime omnium nudum pilis pectus. De paruitate autē thoracis, ac pterea totius corporis frigiditate ſimiliter diſtiguēdū. Vnū illud cōe in hiſce omnibus memoria repetentibus,ꝙ qcūq; de moribus, ſiue nunc,ſiue quouis alio ſermone explicata ſunt ad tēperaturę cognitionē,nō de optimis moribus,aut uitioſis,q ex phia hoibus adueniūt, ſed de iſtis, ac naturalibus nos expoſuiſſe.

Signa calidi hepatis. Cap.xxxvii.

Epatis calidioris indicia,uenarū latitudo,ruffa bilis abundātior, in cōſiſtē
h ti uero ętate ēt atra,calidior ipſis ſanguis, atq; eadē rōne corpus uniuerſū,
niſi obſtiterit cor.His uenter,ęt ilia hirſuta.

Signa hepatis frigidi. Cap.xxxviii.

Rigidioris uero,anguſtia uenarū,pituita abundātior, ſanguis frigidior, et
f totius corporis habitus,niſi a corde calefiat,uēter illis glaber ē,atq; ilia.

Signa hepatis ſicci. Cap.xxxix

Iccioris aūt,ſanguis qdē craſſior,et minus abūdās,uenę duriores,et totius
f corporis habitus ſiccior.

Signa humidi hepatis. Cap.xl.

Vmidioris aūt,ſanguis qdē abundātior,atq; humidior,uenę aūt molliores,
h ita uero et uniuerſum corpus, niſi partes ad cor attinentes obſtiterint.

Signa calidi,et ſicci hepatis. Cap.xli.

Alidioris uero ſimul,ac ſiccioris hepatis indicia,ilia plurimū hiſpida,ſan-
c guis craſſior ſimul,ac ſiccior,ruffa bilis plurima ē,cōſiſtēte āt ętate et atra,
uenarū aūt latitudo,et durities.Sic uero,et uniuerſum corpus ſe habet.Nā quę ex corde caliditas originē habet pōt obtundere eā q̄ ab hepate naſcitur frigiditatē,ſicuti et frigiditas caliditatē.Siccitatē uero non pōt humidius cor ad cōtrariū habitū transferre.Media uero inter has,q̄ dictę ſunt,ea q̄ ab hepate humiditas oritur.Magis.n.a cordis ſiccitate ſuperatur,q̄ ſiccitas ab humiditate,minus aūt caliditate,adhuc uero multo minus frigiditate.Hęc.n.inter oēs qualitates quę ab hepate eueniunt facilime uincitur. Liqt autem ꝙ cum in unum conuenerint utriuſq; principii tēperaturę,totū exqſite ſecundū illas afficitur corpus, paulo uero inferius ipſius dicentur indicia.

Signa hepatis calidi,et humidi. Cap.xlii.

Vmidius autē,ac ſimul calidius hepar,minus qdē q̄ calidius, et ſiccius ilia
h reddit hiſpida.Plurimū uero ſanguinis, et uenas āplas,habitūq; calidiorē,
atq; humidiorem facit,niſi obſtiterit cor.Si uero amplius in ambabus qualitatibus a naturę modo recedat,a morbis qui ex putredine, ac uitioſis humoribus fiunt,facilime capitur. Adhuc autem magis ſi plurimum augeatur humiditas, caliditas uero nō ita.Si aūt cōtra,parū qdē humiditas creſcat,plurimū uero caliditas, minime uitioſis humoribus laborant.

Signa hepatis humidi,et frigidi. Cap.xliii.

Vmidius autem,et frigidius hepar habet ilia glabra,ſanguinem uero ad pi
h tuitę naturam accedētem generat,cum uenarum anguſtia, ſic et reliquum
afficit corpus,niſi a corde ad contrariam naturam transferatur.

Signa hepatis frigidi,et ſicci. Cap.xliiii.

Rigidius aūt,et ſiccius hepar cū pauco ſanguine,et uenarū anguſtia efficit
f corpus,atq; frigidius,et ilia glabra,niſi et hic cor dominetur.

Signa calidę,frigidę,hūidę,et ſiccę tēperaturę teſticulorū. Cap.xlv.

Emperatura uero teſticulorum,calida quidē ad uenerem procliuis ē,et ma
t ſculorum generatrix,et foecunda,celerrimeq; genitales partes obſepit pi-
lis,ſimul autem et circūiacentes attingit partes. Frigidior uero contraria efficit.Et humida quidem multo, et humido ſemine abūdat.Sicca paucum, et modice craſſum generat ſemen.

Signa calidę,et ſiccę temperaturę teſticulorum. Cap.xlvi.

Alidior uero,ac ſiccior,et craſſum ſemen habet,et foecundiſſima eſt, ac ce
c leriter ab initio protinus ad coitum excitat animal. Sed et his genitales
partes citiſſime hiſpidę fiunt, atq; oēs quę circunſtant ſupra quidē uſq; ad

umbilicum,infra uero uſq; ad media foemora.Petulca igitur ẽ,et ad libidinem prona huiuſcemodi temperatura,ſtatim uero ſatiatur,et ſi cogatur offenditur.

Signa calidę, et humidę temperaturę teſticulorum. Cap.xlvii.

ſ I auté caliditas humiditati cõiungatur, hirſuti qdé tales minus, plus uero ſemine abundant,non tamen plus cęteris appetunt,ſed minori detrimento ꝑter modum uenereis indulgẽt.qđ ſi ſatis excreuerint,et caliditas,et humiditas non ſine detrimento a uenereis abſtinent.

Signa frigidę,et humidę temperaturę teſticulorum. Cap.xlviii.

ſ I uero frigidiorem,et humidiorem temperaturam teſticuli habuerint,partes circũpoſitę gl. brę ſunt,et tarde rem uenerea exercere incipiũt, neq; proni ad actum huiuſcemodi ſunt.Aquoſum uero,et tenue ipſis eſt ſemen, et infoecũdum,et foeminarum generatiuum, uel omnino non generans.

Signa frigidę,et ſiccę temperaturę teſticulorum. Cap.xlix.

f Rigidior uero,et ſiccior temperatura ſimilis quidem in reliquis eſt antedictę. Craſſius uero i ipſa ſemen exiſtit,atq; omnino paucum.

De habitu totius corporis. Cap.l.

t Otius autem corporis habitus diximus,et ſuperius quõ, et hepatis, et cordis naturam ſequantur,ei autem magis aſſimilantur, quod unam aliquam ex primis qualitatibus potentiorem habuit, quas et effectiuas appellant. Totius uero corporis habitus i illis maxime dicitur ptibus quę primę oculis ſubiiciuntur,ſunt uero hę,muſculi,qui omnia ambiũt oſſa,carnes quędam compoſitę ex prima,et ſimplici carne,et filis quibus inaſcuntur.Propria.n.muſculorum ſubſtantia his duobus conſtat,quę uero ad ipos,uaſa pertingunt,ueluti riui quidam ſunt, q non ſubſtantiam complent,ſed eis ſubminiſtrant,ut in uita pmaneant.Dicentur igitur,et horum temperaturę indicia,in bene temperata habitatione,nam quę male tẽperatę ſunt cutem pmutant ex ſe ipſis formantes, et quędam ex indiciis corrũpũt, ita et in bene temperata regione,ſi quis ſe tempore ęſtatis nudum ſoli expoſuerit, permutabit indicia quę ex colore,et duritie,et mollitie ſumuntur,ſi uero queadmodum bonam temperiem obtinet locus,ita et ipſe bene temperato uictu uſus fuerit, ut qui neq; ſe ſingulis diebus in ſole torrefaciat,neq; ſicuti pleriq; more puellarum cõtinue in umbra degat,hic certa atq; exquiſita temperaturę indicia pſe feret, tãq igitur de hoc futuro ſermone nunc ad ipſum accedemus.

Signa moderatę temperaturę. Cap.li.

m Oderatę temperaturę indicia ſecũdum totum animalis habitũ. Color qdẽ ex rubro,et albo cõmixtus, capilli uero flaui, et ut plurimum mediocriter criſpi.Carnoſitatis autem mediocritas in qualitate,et quantitate.Medium eſt.n.exquiſite huiuſmodi corpus inter omnes exceſſus,ut qui ad ipſum dicãtur, et cognoſcantur,nam et craſſum corpus ad hoc comparatum dicitur craſſum,et tenue ad hoc eodémodo,et carnoſum,et macilẽtum,et pingue,et durum, et mole, et hiſpidum,et glabrum,nullius igitur horum mediocritas eſt. Sed qualis Polycleti regula ad ſummum totius peruenit mediocritatis,adeo ut neq; tangẽtibus molle uideatur neq; durum,neq; calidum,neq; frigidum, inſpicientibus uero, neq; hirſutum, neq; glabrum,neq; craſſum,neq; tenue,aut aliquem aliũ habens exceſſum, uel defectũ.

De corpore calidiore. Cap.lii.

q Vęcũq; autem in caliditate a medio recedunt, non tamen in humiditate,et ſiccitate,hęc quantum ad carnoſum genus attinent. (De hoc.n.pręſens eſt ſermo) uidentur quidem tangentibus calidiora tantum quãtum, et eorum temperatura calidior,Tanto uero magis hirſuta ſunt, quanto et calidiora, et minus pinguedinis habent,colorem autem rubrum,et capillos nigros habent.

Signa frigidę temperaturę. Cap.liii.

f Rigidioris autem temperaturę indicia ſunt,pilorum carentia,pinguedo, et frigiditas quę tangentibus obuiat. Color autem una cum capillis,ruffus. Et ubi frigiditas exceſſerit liuidus quodãmodo exiſtit,quem nonnulli medici colorem plumbeum appellant.

Signa ſiccę temperaturę. Cap.liiii.

Iccior autem temperatura tanto gracilior eſt,et durior bona temperatura
ſ quanto maior eſt ſiccitas.In reliquis autem eodem modo ſe habet.

Signa humidę temperaturę. Cap.lv.

T humidior etiam i reliquis quidem eodem modo ſe habet, melius autem
e carnoſa,et mollior,et quidem ſecundum coniugationem qualitatum prima
rum factę intemperaturę compoſitam habent indiciorum formam.

Signa calidę,et ſiccę temperaturę. Cap.lvi.

Alidior ſimul,ac ſiccior eſt hirſuta magis, ac calida, et dura exiſtit, et pin
c guedine caret tenuiſq; eſt,et capillos nigros habet. Si uero multum in cali
ditate excedat color quoq; niger illi adeſt.

Signa calidę,et humidę temperaturę. Cap.lvii.

Alidior autem,et humidior temperatura mollior, et calidior, et carnoſior
c tãto eſt bona temperatura,quantũ et utriſq; qualitatibus aucta fuerit.Q đ
ſi plurimum augeatur cito a putredinis corripitur morbis,quoniam et hu
morum uitio prompte laborat. Si uero parum quidem humidior ſit,multo uero ca
lidior,molliores quidem parum huiuſmodi ſunt his,qui bonam habent temperatu
ram,et magis carnoſi,non parum uero hirſutiores, et tangentibus non parum cali
diores,nigri uero eis capilli,et caro pinguedine caret.Si uero paulo quidẽ calidior
multo uero humidior mollis his caro eſt,et multa, et color cõmixtus eſt ex albo, et
rubro,et tangentibus paulo calidiores.Et ut ſummatim dicatur in omnibus tempe
raturę coniugationibus,ſemper ſuperexcedentis qualitatis indicia eminebunt.

Signa frigidę,et humidę temperaturę. Cap.lviii.

Rigidior autem,atq; humidior tẽperatura,ſi parum quidem utraq; augea/
f tur pilis nuda eſt,et alba,et mollis,et craſſa,et pinguis.Si uero magis exceſ
ſerit,reliqua quidem ſunt ſecundum proportionem augumenti qualitatũ,
color autem una cum capillis ruffus, queadmodum ſi plurimum utraq; augeatur,li
uidus.Si uero qualitatum augumentum fuerit inęquale eius quę ſuperexceſſerit,in
dicia eminebunt.

Signa frigidę,et ſiccę temperaturę Cap.lix.

I autem frigiditas una cum ſiccitate ęqualiter augeatur,natura durum,ac
ſ tenue,et glabrũ corpus habent, et tangentibus frigidum, pinguedo tamen
ipſis,et ſi graciles ſint,per carnes diſperſa.Capilli autem,et color frigidita
tis modum,ac proportionem ſequuntur.Vbi uero calida,et ſicca temperatura in tẽ
pore decrementi,in frigidum,et ſiccum labitur habitum, tunc hi graciles fiunt, et
duri,atq; atra bilis in eis dominatur,et ob id nigri ſimul,et hirſuti euadũt.Vbi igi
tur altera qualitas plurimum dominatur,altera uero parum à mediocritate rece/
dit,ſuperabunt eius quę dominatur,exilia autem erunt alterius qualitatis indicia.
In omnibus uero de quibus ſupradiximus,et poſtea dicemus,cõmune eſt tempera
turę indicium,ſi membrum facile frigeſit, uel frigiditatis,uel raritatis.Si uero nõ
facile,uel caliditatis, uel dẽſitatis. Si uero a deſiccantibus offendatur,et aridum,et
ſiccum,et non facile mobile fiat,ſiccitatis,queadmodum,et ſi ab humectãtibus gra
uiter ſe habeat humiditatis.Inſpicere autem oportet ſi eãdem omnes muſculi ſer/
uant temperaturam,uel minime eãdem,atq; in omnibus animaduertere ſubiecto/
rum oſſium quantitatem. Non nũq̃.n.gracile uidetur membrum cum tamẽ nõ ſit,
gracile quo ad muſculos attinet,ſed propter oſſium tenuitatem tale uidetur, ſic et
craſſius quibuſdam plerũq; apparet,non ob oſſium amplitudinem, ſed ob multitu
dinem carnis,quę uel aucta,uel cõminuta,uel durior,aut mollior effecta,ſiccius,aut
humidius membrum oſtendit.Pauca igitur,ac dura,ſicciuſ,multa autem,et mollis,
humidius.Sic et intermedia ſpacia ſimilarium corporum,ut plus, uel minus humi
dę ſubſtantię in ſe ipſis continent,uel craſſius,uel tenuius,uel humidius,uel ſiccius
mẽbrũ oſtẽdũt.Hũidius qdẽ ubi ſubtilior,et plurima eſt hũiditas,ſiccius uero ubi
craſſior ſimul,et minor. Ipę.n.ſolidę corpis ptes q̃ uere ſolidę ſunt, ac primę,nullo
mõ poſſũt effici hũidiores,at ſatis ẽ,ſi qs eas celerius exiccari ꝓhibeat. Intercepta
aũt i ipis ſpacia hac,uel illa hũiditate cõplere poſſibile.Hęc uero ẽꝓpriũ ptiũ ſimi

C

larium alimentum,quod ex appoſitione fit,et non per uaſa attrahitur.Cómunis autem hęc ratio et omnium partium exiſtit. Et iterum i ſalubrium,atq; inſalubrium cauſarũ doctrina repetetur,nunc autem ea quę ordine ſequuntur attingamus.

Signa ſicci uentriculi. Cap.lx.

u Entriculi indicia,eius quidem qui natura ſiccior exiſtit,ſi celeriter ſitibũdi fiant,et paucus eis ſufficiat potus,a plurimo autem aggrauétur, fluctuationibus infeſtentur, aut ſuperfluitet id quod abundat,et cibis delectétur ſiccioribus

Signa humidi uentriculi. Cap.lxi.

h Vmidioris autem,ſi neq; ſitibundi fiant,et ſuperabũdans humidum facile tolerent,et cibis gaudeant humidioribus,

Signa calidi uentriculi. Cap.lxii.

c Alidior uero natura uentriculus, melius quidem concoquit,q̃ appetat, et multo magis q̃cũq; dura ſunt, et non facile alterationem ſuſcipiunt, nam q̃ facile alterantur in ipſo corrumpuntur,gaudetq; calidis potibus, ac cibis, neq; a frigidis ullam percipit noxam,ſi modice ipſis utatur.

Signa frigidi uentriculi. Cap.lxiii.

f Rigidus uero natura uentriculus,ad appetendum quidem plurimũ uiget, ad concoquendum autem minime, tales p̃ſertim cibos qui frigidi ſunt, et non facile alterationem ſuſcipiunt.Cito itaq; in ipſo aceſcunt, atq; ideo acidis eructuationibus talis uẽtriculus plurimum abundat,et gaudet quidé frigidis, ſed ab eorũ uſu imodico offenditur,ita et ea quę extrinſecus frigida occurſant,nequit tolerare,quéadmodum neq; calidus calida.Malę uero temperaturę quę morbi ratione uentriculum occupant,hoc differunt ab his quę naturales exiſtunt, quoniã contraria,non autem ſimilia appetunt,quéadmodum naturales.

De malis temperaturis in uentriculo coniugatis. Cap.lxiiii.

m Alę aũt téperaturę in uentriculo cóiugatę,ex cópoſitione ſimpliciũ cognoſcũtur.Oportet ãt eaſ quę iã ſũt dictę diligéter aduertere,eaſdé ab his q̃ dicétur diſtiguétes. Nó ſolũ.n.uétriculus ſitibũdos, et minime ſitiétes facit, et frigidi,calidiue potus appetétes,ſed ea quoq; uiſcera quę i thorace ſunt.ut cor,et pulmo, ſed q ob horũ ſitiũt caliditaté plus iſpirãt,et lõgius expirãt.atq; ęſtũ in thorace ſentiũt, non ſicuti q uentriculi ratione in illis caliditatem patiuntur,et cũ potauerint non ſtatim ſedatur ſitis,et magis cum frigidum hauſerint,q̃ cum calidum nimis.Refrigerat autem eoſdem,et frigidi aeris inſpiratio,q̃ nihil eos iuuat qui uétriculi ratione ſunt ſitibundi,ita et hi qui contrario modo ſe habent a frigida inſpiratione ſenſibilem ſentiunt affectum.

Signa pulmonis frigidi. Cap.lxv.

e T hoc maximum ſit frigidi pulmonis indicium,ut uero frigidum inſpirãtes manifeſte dolorem ſentiunt,et frigidit item,ita et caliditas eſt ipſis amica,ſed et pituitę excrementa cum ſcreatu,et tuſſi expuunt.

Signa pulmonis ſicci. Cap.lxvi.

p Vlmonis autem ſiccitates excrementis uacant,et pituita , et uocem claram efficiunt quéadmodum humiditates obſcuram reddunt,ac raucam,et cum uehementius, aut acutius loqui ſtuduerint,tunc intercidunt excreméta.

De uoce . Cap.lxvii.

n On tamen ipſa uocis magnitudo a caliditate,ſicuti neq; paruitas a frigiditate ineſt,ſed altera quidem aſperę arterię latitudiné ſequitur,et uehementiorem efflatum,paruitas uero a cótrariis aduenit cauſis. Quare neq; ſemper,neq; primum,ſed ex accidenti,et ſolas naturales temperaturas, non autem aduenticias uocis magnitudo,aut paruitas ſequitur.Quoniam et.n.talia inſtrumenta temperaturę ratione ſunt facta,ad hęc autem conſequitur huiuſmodi uox. Idcirco contingit ex uoce de naturali temperatura ratiocinari.

De leni,et aſpera uoce. Cap.lxviii.

n Am et lenis uox,arterię lenitatem conſequitur,ſicuti et aſpera aſperitaté. Lenitas igitur arterię moderatam ſequitur temperaturam,aſperitas uero

ſiccitatem. Aſperitas et.n.fit ab inęqualitate duri corporis, arteriam uero duram ſimilarium partium ex quibus conſtat ſiccitas, inęqualem uero diſperſę in eiſdem humiditatis defectus.

De uoce acuta. Cap.lxix.

e Odé modo,neq; acuta natura uox ſine anguſtia faucium, neq; grauis ſine latitudine fieri poteſt. Anguſtia igitur ab inſita, atq; inata naſcitur frigiditate,latitudo autem a caliditate. Differentiis igitur naturalium uocum hę q̃ ex affectu aliquo fiunt,ſunt proportiōales,q̃ et ipſę indicia ſunt cauſarum a quibus oriuntur,de quibus in libris de uoce ſufficienter diſtinxi. Reliquę uero partes animalis interiores exilia habent temperaturę indicia.Tentãdum tamen ea ex iuuantibus,atq; nocentibus agnoſcere,ac p̃terea naturalium potentiarum operationes.Dictum uero eſt in tertio de cauſis accidentium,ꝙ cuiuſq; potentię uirtus,et uitiũ temperatura principalis exiſtat.Temperaturarũ itaq; indicia iã explanauimus.

Signa naturę inſtrumentarię. Cap.lxx.

c Irca magnitudinẽ uero,uel formationem, uel numerum,uel ſitũ,q̃cũq; quidem ſenſibus ſubiiciuntur errata, cognitu facilima ſunt, quę autem ſenſu percipi nequeunt,quędam cognitionem habent difficilem,q̃dam uero facilem.Capitis igitur magnitudo,ac figura,et cerebri ſimul,in ꝓpatulo ſunt,et de his antea diximus,ſic et q̃ thoracis ſunt,et q̃cũq; ad ſcapulas, et humeros, uel brachia, uel cubitos,uel extremas mãus,uel coxas,uel foemora,uel tibias, uel pedes attinẽt, non eſt difficile agnoſcere,ſiue ſecundũ formationem,ſiue ſecundum magnitudinẽ, ex his aliquid non recte ſe habeat,ſiue ſecundũ numerũ,uel ſtiũ,ex q̃bus cõſtãt cõ poſiturã,ſingularũ ẽt opationis detrimẽta facile patẽt. Quę aũt itra corpus ſunt nõ omnia poſſunt agnoſci.

De uentriculo. Cap.lxxi.

c Viuſdam.n.uentriculum adeo paruum, ac rotundum, ac pronum ſecũdum ilia ſitum habentem inſpexi,ut manifeſte ex circũſcriptione propria,et uidentibus,et tangentibus appareret.

De ueſica. Cap.lxxii.

ſ Ic et cuiuſdam ueſicam cõtigit intueri,ita expoſitam,ac paruam,ut ſi quãdo urinam tardius excerneret,tumor quidam circũſcriptus manifeſte cerneretur,non tamen aliud ex interioribus quicq̃ mihi unq̃ manifeſtum p̃buit indicium.Tentare autem oportet q̃ maxime fieri poteſt uirtutem ipſorum,ac uitium,et ſi non certiſſima ſcientia,artificioſa ſaltem coniectura cõpręhẽdere,uelu ti,exempli gratia,in hepate.

De hepate. Cap.lxxiii.

u Idi.n.aliquos,et quidem q̃plures quibus uenę erant anguſtę, et totum corpus colore priuatum,ꝙ ſi pluſculum cibi aſſumpſiſſent qui pręſertim flatibus excitandis aptus eſſet,et craſſus,ac tenax,nonnulli quidem ueluti pondus quoddam inſidens,atq; ſuſpenſum in profundo dextrę iliorũ partis ſentiebant, nõnulli uero quãdam cum dolore tentionem.In his quidem uериſimile ẽ hepar eſſe paruum,atq; anguſtos meatus habere.

De homine pituitoſo uomente bilem. Cap.lxxiiii.

a Lterum uidi cuius totus habitus pituitam pręſe ferebat, quotidie tamen bilem ruffam euomebat.Cenſui igitur inſpicienda alui excrementa, in quibus minimum bilis apparebat.Quare coniectura quadam cõphendi eũ meatum qui biliosum egurgitat humorem non minimam eiuſdem partem ad imũ uentriculi locum,quem gręci Pyloron.i.hoſtiarium uocant,effundere,ut in quibuſdam apparet animalibus ex quibus id conſtat, ꝙ plurimum ad eorum quę latent ſenſum,confert cognitionem,ea quę ex ſectionis inſpectione habetur peritia,et operationum,atq; utilitatum inuentio.Quicũq; igitur facultatem dignoſcendi huiuſce modi corpora quę ita lapſa ſunt conſequi cupit,oportet ipſum in ſectionibus, ac in operationum,atq; utilitatum inuentionibus exercitari. Scripſimus uero de omnibus ſeorſum in tractatibus aliis,de quibus in fine libri omnino propoſuimus facere mentionem,ut diſcendi cupidi intelligant quęcũq; diſcere optauerint, ex quonã poſſint haurire tractatu. Sed tamen de hiſce ſatis.

Quomodo cognoſcantur corpora ęgrotantia. Cap.lxxv.

Vęcūq; uero ut nunc inſalubria ſunt, hoc eſt quę iam ęgritudinē patiūtur, dignoſcere,et hęc ipſa oportet. Quę q̄dē ſubiiciūtur ſenſui ex eorum quę ipſis inſunt ſecundum naturam permutatione,in magnitudine,colore,figura,et numero,et ſitu,et ea quę eſt ſecūdum duritiem,et mollitiem, et frigiditatem, et caliditatem,differentia.Quę autem uiſum effugiunt,ut ſummatim dicam,ex operationum lęſionibus,aut his q̄ excernuntur,aut doloribus,aut tumoribus p̄ter naturam,aut horum quibuſdam,uel omnibus.

Signa cerebri patientis. Cap.lxxvi.

Articulatim autem quę quidem ſunt in cerebro ęgre diſpoſitiones, aut dementię ſpeciebus,aut ſenſuum,uel imaginationū,lęſionibus, aut actuum q̄ ſecundum electionem fiunt,aut ex his quę excernūtur,per palatum.uel nares,uel aures,aut horum,qui ei dolores eueniunt,differentiis.

Signa cordis patientis. Cap.lxxvii.

Vę uero in corde fiunt,ex difficilis anhelitus ſpeciebus, et tremulis motibus qui ipſi contingunt,ex pulſibus quoq; eius,atq; arteriarum,ab excandeſcendi celeritate,aut tarditate,a febribus, et refrigerationibus, et in colore differentiis,ac eis qui ipſi adueniunt doloribus.

Signa hepatis patientis. Cap.lxxviii.

Vę autem in hepate,ex defectu humorum,atq; abundantia, et ad id quod p̄ter naturam euerſione,et colore malo,ac p̄terea ex permutatione naturę in his quę ad alimenti diductionem,aut ſuperfluitatum attinent excrationē, ſed et ex grauitatibus,et tumoribus,et doloribus,nō modo his qui in eo ortum habent,uerum et illis qui compatiendi ratione proueniunt,quēadmodū in aliqua,uel ſpiritus grauis,uel tuſſis ſpecie.

Signa uentriculi patientis. Cap.lxxix.

Ic et uentriculi affectus agnoſcitur ubi in cōcoctione, et appetitu humidi, uel ſicci alimēti,uel ſuperfluitatum excretiōe delinquitur.Ita etiam,ex ſingultibus,eructuationibus,nauſeis,uomitibus,et ipſis eorū quę euomuntur ſpeciebus.

Signa thoracis patientis. Cap.lxxx.

Ta et thoracis agnoſcuntur affectus ex ſpirandi difficultatibus,tuſſibus, et doloribus,qui in ipſo fiunt, et ex eorum q̄ expuūtur differentia.Sic et aſpę arterię ęgritudines,difficiles anhelitus,et dolor in loco,et quę expuuntur, et uocis offenſiones,oſtendunt.Secundum uero eādem proportionem, et in aliis omnibus accidit partibus,nam ex tumore,dolore, et operationum lęſiōe, et excrementorum differentia,ſumentur indicia.Excreſcentię aūt non naturales,in inflāmationibus,duriſq;,ac laxis tumoribus,et hereſipelatis,ſunt explorādę. Dolor aūt quēcūq; obſederit locum, aut continuitatis ſolutionem, aut ſubitam alterationem oſtendit. Soluitur autem continuitas inciſione,exeſiōe,fractōe,et tentōe. Alteratur uero ſubſtantia a caliditate,frigiditate,humiditate,ſiccitate. Lęditur autem operatio tripliciter,aut quia uix, aut quia uitioſę, aut quia nullo modo fit.

De differentia eorum quę excernuntur. Cap.lxxxi.

Vęcūq; autem excernuntur,nonnulla quidem ſunt ueluti partes patientiū locorū,nōnulla uero tā̄q̄ excremēta. Quę uero in ipſis naturaliter continētur,ſingula propriā faciēt indicationē.Dictū eſt aūt plenius de hiſce oībus in tractatu de mēbris paſſis,quē nullus ante nos,aut in artē redegit,aut ad abſolutā p̄fectionē deduxit,quēadmodū,et in oibus aliis euenit q̄bus initiū q̄dē aliq̄d ab antiquis ē datū nō tamē abſolutū ē opus.Aegrotātiū itaq; corporū ex tractatu illo indicia ſunt ſumēda.Eorū aūt qui in ęgritudinē lapſuri ſunt, et qui ſanitati reſtituendi pręſens doctrina complectitur.

Signa futurę ęgritudinis. Cap.lxxxii.

Orū igitur indicia q̄bus ęgritudinis p̄iculū iminet,mediā formam habent īter ea q̄ ſanis,et q̄ ęgrotātibus eueniūt,ſi q̄dē ſanis oia ſecūdū naturā iſūt, p̄ter naturā uero ęgrotātibus.In cōfinio aūt horū ea quę ſunt corporū neu

trorum indicia,quorum nõnulla quidem ſunt ex eorum genere quę ſecũdum natu ram,ſed uel qualitatibus,uel q̃titatibus, uel temporibus permutata, quędã autem ex his quę p̃ter naturam,at minora his q̃ ęgritudinibus adſunt. Atq; idcirco hę qui dem corporum diſpoſitiões,q̃ in ęgritudinem caſura mõſtraui, ſunt ex neutrorũ ge nere,atq; una ea q̃ ipſa indicant ſigna. Primo.n.hęc ſanitatem oſtendunt,ſecũdo aũt ęgritudinem,et fiunt eadem ſigna ſecũdum ad aliquid habitudinem,neutra,et inſa lubria, q̃ quidem p̃ſenté diſpoſitioné oſtédũt neutra,quę uero futuram p̃mõſtrãt, inſalubria.Eadem uero ratione,et q̃cũq; ęgrotantibus ſigna ſalutaria apparent dicẽ tur quidem ſalubria,quia futuram ſanitatem oſtendunt,dicentur etiam ęgra quate nus p̃ſentem oſtendunt ęgritudinem.Neq; in ambiguo eſt,ꝙ q̃ ſunt utrorũq; indica tiua,neutra dicentur,ſecũdũ unũ quoddam neutri uocabuli ſignificatũ. Neq; uero mirari oportet eadé ſigna tres in diuerſis habitudinibus ſeruare rationes,q̃ et ſalu bria,et ęgra,et neutra dicantur. Secũdum uero alterum ſignificatũ, q̃cũq; his qui a morbo referuntur inſunt,ſigna neutra appellamus,neq; in alio ſignificato accipiũt ea q̃ ſenibus inſunt,hęc quidem omnia pluribus,et conceptibus, et ratiõibus ſubii ciuntur.Quęcũq; uero his qui integra ſanitate fruuntur,inter ſalubria tantũmodo computantur. Et q̃cũq; ęgrotantibus inſunt, neq; futuram p̃nunciant ſanitatem, ſo li et hęc ęgrorum conceptui ſubiiciuntur.Sed de his quidem poſtea dicetur, nunc quę futuram p̃mõſtrant ęgritudinem prius exequamur.Cum uero ſit eorum diffe rentia duplex,prius ea pertractemus q̃ quantitatibus,qualitatibus,temporibus,nõ autem propriis ſpeciebus ab eo,quod ſecũdum naturam,euariant, ueluti ciborum appetentia intenta,uel diſſoluta,aut q̃ non ſeruet tempus conſuetum, aut q̃ ad edu/ lia non uſitata feratur,aut excretiones cibi ſuperfluitatum,q̃ aut pauciores,aut plu res,aut humidiores,aut duriores exiſtant.Sic humidorũ excrementorum,uel defec tus,uel ſuperabundantia p̃ter conſuetudiné naturalem,aut in colore,aut in conſiſté tia uarietas aliqua,aut in tempore excretionis,et uigilię plures,ac ſomnus,aut non cõſueto tempore. Eodé modo potus pluris,aut paucioris,calidi,aut frigidi,inſolens appetitus,ſicuti et circa rerum uenerearum uſum immodica,aut intempeſtiua con cupiſcétia,et plures,aut pauciores ſudores his qui ſint opportuni, et ad motus tor por,aut ſi moueri tentauerint grauitas,aut uehemens exſolutio, menſtruorũ occul tatio,uel imodica,aut diminuta euacuatio.Sic et quę ꝑ ora uenarũ(gręci hęmorroi das appellant) fit ſanguinis effuſio,ſed non eadem quę prius in cibo,potuq; uolup/ tas,ſunt futurę indicia ęgritudinis,hebetudoq; animi nõ naturalis, aut obliuio q̃dã incõſueta,aut sõni q̃ pluribus imaginatiõibus abũdãt,q̃ prius auditus,et odoratus uiſusue hebetiores, aut turbulétiores. Et ut ſimpliciter dicam q̃cũq; ſecundum na turam inerant, hęc quidem augmentata,hęc uero cõminuta, hęc uero temporibus quibuſdam,aut qualitatibus imutata.Si quidé et ipſius corporis moles, aut maior, aut minor,aut magis alba,aut magis rubra,quéadmodum liuidior,aut nigrior, ruc tuſq;,ac ſternutamenta,et flatus plures,aut pauciores his qui ſecũdum naturam,ſic et q̃cũq; per nares,uel palatum,uel aures,per quos meatus cerebrum expurgatur, uel temporibus,uel quantitatibus, uel qualitatibus imutata. Hęc igitur omnia ex genere eorum ſunt,quę ſecundum naturam, morſus quoq; uentris,uel in ore uentri culi,uel in aliquo inteſtinorum,aut cum aluus ſubducitur,aut cum uomitus excita tur,aut cum migitur,ſiue aliquis alius dolor moderatus, ex genere quidem exiſtit eorum quę p̃ter naturam,non tamen qui ita ſe habent,ęgrotare dicũtur,ſicuti neq; qui capite grauantur,aut dolent,aut uigilant,cum nõdum in conſuetis impediũtur opationibus.Hic.n.in huiuſcemodi diſpoſitionibus terminus eſt. Atq; idcirco ĩ eo q̃d ad aliq̃d eãdem diſpõnem ęgrã,atq; neutrã appellabimus.Nã ꝑ uigore potétię q̃ uel facile ſubſtinet,uel uincitur,unaquęq; ex his,quas ãtea diximus,uel morbus é, uel neutra diſpoſitio,ſic et q̃cũq; in ſenſibus,nõ in eo q̃d magis,aut minus inuicem differũt,ſed toto genere ſunt p̃ter naturã.Et hęc ſunt ſigna morborũ,donec modica fuerit,et nõdũ hominé a cõſuetis opibus ſufficiũt ãmouere, talia uero ſunt in guſtu q̃dem,cũ uel ſalſę,uel amarę,aut alicuius alterius q̃litatis ſapor nobis idicatur,ſiue ĩ cibus q̃ bibũtur,aut mãducãtur,aut p̃ter ꝙ aliq̃d aſſumatur,ſaliua ipa talis ſentia

tur. In odoratu autem quando alicuius unius qualitatis ſenſum habemus, nullo odore prȩſente, aut quum plura differentia narribus admouemus, omnia ueluti ſimilia ſentimus. Sȩpius uero nihil ſentimus, aut aliquid fetens, etiam ſi nihil adſit quod ſeteat. Quantum uero ad auditum ſoni, et ſtrepitus ad id quod pter naturam ptinét. Quéadmodum in uiſu quȩcũq; ante oculos apparere creduntur nigra, et atra, et cȩrulea, et ruffa, et rubra, et nõnulla rotũda, nõnulla autem oblonga, quȩdam gracilia, quȩdam craſſa oculis ptendi uidentur. In ſenſu autem tactus quum inȩqualitas aliqua, uel ſpiſſitudo, uel grauitas, uel tẽtio, uel torpida, uel ulceroſa diſpoſitio in toto corporis habitu ſentitur, ſic et ĩ ſingulis partibus, uel tentio, uel cõpreſſio, uel morſus, uel grauitas, quando modicȩ fuerint, ac minime firmȩ, neutram quidem diſpoſitionem adeſſe demõſtrant, futuram uero ȩgritudinem pnunciant.

Signa corporum ȩgrotantium. Cap. lxxxiii.

a T quȩ in iam ȩgrotantibus ſigna uidentur, ex quibus nonnulla ſalutem, nõnulla mortem portendunt. Prima quidem ſalubria, altera uero genere quidem ȩgra, ſecundum ſpeciem autem pernicioſa dicũtur. Sumuntur autem, ut uniuerſaliter dicamus, ex operationũ uirtute, ac uitiis, ſecũdum partem uero ex particularium operationibus, quarum genera antea diximus. Primum quidem eorum q̃ principia exiſtunt, ſecũdum uero illorum q̃ a principiis ortum habét, et tertium eorum quȩ ex ſe ipſis gubernantur, a principiis autem quaſdam deriuatiões habent. Quartum ſi quidem genus eorum q̃ tunc diximus, ex ſe quidem ad aliquid pnoſcendum inutile eſt, ſecũdum accidens autem, et ex his aliquando pcognitiones erunt, quéadmodum, et ex excrementis, ex his quidé compatiẽdi ratione, ex excrementis autem quoniam coctiõis, et incoctionis ſigna continent. Quare fieri nõ poteſt quin omnino ſignificent, aut naturam materiei, aut materiã naturȩ, aut neutrũ neutro dominari. Salubria quidem ſigna dicentur, natura ſuperante, inſalubria uero ſuperata, neutra autem q̃ pugnas habét ȩquales. Sed quȩ quidem manifeſtam indicant coctionem ex ſalubribus ſunt, ſicut q̃ cruditatem, ȩgra, q̃ uero, neq; coctioné, neq; cruditatem oſtendunt, ex neutrorum ſunt natura. Sunt uero et neutra quȩcũq; nunc quidem hoc, nunc uero contrarium ſignificant, ueluti digiti denigrati. Talia ſunt etiam critica .i. decretoria accidentia de quibus omnibus ĩ libris de criſi dictum eſt, ſicuti etiam de his q̃ ad unam quãq; attinent operationem, in his libris in quibus de cauſis accidẽtium agitur. Quare omnem horum ſingulorum materiam ex eiſdem libris colligere oportet. Ego uero prolixitati parcens, hic ſermoni de ſignis finem faciam, tranſgrediar autem ad illum qui de cauſis.

DE CAVSIS SALVBRIBVS, INSALVBRIBVS, AC NEVTRIS. C. lxxxiiii.

q VONIAM VERO ET HARVM hȩ qdé ſalubres, hȩ auté iſalubres, hȩ uero neutrȩ, primũ de cauſis ſalubribus erit ſermo, qa uero, et harũ, nõnullȩ qdé cõſeruatrices, nõnullȩ uero effectrices. Sũt autem et tẽpore, et dignitate priores conſeruatrices, incipiendum eſt a cõſeruatricibus. Quum igitur nõ unũ tantum ſit ſanum corpus, ſed plura, ut ſupra diffiniuimus, in eorum ſingulis ꝓpria erit cauſa conſeruatrix. Si quidem omnis cauſa in eo quod ad aliquid exiſtit. Hic igitur denuo ſumendum initium ab optima corporis conſtitutione, ac q̃ ei ſalubria ſint conſiderandum. Eorum autem inuentionem ipſius rei natura inſinuat. Si. n. impatibile, atq; inalterabile eſſet corpus, ſemper optima conſtitutio perduraret, neq; artis pſidio indigeret. Quoniam uero alteratur, corrũpitur, et uertitur, neq; eũdé ſeruat prioris ſtatus tenorem, ea ratione auxilium deſiderat.

Quot modis noſtrum corpus alteretur. Ca. lxxxv.

ſ Ecundum quot igitur alteratur modos, tot auxiliorum, hoc eſt cauſarum cõſeruatricium genera habebit, quas ex his quȩ dicta ſunt liquet eſſe ex correctiuarum genere. Sed quia paulatim correctiones faciunt, anteq̃ omnis ĩgruat noxa, non pſeruantes a futuro malo. ſed prȩſentis ſtatus conſeruatrices medici appellant. Alteratur igitur corpus a nõnullis quidem neceſſario, a quibuſdam uero non neceſſario. Dico autem neceſſario, quȩ nulla eſt euitandi ratio, nõ neceſſario autem reliqua, nam aerem quidem nos ambientem ſemper attingere, comedereq;,

ac bibere,et uigilare,et dormire ē neceſſarium.Enſibus autem,et exitialibus feris obuiare,non neceſſarium.Quare circa primum cauſarum genus uerſatur ars cor/ poris conſeruatrix,circa ſecundū autem,minime.Quot igitur numero ſint ea q̃ ex neceſſitate corpus alterant diſtinguētes, proprium in ſingulis eorum,cauſarum ſa lubrium genus inueniemus.Ineſt igitur unū quidem ex ambientis aeris adhęſu, al terum uero ex motu,et quiete,et totius corporis, et partium ſingularum, tertiū ex ſomno,et uigilia,quartum ex his quę aſſumuntur,quintum ex his quę excernūtur, et retinētur,ſextum ex animę affectibus. Ex his.n.neceſſe eſt aliquomodo affici cor pus.Ab aere quidē ambiente,quia aut calefit,aut frigefit,aut exiccatur,aut humec tatur, uel ſecundū horum patitur coniugationem, aut in tota alteratur ſubſtantia. Ex motu uero,et quiete, cum utraq; modum exceſſerint,aut calefactū,aut refrige/ ratum,aut humectatum, aut exiccatum,uel aliquid ſecundum horum patiens cōiu gationem. Sic et ex ſomno, et uigilia ipſum pati eſt neceſſarium ſecundum eandem rationem. Et ex animę affectibus. Ex his quę aſſumuntur, aut excernuntur, aut re tinentur,hęc ſi quidem omnia partim quidem euidenter,partim uero per alias cau ſas medias alterant corpus, et ſanitatem corrūpunt,et de horum ſingulis ſeorſum ſcripſimus in tractatu,qui de ſalubribus inſcribitur. Omnia igitur nūc dicta gene ra materię quędam ſūt ſalubrium cauſarum. At uſu opportuno adhibito cauſę fiūt conſeruatrices,atq; ſalubres,ſed ubi a modo deliquerit, inſalubres reddūtur. Vnde etiam liquet ex his nō alias ꝑter has aut ſalubres,aut inſalubres a nobis exiſtimari oportere,at eaſdem potius quandoq; quidem ſalubres,quandoq; uero inſalubres,in eo quod ad aliquid eſſe.Nam ubi motum corpus deſiderat,exercitatio quidem ſalu bris,ocium autem inſalubre,quum uero eget quiete,ocium quidem ſalubre,exerci tatio autem inſalubris.Eodem modo de cibis,et potibus,et de aliis omnibus ſtatuē dum.Horum.n.ſingula quando (ut neceſſitas corporis exigit) cum mēſura, ac qua litate opportuna adhibentur,ſalubria fiunt. At cum citra omnem neceſſitatem, ac ꝑtermodum afferuntur inſalubria.Atq; hę duę ſunt circa ſalubre, et inſalubre intē tiones,rei.ſ.q̃ adhibetur qualitas,ac quātitas.Neq;.n.eſt rationi conſentaneum,etiā temporis occaſionem,quę in his quę dicta ſunt continetur, ueluti tertium aliquod ab eiſdem diuerſum,introducere.Si.n.tali,et tāta re allata egeat corpus, nemini du bium quin etiam in tempore opportuno afferatur occaſio. Siquidem temporis ide ortum habet,quoniam fluxibile,ac facile mutabile eſt mortale corpus,ac pro tran/ ſmutationis modo aliis alio tempore eget auxiliis. Quare non eſt tertium aliquod ꝑter ea quę dicta ſunt,tempus. Sępius autem eo tāq̃ tertio quodam ob eam quā di ximus cauſam ad docendum uti conſueuimus.Quoniam uero in his ipſis intentio/ nibus,et alię cauſę ſalubres,et id quod propoſitum eſt genus continetur,rurſus eaſ dem repetamus.Optimę igitur corporis conſtitutioni cum circūfuſus aer fuerit in temperie poſitus,earum rerum de quibus nuper diximus,quietis.ſ.ac motus,ſōni, uigilię,et eorum quę aſſumuntur, atq; excernuntur, quātitas moderata conueniet. Cum uero aer a temperie receſſerit,tantum a mediocritate euariare oportet, quan tus fuerit ab optima temperantia receſſus . Hi uero ſunt mediocritatis termini,in aere quidem ambiēte,ut neq; horreat propter frigus, neq; ſudet propter ęſtum. In exercitiis āt,cū primum laſſari coeperit corpus,cōfeſtim quieſcere.In cibis autem coctionis perfectio,et excrementorum modus,in quali,quantoq; conueniēs,ęqualis uero in his quodāmodo eſt coctioni appetitus.Quare neq; ꝑſide egent,qui ſingulo rum quę aſſumuntur quātitem metiatur.Optima ſi quidem natura,quantum appe tit,tantum etiam cōcoquit.Sic et ſomno modum ipſa natura ꝑfinit, his qui optimā corporis conſtitutionem ſunt ſortiti, et tunc a ſomno excitantur, cum corpus am/ pliori quiete nō eget. Cūq; talem uictus rationem adhibuerint, nullum eſt in eorū excrementis delictum,quę uel per uētrem,uel per urinę meatus,uel per totum cor pus egeruntur. Nam priora quidem ex modo eorum quę aſſumuntur temperātur, totum uero corpus ſalubriter perflari facit exercitii uſus moderatus. Liquet autē ab ipſis caueri oportere,oēs animi imodicos affectus,uidelicet,irę,triſtitię,furoriſ, timoris,inuidię.Hęc.n.alterant,atq; a naturali ſtatu corpus auertunt.

De uenereis Cap.lxxxvi.

u Enereorum,uero iuxta Epicuri ſentētiam,nullus eſt uſus ſalubris. Re uera autem confert,ſi tantum interualli in eorum uſu adhibeatur,ut neq; reſolutio aliqua ſentiatur,et ipſe ſe ipſo homo quodāmodo leuior factus, ac melius ſpirare uideatur. Tempus uero ad utendum opportunum,cum in exceſſuum omnium mediocritate corpus fuerit conſtitutum. Cum.ſ.neq; ſupra modū plenū, neq; uacuū extiterit,aut ĩ calore,aut frigore,aut ſiccitate, aut humiditate exceſſerit corpus. Quod ſi aberrare contigerit paruus ſit error. Melius aūt illi calefacto, magis, q̃ ĩfrigidato,et pleno,q̃ uacuo,et humecto potius corpore,q̃ exiccato, uti uenereis. Horum autem ſingulorum quę dicta ſunt,qualitas in optima corporis conſtitutiōe eſt eligenda. Exercitii quidem in quo totius corporis partes ęqua proportione moueantur,ita ut non alię quidem ultra modum fatigentur,alię uero citra. Cibi autem, et potus optimam habeant temperiem. Sunt.n.naturę conuenientiores quę optima fuerit ꝑdita temperatura. Eadem in reliquis etiam eſt ratio adhibenda. At ſi quod ab optima conſtitutione defecerit corpus, non autem uehementer, et hę quę ipſiuſ ſanitatem cauſę conſeruant,proportione mutabuntur. Sed cum multa ſint huiuſcemodi corpora,per ſingula genera ſeorſum dicendum. Quod igitur in temperatura euariat,inſtrumentariarū autem partium ſeruat cōmoderatiōem,duplicem habet ſalubrium cauſarum formam,alteram quidem earum quę ipſius conſeruant temperaturam,alteram uero eam,quę ad optimam transferunt. Quę itaq; ipſius temperaturam conſeruant,tantum a cauſis optime temperatę naturę diſtabunt quantum et totius corporis temperatura ab illa euariabit. Calidiora ſi quidem corpora calidioris uictus rationem expoſcūt. Frigidiora autem frigidioris,et ſicciora ſiccioriſ, et humidiora humidioris,ac ſecundum coniugationem calidiora,ac ſicciora calidioris,ac ſiccioris,eadem in reliquis etiam coniugationibus proportione ſeruata. Recte ſi quidem cauſarum utetur materia,qui naturales earum potētias agnouerit, ueluti ꝙ motuſ,defectus alimēti,uigilię,excretio,et oēs animi affectuſ corpus exiccāt, at quę his contraria exiſtunt,humectant. Ita uero et calefacientia, et refrigerantia uitę inſtituta,et ciborum,ac potuū,atq;,ut ſimpliciter dicam,omnium quę corpori afferuntur,materias quis noſcens,atq; potentias,ſalubribus utetur cauſis, ſimilia ſimilibus afferendo,ſi quidem eius propoſitum fuerit in eodem ĩ quo acceperit, corporis ſeruare temperaturam. Qđ ſi permutare,atq; ad melius traducere ſtatuerit, alterum eſt hic ſalubrium cauſarum genus, his quidem quas nuper diximus cōtrarium,ęqualiter uero declinās ad alteram partem,a bene temperatis, et mediis, quę optimis conuenire naturis dicebamus. Calidior ſi quidem,ac ſiccior temperatura, a calidioris,ac ſiccioris uictus ratione ad exactiſſimum bonę temperaturę habitū minime transfertur. At talium erit uſus neceſſarius quę tantum eis,quę bene temperata exiſtunt frigidiora ſint,atq; humidiora, quantum et natura naturam in caliditate,et ſiccitate ſuperabat,nam tale cauſarum genus naturales corrigit intemperantias,alterum uero de quo ſupra diximus temperaturā cōſeruat. Eſt autē utriuſq; uiciſſim apud medicos uſus neceſſarius,nam cum plurimū ſuppetit ocii,corrigere oportet,ac ſenſim ad meliora transferre. Neq;.n.natura patitur eas quę ſubito fiūt alterationes,hominem autem neceſſariis occupatiōibus diſtrictum, in eodem ꝑſtat habitu conſeruare. Quo pacto igitur et hoc ipſum primum cauſarum genus conſeruatiuum appellamus?nam forte magis alteratiuum,et curatiuum,et naturalium defectuum correctiuū uocare conueniat. Quoniam ad uniuerſum ſanitatis genus referentes,non ad eas quę ſecundum ſpeciem differentias quęcūq; ſanos conſeruant, cōſeruatiua omnia uocamus,ſiue ꝑter id ꝙ ſanitatem conſeruant ad melius totam traducant temperaturam, ſiue priſtinū tantūmodo habitū tueātur, at quę deteriorem ſtatum efficiunt,inſalubria. Quęcūq; igitur ſimilē habent in omnibus corporis partibus intemperiem,eadem egent procuratione,quę uero diſſimilem,diſſimili. Nam fieri poteſt ut uentriculus frigidior ſit,q̃ oporteat,caput uero calidius, atq; utrūq; propriis egeat auxiliis, ac ratione eadem ſingulę alię partes cum fuerint, aut ꝑter modum humidiores,aut ſicciores,aut calidiores,aut frigidiores, ſuę intēperiei uic

rum exigunt accõmodatum. Neq; igitur modo eodem omnes tales corporis partes exercebimus, neq; ęqualiter humectabimus, aut exiccabimus, aut tale aliud q̃ppiã agemus. Plenius uero de his diximus uolumine illo, q̃d de ſalubribus inſcribitur.

De cauſis ſalubribus partium inſtrumentariarum. Cap. lxxxvii.

f Inſtrumentariarũ autem partium cauſę ſalubres, quẽadmodũ et hic ab optima conſtitutione delinquitur, ita et inuicẽ diſtabũt. Alię. n. ſunt ſalubres erroribus qui in formatione conſiſtũt, alię his qui in magnitudine, uel numero, uel poſitu. In formatione igitur plures contingunt errores, nam et figura partis, et ſi qua in ea cauitas ẽ, ſecundum naturam, uel meatus, uel orificium, uel aſperitas, uel lenitas, quãdo a naturali mediocritate receſſerit. Si quidem parum hoc patiantur, ſalubrium corporum retinent apellationem, ſi uero amplius, inſalubrium. Q d' ſi tantus fuerit receſſus, ut operationi afferat detrimentũ, iã ęgrotare dicẽtur. Secundum quãtitatem aũt exceſſus, atq; defectus ad eaſdem ducit differẽtias. In numero uero, ſiue una, ſiue plures quęcũq; ex ſimilaribus partibus fuerint, aut deficiant, aut ſuperabundent. Ex hoc genere etiam ſunt quęcũq; in nobis ſubſtantię p̃ter naturam cõſiſtunt. Reliquũ eſt aliud genus, quod ad ſitum cuiuslibet ſimplicis attinet partis, in quo et ipſo quattuor ſunt omnes differẽtię, prima quidem quę optima exiſtit, ſecũda uero quę parum euariat, atq; ideo ſalubre adhuc efficit corpus, et tertia quę inſalubre, quando amplius a modo receſſerit, et quarta quę iam ęgrũ receſſu plurimo reddit. Q ucũq; igitur partes in figura delinquunt, ueluti quę bleſę, uarrę, et obliquę appellantur, hę quũ nuper natus adhuc tenellus eſt, formatiõe, atq; alligatione, ad naturalem traducuntur habitum, q̃ ſi iam aucto infante ad duritiem peruenerint emendari non poſſunt. Sic errores quidem qui ad cauitatem attinent, cum adhuc augeri perſeuerant correctionem admittunt. Cum autẽ iam ad ultimum peruenerint, nullus ẽ remedio locus. Cauitates igitur quiete, atq; alligatiõe paruę redduntur. Magnę uero partium operatione, et ſpiritus retentione, ſic et quęcũq; foramina, oraq;. Et quidem quę naturalem magnitudinẽ partes exuperant, q̃ete, ac cõmoda alligatione minores redduntur, augentur autem et naturali motu, et frictione moderata, et quibuſcũq; aliis plus ſanguinis attrahere natura aptis. Deficientes uero partes q̃cũq; ex ſanguine ortum habuerunt, corrigi quidem non ẽ impoſſibile, quę autem ex ſemine, prope modum impoſſibile exiſtit, licet tamen aliquando loco eorum alia facere quę uſum haud diſſimilem p̃ſtent. Earũ uero omniũ natura opifex eſt, medicus autem miniſter. Q uę uero numero excedunt, his ablatio cauſa ſalubris exiſtit. Inſpicere uero oportet in quibus id fieri poſſit. Nam ſi impoſſibile appareat, tranſponere tentãdum ẽ. Eadem eſt et eorum quę in ſitu uitia ſunt emendatio, neq; in obſcuro ẽ q̃ duo ſępius, aut tria uitia eãdem partem poſſunt occupare, ſicuti in eo qui uentriculum paruum ſimul, atq; rotundũ, atq; aduerſus ſeptum habuit incũbentem. In ipſo etenim, magnitudo, formatio, ac ſitus erant deprauati, temperatura quoq; frigidior exiſtebat, hic nullo artificio ad naturalem habitũ trãsferri poterat, at ne adeo infeſtaretur erat remedio locus, nam quoniam repleto uentriculo difficultate ſpirandi p̃mebatur, minus cibi, at magis alimento opportuni, et qui nõ difficulter ſubduceretur, ter die aſſumebat. Alteri uero cui obſtructio in hepate ob uaſorum anguſtiam ſępius contingebat, extenuans uictus pro remedio inuentus eſt.

De ſolutione continuitatis. Cap. lxxxviii

r Reliquum igitur id morbi genus eſt, quod et ſimilaribus, et inſtrumẽtariis partibus cõe exiſtit, ſolutio. ſ. continuitatis quam quiſpiam forte his unq̃ adeſſe negaret qui integra ſanitate fruuntur, quoniã ſemper ſit paſſio. Q uẽ ſane latet eandem in omnibus generibus fore dubitationem. Niſi. n. operationis lęſio ſenſibilis, ſanitatem ab ęgritudine ſeperet, ſed qualitatem tantũmodo diſpoſitionis introſpiciamus, perpetuę paſſibilitatis dogma neceſſario recipiemus, cum nullus ſit qui omnes operationes optimas habeat. Sed de hoc quidem, ut quod ad logicam potius pertineat contemplationem, ſeorſum cõſideretur. Salubres uero cauſas, ut his quos nemo dubitat ęgrotare, deinceps percurramus, a mala temperatura exordiũ faciẽtes. Hic uero prius diſtiguamus quę omnes fere medici p̃termittunt

alias quidem eſſe ſalubres cauſas eius intemperaturę,quę iam facta eſt,alias autem illius,quę et adhuc fit,ſicuti etiam alias eius, quę futura eſt.Huius itaq; poſtremę, hę quidem in ꝓſeruatiua artis parte continentur, hę uero in ſalubri. Primę autem inter omnes ĩcuratiua tãtũmodo,ſed eius,quam mediam inter utrãq; locauimus in ꝓſeruatiua,et curatiua.Iam.n.factam,atq; exiſtentem ęgritudinem curare oportet, ſed quę nõdum quidem adeſt,at futura eſt,prohibẽdum eſt ne fiat,ab ea quę eſt in corpore diſpoſitiõe.Eius autem quę adhuc fit,quod quidem factũ ẽ curare opus ẽ, quod autẽ futurum prohibere ne fiat.Prohibebitur autem ſublata ea diſpoſitione, quam ſequi natura apta eſt.Talis uero diſpoſitio cauſa antecedẽs appellatur. Facta autem ęgritudo curabitur ſoluta ea diſpoſitione a qua primum,ea quę ſecũdum na turam lęditur operatio,quam quidem et ipſam morbi eſſentiam dicimus eſſe.

De cõmuniſſima intentione curatiua. Cap.lxxxix.

Vratio uero unam ꝑcipuam,ac cõmuniſſimam habet intentionem,ad id q̃d
c eſt diſpoſitioni auferendę contrarium.Ex hoc ſi quidem genere ſunt cauſę illę omnes quę ſanitatem efficiunt. Secundum partem uero, ex unicuiq; di ſpoſitioni contrariis. Calido igitur affectui,cauſa frigida contraria exiſtit, frigido autem calida,eadẽq; in cęteris proportione.Et.n.ſi omne imoderatum eſt ꝓter natu ram, moderatum uero ſecundum naturam, neceſſe eſt omnino, ut imoderatum ab imoderato contrario ad mediocritatem redigatur. At manifeſtum eſt ꝙ ſecundum potentiam,non autem imaginationem,et calefaciens,et refrigerans,et quęcũq; alia huiuſcemodi oportet aſſumere.Voco autem ſecundum potentiam,quod re ipa uere tale exiſtit,quale eſſe dicitur. Secundum imaginationem autem,quod ex prompto quidem ſenſu tale eſſe imaginamur,cum tamen uere tale nõ ſit.Sed qua ſint hęc ra tione diſtinguenda,diximus in his libris,in quibus de ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur.Ad iuentionem autem ſalubrium cauſarum,quęcũq; quidem, ut ad eam quę iam facta eſt ęgritudinem, cauſę ſalubres exiſtunt, uia illa doctrinę utendum,qua id quod imaginamur,ab eo quod talem habet poteſtatem,ſeperatur. Quęcũq; ue ro,ut ad eam quę adhuc fit,et hac eadẽ uia,atq; illa ꝓterea,ex qua ęgri tudinum cauſę inueniuntur.Eſto.n.ſi ita cõtigerit in humoribus putreſcẽtibus ac cendi febrem.Indicatio in huiuſmodi eſt euacuatio,atq; alteratio, hęc quidem quę putredinem finiat manente adhuc ſubſtantia,euacuatio uero quę totam ex corpore ſubſtantiam educat. Sed dicta quidem alterationis ſpecies concoctio exiſtit, quam ubi inuenerimus a quibus nam cauſis fieri contingat, tũc utiq; eorum quę hoc pac to ſalubria ſunt ſcientiam tenebimus . Euacuationes autem fiunt,et per ſanguinis emiſſionem,et clyſteris uſum,et per urinę uias,atq; eam quę per cutem fit tranſpi rationem,ac ꝓterea per eam quę fit ad partes oppoſitas attractionem, atq; ad alias propinquas deriuationem.Nam et ad hoc idem genus pertinet citare mẽſtrua,atq; ora uenarum,quę gręci hęmorrhoidas appellãt,aperire, ac per palatum, nareſq; ex purgare.Cum igitur et hic materias inuenerimus,quibus in qualitate,et quantita te,et modo uſus,adhibitis,euacuatio fit,in ipſa artis parte ſalubria inueniẽtur,atq; eorum omniũ inuentio traditur in eo uolumine,quod de arte curatiua inſcribitur. Eadem ratiõe in aliis tribus intemperaturis,ſi unum cõe ꝓceptum obſeruabimus, ut unãquãq; prius quę efficit cauſam reſcindamus,deinde ita ad illam quę ab eadẽ cauſa facta eſt,ęgritudinem accedamus,cauſarum ſalubrium inuentiõem faciemus. Secundum uero compoſitas intemperaturas,ex ſimplicibus cõpoſitio cõmoſtrabit ſalubria ꝓcepta,cum hic quoq; ſtuduerimus pro magnitudine intemperaturę eidẽ conueniens inuenire remedium. Veluti ſi ita contigerit ꝙ in decem quidem nume ris ad caliditatem maiorem ea quę naturę conueniat, decidat corpus, ſeptem uero ad ſiccitatem maiorem,tunc ſalubrem cauſam in huiuſcemodi affectibus eſſe opor tebit,decem quidem numeris frigidiorem,ſeptem uero humidiorem.Si igitur ipi particulę patienti admoueatur tale remedium,tanto erit frigidius, atq; humidius, quantum exigit partis affectę indicatio. Qđ ſi particula affecta in penitioribus lo cis ſita ſit,machinari oportet inſuper tale iuenire ſalubre remedium,cuius uis ne- quaq̃ in itinere antea ſoluatur. Si itaq; calidius eſſe oportuerit eo quod eſt modera

tum,non ſolum tantam habeat caliditatem,quantam exigit morbus, ſed ultra eandem menſuram tantum adiiciatur, quantum ex ſitu,ut pertingere poſſit ad locum patientem,ſit neceſſarium. Si uero frigidius,non ſimpliciter tantum frigiditatem oportet augere,ſed et materia quoq; prius eſt animaduertenda.Si.n.craſſa ſit,nõ ad modum poterit ad profunda penetrare,at potius contrarium pſtabit effectum,ſpiſſando ſuperficiem,atq; denſando.At ſi tenuioribus partibus cõſtet,poterit ſine plurimum ſubire profundum.Idem in humectantibus,atq; exiccantibus accidit, in q bus craſſitudo,atq; ſubtilitas partium ſubſtantię eſt inſpicienda. A ſitu quidem loci,ut nuper diximus inuenit indicatio ſalubre remedium. A formatione autem,et ſitu ſimul quando effluxus ſenſibiles,atq; ad alium locum foraminibus patentes habuerint,aut his omnino caruerint.Quos.n.effluxus ad principales defferri partes cognouerimus,auertemus,atq; ad illas impellemus quę nullum habent principatũ. Illud uero manifeſtum,q earum quę intemperaturam efficiũt cauſarum,curatio fit per euacuationem, nam ipſę intemperaturę ſola alteratione ſanantur.

Curatio ſolutionis continuitatis in parte carnoſa. Cap.lxxxx.

Ontinuitatis autem ſolutionis,curatio intentionem quidé habet unionem,
c quę in partibus quidem inſtrumentariis impoſſibilis eſt, in ſimilaribus uero non ſemper poſſibilis.At quandoq;,ſicuti in carnoſis ſanitas conglutinatione perficitur,nihil uero differt,neq; ſi coalitum appellaueris. Ipſam uero antecedit,quando uulnus maius extiterit partium applicatio diſtantium,quę ex formationis genere exiſtit,ut autem hęc ipſa firma,ac ſtabilis fiat,et alligatio cogens i unum quę diſtant,et fibulę,et ſuturę utiles ſunt.Coaleſcere autem facit ea quę inuicem diſtant,ac priſtinam reſtituit unitatem ipſa natura. Noſtrum uero opus eſt,ut diximus applicare extrema diſtantium partium,atq; ita ut in unum coacta ſunt,cõſeruare,et tertio loco cauere ne quid labris ulceris intercidat,et quarto ipſam ptis ſubſtantiam conſeruare ſalubrem,ſed quo pacto,et primum,et ſecũdũ impleamus , officium,dictum eſt. Tertium uero in cogendo i unum partes diſtãtes exequemur, ſi nihil extrinſecus incidere permittamus,quoniam ſępius uſu euenit,ut pilus, aut oleum,aut aliqua alia humiditas interueniens earum quę copulandę ſunt partium, unitatem impediat.In eo autem quod ſequitur tempore per ſuffluxiones tertia intentio retinetur.Ipſam uero ſuffluxionem ex eiuſdem,et contrarii loci diuiſione,et figura opportuna comparandum.Partis autem ſubſtantiam ſalubrem cum mediocriter exiccantibus conſeruabimus.Hęc quidem eſt ſolutę cõtinuitatis curatio, cũ ipſa ſola ſeorſum in carnoſa parte conſtiterit.Q đ ſi alicui alteri morbo cõiungatur, plures ſunt indicationũ intentiões quas in compoſitorum,uel complicatorum, ſiue ut cuiq; appellare libuerit doctrina trademus.In pſenti autem ſermõe ad reliquas unitatis ſolutiones accedendum .

De ſolutione continuitatis in oſſe. Cap.xci.

Ractio igitur eſt continuitatis in oſſe ſolutio, quę quantum ad intẽtionem
f primam, inſanabilis exiſtit. Quo ad ſecũdã uero quodãmodo ſanabilis fit. Prima igitur intentio eſt coalitus partium qui ob oſſis duritiem fieri non põt.Secũda alligatio quę fit callo ſupernato partes fractas alligante.Calli autem generatio qua quidem ex materia,et a natura fit,eſt et ad alia cõis.Qua uero formam oſſi uicinam habet,ex eiuſdem fit alimento.Molle uero,et puerile os coaleſcere põt. Sed perraro fit talis affectus,quin cum altero ſotietur. Magna .n. ex parte muſculi adiacentes una corporibus aliis fractis oſſibus patiuntur.Quare et curationis intentio oritur duplex,quarum altera quidem circa oſſa,altera uero circa corpora adiacẽtia uerſatur. Sed hęc quidem in carnoſarum partium complicatis dicetur affectibus, nunc uero de fractionibus dicendum.Quoniam.n.harum ſanitas calloſitate p curatur, ut callus generetur,proprii oſſis alimẽti ſuperfluitatem naturę ſuggerere oportet,hanc uero ſupfluitatem in qualitate,ac quãtitate ſeruare modum é neceſſarium.Vnde et ratio uictus eſt adhibenda quę tantum, ac talem influere oſſibus ſanguinem pręparet,qualis,et quãtus generando callo ſit opportunus. Quoniam uero per fracti oſſis cauernas idem effunditur ſanguis,eiuſdem qualitatem,et multitudi

nem animaduertere oportet,atq; ita uel ſicciorem,uel humidiorem uictũ inſtituere,Sed hęc oia in libris,in qbus de curãdi ratiõe tractatur,plenius ſunt explicata.

De punctura nerui,et chordę. Cap.xcii.

n Erui uero,et chordę punctura,propter ſenſus uehementiam,et quoniã hęc pars principio continuatur, prompta eſt ad neruorum conuulſionem excitandam, ac tum pręſertim, cum nihil extrorſum expirat obcęcato cutis uulnere. Aperiendum eſt igitur,atq; exiccandum ſubſtantia tenui quę uſq; ad ima nerui offenſi poſſit penetrare.De his uero exacte diximus in libris de arte medẽdi conſcriptis.In ſimplicibus quidem huius generis affectibus, ſalubrium cauſarum forma talis exiſtit.In compoſitis uero complicatur ulceribus,prima quidem cauitas quam nõ alterum affectum,ſed ulceris differentiam eſſe arbitrantur. Eſt autem non differentia huiuſcemodi res, ſed alterum aliquod totius ęgritudinis genus, in quo ipſius ſubſtantię iactura facta eſt.Et quidem curatio in duplici morbo,duplicẽ exigit intentionem.nam continuitatis ſolutio,unitate,ſubſtantię autem iactura,generatione indiget.Paulo uero ſupra generationis intentiones expoſitę ſunt. Q d' autem primum quidem hunc affectum oporteat ſanare, demum unitatem reſtituere tentare,ipſa rerum natura cõmonſtrat.Cum itaq; repletum quidem fuerit cauum, ulcus uero ad ęqualitatem perductum, alteram intentionem aboleri contingit. Nã media exiſtente inter labia ulceris ea carne quę nuper eſt genita,partes quidem diſtantes uniri eſt impoſſibile,unde fit ut alia ſit intentio perquirenda. Intentionem autem conſequemur,ex eo quod eſt ſecundum naturam ipſi parti comparãdo, erat autem eidem cute obduci naturale.Quare hoc ipſum a nobis procurandum, aut ſi hęc intentio effectum ſortiri non poteſt,ſimile aliquid cuti,carnem.ſ. quę cutis naturę uicina ſit,inſtaurandum.Eſt autem huiuſmodi quę et ſicca,et calli ſimilitudinem prę ſe fert.Ad cicatricem igitur obducendam neceſſarię erunt exiccantia, ac ſine mordacitate adſtringẽtia medicamina. Ita et ſi ſordities aliqua fuerit adnata, intentio quidem erit abſtergendi,et erit medicamen ſalubre abſterſiuum. Eorũdẽ uero materiã in libris,in quibus de medicaminibus agitur,ſcripſimus.Et quidem ſi aliqua inflãmatio,uel attritio,aut tumor ꝑdurus, uel mollis, et laxus cum ulcere fuerint,prius eorum curationi intẽdere oportet,eas ſequendo uias, ac rationes quas prius expoſuimus.Sic et ſi aliquid ulceri illabitur,ad illabẽtium curationem intendẽdum.Eodem pariter modo ſi aliqua intemperies ulceratum locum obſederit, ad eiuſdem intemperiei remedia antea ueniendum. Sed de his quidem ſatis.

De ſpeciebus morborum ſecundum formationem. Cap.xciii.

n Vnc uero tranſeundum eſt ad formatiõis genus,quod in plures ſecatur differentias.At ab eo quod euidentiſſimũ exiſtit exordiũ eſt ſermonis faciendum,quod ex figurę permutatione contingit.In his igitur qui adhuc creſcunt, poſſibile eſt plurium partium figuram emẽdare, in his autem qui iam aucti ſunt minime.Intentio tamen quoad fieri poteſt curationem adhibere ad contrariũ euerſionis adducendo.Si uero fractione aliqua non recte conformata,alicuius membri figura fuerit uitiata,cui ſubſtantia calloſa inaſci ꝑuenerit,ſi quidem hęc adhuc recẽs extiterit,ꝓfrigere oportet,ac rurſus recte afformare,deĩde callũ ſupiducere.

De obſtructione. Cap.xciiii.

e St uero et obſtructio ex eodem genere ęgritudinũ,quę quidem ex lẽtis, et craſſis humoribus fit,unam et ipſa habens intentionem morbo cõtrariam, dico autem apertionem.Cauſę uero ſalubres ſunt abſtergẽtia, atq; incidentia medicamina.Quę uero fit a ſtercore duro,qđ interſepit inteſtinum, primũ quidem habebit duritiei remedium ex humidis, pinguibuſq; clyſteribus, demum ex acribus euacuationem expoſcet.Quę autem a lapide fit in ueſica,in pręſenti qdem tranſpoſitionem requirit,integrę uero ſanitatis cauſa inciſionem,et extractionem. Humiditas autem quę pręter naturã continetur,ſanatio in omnimoda euacuatione conſiſtit,quẽadmodum etiã in ſuppuratis.Immodica autẽ repletio ĩmodica euacuatione curatur,ut cum ſanguis intra uenas redundat. Sic et quibuſcũq;, uel in uẽtriculo,uel in inteſtinis, uel arteria aſpera, uel pulmone, pus, aut ſanguis continetur,

integra euacuatio eſt neceſſaria,ſuperflui autem cibi,aut potus adhuc recẽtis aſſũptio euacuatione corrigitur.Quęcũq; igitur in pulmone,uel pectore continentur,cũ tuſſi educũtur,aut a medicaminibus extenuantibus. Quęcunq; uero in hepate,uel uenis,uel arteriis,uel renibus,aut per urinam,aut per uentriculum. Sed per urinã quidem,ab his quę uehementer extenuant,per uentrem uero,ab his quę attrahẽdi, aut aperiẽdi ora uim habent. Quęcũq; uero in ſuperiori uentre comprehendũtur, per uomitum,quę autem in inferiori, per ſubductionem.Sed quęcũq; ſub cute per ſectionem,uel ignem,aut per medicamina adurentia. Sic uero aliquando quęcũq; ĩ aliqua naturali cauitate,ut ĩ thorace. Et ut ſummatim dicam,quicquid pręter naturam in aliquibus partibus continetur,ſanatiõis intentio eſt ablatio, quę ſi fieri nõ poſſit tranſpoſitio.Quę uero non ſunt ex genere pręter naturam, at quantitate dãnantur,in his intentio eſt abeuacuatio. At inuentio eorum quę ad ipſorum ſanationem perducunt,partim quidem ex affectu, ſed pręcipue ex ipſis affectis particulis ſummitur.

De aſperitate,et leuitate Cap.xcv.

q Vęcũq; partes uero ob id ꝙ exaſperatę naturalem amiſerint habitum, his leuitas naturalis eſt reſtituenda,oſſa quidem leuigando,arteriam autem,et linguam leniendo,humidis quę nihil mordeant,et lentorem habeant.Sed q buſcũq; leuitas ineſt non naturalis,aſperitas eſt reuocanda,medicaminibus,quę ſufficienter abſtergant,et parum adſtringant.Quęcũq; uero,uel obſtructiones, uel anguſtię meatuum,alias ſequuntur ęgritudines, ab illarum curatione prius ẽ incipiẽdum.Oſtenſum ſi quidem ẽ in libro de differentiis morborum,ꝙ et inflammationibus,et duris,laxiſq; tumoribus, et ſiccitatibus, aliquando ĩmodicis, ac pręterea uitioſis partium continentium figuris,ea quę nuper diximus, ſępius adueniunt, ſicuti et quibuſdam tumoribus eorum quę ſunt in ambitu corporum . Qđ ſi nõnulla ex proxime dictis inuicem complicentur,uarias habebunt indicationes. Sufficiet autem in uno exemplo habuiſſe ſermonem, quoniam de omnibus in libris de arte curandi plenius ſumus exequuti.Supponatur cuipiam particulę multitudinem ſanguinis influi,adeo ut intendantur in ea uenę,non maiores tantum, ſed etiam paruę quę prius ſenſum effugiebãt,nunc uero iam plenę uiſu comprehẽduntur, ſicuti plerũq;,in oculis ob tunicę albedinem manifeſtiſſime patet. Par ſi quidem ẽ,ꝙ et alia uaſa quę latẽt ſenſum,iam plena diſtẽdantur,nõdum et ipſa ob puitatẽ uiſui manifeſta,et iam piculũ ĩminet,ne qđ ex uaſis exſudat, ad ſpacia uacua quę in medio ſunt effundatur,aut ne iã parum aliqđ ſit effuſum. Huius quidem affectus ſanatio intentionẽ habebit euacuationẽ, aut (ut manifeſtiori uocabulo utamur) abuacuationem, ſi quidẽ morbus erat ĩmoderata partis repletio.Neceſſarium igitur ẽ, ut aut ſuperfluitas retrocedens euacuetur,aut ꝑ ipſam patiẽtẽ particulã.Retrocedet autem,uel impulſa,uel attracta,uel tranſmiſſa,uel horum uno aliquo modorum, uel omnibus. Per locum uero patiẽtem euacuabitur,partim quidẽ manifeſte,et ſenſibiliter,parti uero in uapores reſoluta.Si igitur uniuerſum corpus plus ęquo plenum fuerit,per patientem locum minime euacuandũ.Nam ſi ſcarificationibus,aut ſectionibus ſenſibiliter euacuabimus,plus,ratione excitati doloris,attrahemus.Si uero calefaciẽtibus diſpergere tentabimus,plus erit id quod ui caloris ad partem attrahetur,ꝗ diſperſum.Qđ ſi in eo elaborabimus,ut quod influxit retrocedat,corpus plenum nõ admittet.Ad hęc igitur ambo totum corpus euacuare oportet,aut omnino ad contraria loca retrahere,quod patienti particulę ĩfluit,quo perfecto opere,prius a parte repellendum,mox diſpergendum. Quanto.n.per minora fit tanto expeditior eſt euacuatio.A patiente uero loco adſtringẽdo,ac refrigerando,repellemus, ſed et exinanita loca attrahunt ad ſe ipſa quęcũq; repercutiuntur. Hoc ſi quidẽ oſtenſum eſt in eo uolumine,ĩ quo de potẽtiis naturalibus agitur, et uaſa ꝑterea uigore ex medicaminibus adſtringẽtibus addito,a ſe ad alia remittẽt. Si igitur hac uia ſupfluũ oẽ retroceſſerit,bene ſe res habet.At ſi aliqd fuerit in pte retẽtũ, cõiecturãdũ erit id, lẽtũ,ac craſſũ exiſtere,atq; ea rõne iã coactũ,atq; adſtrictũ,ut cum difficultate ſolui poſſit.Fieri aũt põt,ẽt ſi nõ eius naturę ſit,ut ad ſpacia quę in medio,ſit effuſum,in quo caſu tunc ad id ueniẽdum eſſe tẽpus ſuadet, ut hoc ipſum quod reliquũ eſt per

patientem locum euacuemus,imponendo ſupra iacentibus partibus ea,quę influentem humorem repellendi uim habent. Maxime uero euacuabis, ſi i ſpatiis intermediis aliquid contineri coniectura aſſequeris,et ſcarificationum auxilio,et medicaminum quę uim habeant diſpergēdi. Sed quoniam hęc omnia uires calidas habēt, eiuſdem uero temperaturę opus ē mordere quando modum exceſſerit, cauenda ex eis ſunt uehementiſſime calida, ac tum prȩſertim cum patiens locus inter ſumma fuerit,neq;.n.paruus excitabitur dolor,ſi prȩter proprium affectū inſuper mordeatur,omniſq; prȩterea dolor fluctiones cōmouet.Quod igitur mediocrem calidilatē obtinet,in his ſenſum doloris non inuehit,atq; eo amplius omni dolore uacat, ſi humidum extiterit. Et quidem quicquid per ſumma hęret,potēs ē id medicamen diſpergere,quod etiam ualidas non habuerit ad diſpergēdum uires. Qđ ſi ſummę q̄dem partes omni noxa caruerint, id uero quod euacuari oporteat in penitioribus partibus fuerit,intendendus,atq; augendus diſpergentis medicaminis calor,cū dubitandum ſit ne priuſq̄ ꝓfundas attigerit partes,interim uires amittat,neq; tamen ex eo ſuperiores partes aliquem dolorem ſentiēt cum omni uacent affectu. Quare nunc hęc duo ſimul iuitāt ad calidorum pariter, atq; acrium medicaminum uſum, et ſummę partes quę tolerant,et profundę quę egent. Hęc igitur ex patiente particula indicatio aſſumebatur. Deinceps uero,ſi quid ad ſanitatem deficiat,conſideremus,neq;.n.paruum aliquid deeſſe uidetur.Affectę partes,in quibus fluctionis ſuperfluitas retinetur,nōnullę quidem rarę,et laxę,et molles natura exiſtunt, nōnullę autem denſę,et preſſę,ac durę.Priores igitur facile euacuantur,reliquę autem acrioribus euacuantibus,ac prȩterea tenuiores partes habentibus,egent,atq; eo etiam magis,quanto profundiorem ſitum habuerint.Hęc igitur tibi rurſus ſit indicatio,altera a particulę patientis ſubſtantia, alia uero a formatiōe ſimul, ac ſitu.Supponatur enim,ſi ita contigerit,in hepate eſſe proxime dictum affectum,in anguſtis uaſorum finibus intruſis humoribus,qui uel lenti,ac tenaces,uel craſſi exiſtant,uel ſuperabundent.Nōne in promptu ē,primum quidem craſſitiem,una cum lentore,et tenacitate,cibis,ac potibus extenuantibus,ad ſubtiliorum partium ſubſtantiam transferri oportere?Secundo autem loco non per anguſtos,atq; inuiſibiles,ſed latiores meatus quicquid infeſtum exiſtit,eſſe euacuandum?Sunt enim in hepate uenę non minus amplitudine,q̄ numero excedentes,terminantur autem hę quidem i gibbis ad uenam cauam,hę uero i cauis ad portam. Vnde haud difficile tibi futurum ubicūq; preſſi, ac ſtipati humores fuerint, eoſdem expedite euacuare,trahendo quidem ad uentrem cum his quę attrahendi uim habent medicaminibus,quicūq; ex ipſis i uenis ad caua hepatis pertinentibus acceruati,ad urinę uero meatus promouendo p cauam uenam quicūq; in uenis ad eam pertinentibus ſunt. Sed prȩter ſupradictas alia eſt indicatio ab hepate ipſo,ueluti a uenarum principio, nam cum non tantum ſe ipſum regere natura aptum ſit,ut pleręq; animalis partes,ſed uenis prȩterea uirtutem largiatur,periculum iminet,ne ſi eius uigor madefactionibus, ac relaxantibus cataplaſmatibus fuerit reſolutus, et ipſum primum,ad ſui opus, atque omnes ſubinde uenę eius ratione imbecilles efficiātur.Quare in eius curationibus aliqua ex adſtringētibus medicaminibus miſcere oportet. Sed quoniam in profundo admodum loco ſitum eſt,dubitandum erit ne adſtringētis medicaminis uis debilitetur, niſi ab aliqua altera ſubtilium partium ſubſtantia,qualis aromatum eſt traducatur.Melius uero fuerit,ſi et ipſum adſtringēs medicamen unum protinus ex aromatum genere fuerit,nam ſi duas habuerit natura inſitas qualitates, ac poteſtates ualentius operabitur.Et quidem euacuetur quod prȩter naturam in membrum cōfluxit. Seruet autem humorum modum naturę conuenientem . Quare et illa animaduerſio a nobis eſt adhibenda,ne quid ab humoris confluentis qualitate, eiuſdē membri temperies ſit a terata,ſi pituitę naturam tenuerit ad frigiditatem, ſi uero bilis ad caliditatem,ut hanc ipſam curantes intemperiem ſanitati reſtituamus.Curabimus autē contrariam ex aduerſo afferētes qualitatem, quēadmodum in intēperaturarū curationibus diximus,quantū unūqđq; calidius, aut frigidius factū ē tantum refrigerātes,aut calefaciētes. Quare ut hic rurſus agnoſcēda ē ipſius ſecūdum

naturam temperies,nam quo pacto ſciemus quantum in frigiditate,ac caliditate a
naturę modo receſſerit,aut quando a frigefaciendo ſuperſedebimus, ſi nos latuerit
ea quę eſt ſecundum naturam caliditas?Ita uero et ſi frigidius effectum calefacie-
mus,ignorantes frigiditatis naturalis modum,neq; oportune calefacere, neq; i tem
pore a calefaciendo deſiſtere poterimus.

De morbo ſecundum numerum. Cap.xcvi.

Ed quoniam de his ſatis diximus,tranſire iam tempus ad ea in quibus nũ
ſ merus non eſt ſecundum naturam. Cum uero duplex ſit eorum differentia
quibus quidem aliqua particula deficit his,intentio ė alteram efficere ſub
miniſtrando naturę eo,quo diximus paulo ante,mõ. At quibus ſuperabundat,hanc
reſęcare oportet,aut ferro,aut igne,aut medicamĩe,quod urẽdi uim habet. Hęc igi
tur omnia ſanare poſſibile eſt,at non ęque omnia generari poſſunt,ut in libro de ſe
mine diximus.Quędam uero ſunt quę, et ſi generari non poſſunt, licet tamen pro
ipſis alterum efficere,quẽadmodum in oſſe ex toto ſublato, alteram ſubſtantiam in
eius ſede reponere,a carne,atq; oſſe differentẽ.Eſt.n.quę in eius gignitur loco quę-
dam ueluti caro calloſa,uel callus carnoſus, et ꝓceſſu temporis magis, ac magis ad
calli duritiem trãsfertur,cum ab initio carnis potius imitetur naturam. Quacũq;
uero parte ſublata,cũ neq; eãdẽ ſecundũ ſpeciẽ ſubſtantiam,neq; ſimilẽ efficere poſ
ſumus,tertia nobis intẽtio quẽdã decorẽ iuenire,quẽadmodũ in mutilationibus.

De morbo ſecundum magnitudinem. Cap.xcvii.

Ommunicat autem hoc genus totum cum eo quod ad magnitudinẽ ptinet.
c Nã quodcũq; ex eo ė ſecundũ naturã,illi propinquũ exiſtit. Id uero rãtum
ſeiunctũ eſt,ac ſeperatũ,quod inter ea quę ſunt e genere non naturali cõnu
meratur,in quo quidẽ prima intẽtio ė ablatio,ſi uero hęc impoſſilis exiſtat, ſecũda
eſt tranſpoſitio,quẽadmodũ in ſuffuſiõibus.Quęcũq; uero nõ integris partibus,ſed
partium tantũmodo particulis deficiũt, aut excedunt naturę modũ,refectio qdem,
uel generatio in his quę deficiunt,ablatio uero, et abolitio in his quę ſupabũdant.
Quare neq; i ipſis altera intẽtio,neq; medicaminũ forma genere diuerſa.

De morbo ſecundum ſitum. Cap.xcviii.

Ed iam ueniendum eſt ad reliquum ſalubrium cauſarum genus qđ ea cor
ſ pora emẽdat,quę in ſitu ſunt uitiata,ueluti luxatiões,et inteſtinũ iñ ſcorto.
Fit autem hoc ex uiolenta tentione,atque impulſu.Hoc uero ex dilatato,ac
rupto continente.Quare et duplex ſanandi modus,alter quidẽ ad oppoſitã partem
ei aqua facta eſt permutatio intedendo,atq; ipellendo, alter uero id qđ continet fir
mius ſolidiuſq; reddendo. Quibus uero uiis,ac rationibus ſingula iueniri poſſunt,
in libris de arte curãdi explanauimus.

Dę cauſis pręſeruatiuis, Cap.xcix.

Onſequẽs ė,ut ea omnia exequamur,quęcũq; i ſuperiori ſermõe dicere di
c ſtulimus.Vocant aũt eadẽ ꝑſeruatiua.Eſt aũt horũ triplex ſecũdũ genus dif
ferentia.Prima quidẽ hominis q̃ integra fruitur ſanitate, ſecũda uero eius
qui non itegre ualet,tertia eius qui ęgrotat. Primũ igitur genus ad ſalubrẽ attinet
artẽ,atq; in duas,ut antea diximus,diuiditur partes.Secundum uero ad ꝑſeruatiuã
ſpectat.Tertiũ ad curatiuã.Hoc aũt uniuerſũ genus circa humores ꝑcipue negocia
tur,quos neq; lẽtos eſſe oportet,neq; craſſos,neq; aquoſos,neq; plurimos, neq; uehe
menter calidos,ac frigidos,neq; mordaces,neq; putredini obnoxios,neq; ueneni na
turę affines.Nã ubi aucti fuerint generant morbos. Augentur uero nõnũq̃ eadẽ ex
cauſa quę ab initio generauit.Illud aũt plerũq; accidit, ut ſua alteratione inficiant
eos qui ſunt in corpore humores.Intentio uero,et horum ſanationis duplex exiſtit,
aleratio,atq; euacuatio.Alterantur igitur,uel ab ipſo corpore concocti, aut ab ali-
quibus aliis facultatibus quę uim medicaculam habent, e quorum numero etiam
ſunt ea quę exitialium ferarum uenenis aduerſantur,ac pręterea pharmaca quę ue
nena appellantur tranſmutant.Euacuãtur autẽ ſatis calidis medicaminibus, et pur
gatiõibus, et clyſteribus,et ſudoribus,et uomitibus.Hę qdẽ igitur ſũt cões euacua
tiões.Proprię aũt ex locis in qbus coaceruãtur,aſſumũtur,ut i libris de ſalubribus

oſtendimus,tertio pręſertim,ac quarto,in quibus de laſſitudinibus egimus, ac reliquis diſpoſitionibus quę laſſitudini natura proximę ſunt. Promptius.n.euacuátur per uentrem,q̃cūq; in primis uenis continentur ſuperfluitates. Quę autem in his quę i hepate ſunt,per urinę meatus. At quę in toto corpore,per ſudorem,ſicuti quę in capite,uel per palatum,uel per nares,uel per utrūq;,quę uero ſunt i ſpatiis pectoris laxioribus,per guttur ſimul cum tuſſi,quę in renibus ſunt,uel ueſica p urinā. At trahendi ex omni loco ad oppoſitas partes cōmunis indicatio ē,ad q̃ maxime diſtantia. Deriuatio uero ad uicina. Quęcunq; uero huiuſcemodi curant diſpoſitioné cauſas ſalubres appellamus,ſicuti iſalubres, eas quę adaugent, et neutras quę neq; obſunt,neq; iuuant. Poſſet uero quiſpiam,neq; omnino cauſas appellare,quéadmodum maior pars ſophiſtarum qui rerum quidem differentiam inuenire contēnūt, plurimum uero temporis in nominibus conterunt, contra quos in aliis uberius diſeruimus. At pars quidem artis pręſeruatiua talis eſt.

De parte artis quę conualeſcentes reficit,et ſenibus congruit. Cap.c.

Vę autem reficit,atq; reſtaurat,in conualeſcentibus,ac ſenibus locū habet.

q Quę uero ſit horum diſpoſitio,et a quibus pręcipue cauſis, ad naturalem reducitur habitum,in libris in quibus de medendi arte tractauimus, abūde explicauimus,ſed nunc per capita dicetur. Diſpoſitio quidem igitur talis ē,optimus quidem,ſed exiguus ē ſanguis,atq; una cum ipſo ſpiritus animalis, atq; uitalis. Ipſę uero particulę ſolidę ſicciores,et idcirco eorum uires ſunt imbecilliores, atq; earūdem ratione corpus uniuerſum frigidius. Cauſę uero ſalubres quę hanc emendant diſpōnem,ut uno comprębendam capitę,ſunt quęcūq; pręſentaneū,atq; ſecurum exhibét alimentum. Secundum partem autem, in motibus moderatis, et cibis,potibuſq;,ac ſōnis cōſiſtunt. Sunt uero motus materię,uehicula,ābulationes frictiones,et balneę, et ubi nō parum ſe ex his profeciſſe ſenſerint,paulatim ſe ad conſueta opera transferant. Cibos autem aſſumant,in principio quidem humidos, et concoqui faciles,neq; frigridos,ac cum progreſſi fuerint,eos etiam qui plurimū pręſtant alimentum. Potus uero opportunus eſt,uinum ętatem quidem habens mediocrem,in ſubſtātia autem purum,atq; perlucidum, quod ſi uel ſubflauum,uel ſub album exiſtat,atq; ſuauiter olens. Guſtui uero,neq; aqueū omnino, neq; cum aliqua iſigni qualitate,aut dulcedine,aut acritudine, aut amaritudine ſentiatur. Vt autem proxime diximus,de hiſce omnibus in libris de arte curandi cōſcriptis,plenius diſeruimus. Nunc.n.neq; omnia particulatim recenſere eſt noſtri ꝓpoſiti inſtitutum. Sed ſolum capitum mentionem facere intēdimus,eorum quę in aliis uoluminibus latius explicauimus. Quorum omnium ſi prius, et numerum,et qualitatem expoſuero,finem libro imponam. Diximus itaq; prius,ꝙ alter ē liber in quo de conſtitutione artis medicinę diſeruimus, antecedunt autem eum alii duo de conſtitutione artium,ſed hi quidem una cum hoc cui nūc extremam manum adiecimus, ſeorſum ſunt ab aliis libris in quibus plenior doctrina explicetur. Illi uero talem inter ſe ordinem habent. De elementis quidem ſecundum Hippocraté liber unus. Poſt hūc autem tres de temperaturis,ex quibus quidem duo ſūt,de temperaturis animaliū, Tertius uero de his quę ſimplicium medicaminum ſunt. Quáobrem et tractatum illum in quo de ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur, nemo recte intelligentia aſſequi poteſt,niſi prius tertii libri de temperaturis integram cognitionem fuerit adeptus. Eſt et alius liber paruus qui ordine ſequitur duos priores alios de temperaturis,inſcribitur autem de ięquali intemperatura. Similiter autem,et hūc alii duo parui,alter quidem de optima corporis conſtitutiōe,alter de bono habitu. Alius uero tractatus ē qui tres complectitur libros de potētiis naturalibus quem ſi quis legere uelit,poſt librum de temperaturis,ſiue poſt librū de elemētis utrūq; erit conſentaneū. Poſt hunc i pluribus aliis libris de opationibus aialibus diſeruimus,ſed quoniā ad earū demōſtrationes nō parū cōferūt quę p ſectiōes oſtēdūtur, i illis exercitari oportet. Eſt āt maxime iter alios utilis ille tractatus q̧ de ſectionū aggreſſibus iſcribitur. Alii āt ſūt poſt eū plures,duo qdē đ diſcordia ſectiōis,unus uero de ſectiōe mortuorū,poſt quos ſequūtur hi i q̧bus agitur de ſectiōe uiuorum.

In aliis uero quibuſdam particulatim ob eos ſcripſimus qui introducuntur de oſſibus,ſectio quoq; muſculorum,et neruorum,et arteriarum,et uenarum, et quędam alia huiuſcemodi ex eodem numero exiſtũt,et liber etiam in quo quęritur nũquid in arteriis continetur ſanguis naturaliter. Qui uero earũdem partium operatiões demonſtrant,duo quidem ſunt de motu muſculorum,tres autem de pectoris,et pulmonis motu,poſt quos ſequitur liber de cauſis reſpirationis,poſt hunc liber de uoce.De principatu autem animę,et de omnibus aliis quę de naturalibus,uel animalibus operationibus in quęſtionem trahuntur, in longo uolumine ſcripſimus,qui de dogmatibus Socratis,et Platonis inſcribitur. Ad eiuſdem generis contẽplationem pertinet liber de ſemine ſeorſum conſcriptus,et amplius de ſectione ſecundũ Hippocratem,quos omnes ordine ſequitur tractatio de utilitate partium. Ad dignoſcẽdas autem ęgritudines,utilis ẽ liber ille in quo de membrorum paſſióibus agitur. Itidem et ille in quo de pulſibus ſcribitur,in quo et ꝓcognitiões edocemus .Librũ uero de pulſibus ꝓcedunt alii duo,alter qui de uſu reſpirationis, et qui de uſu pulſuum.Is uero de pulſibus in quator diuiditur partes, primam quę eorum differentias,ſecundam quę dignotiones,tertiam quę eorum cauſas,quartam,quę illam quę per eoſdem fit,continet ꝓcognitionem.Ex eodem genere ẽ ille qui his qui introducuntur,de pulſibus ſcriptus ẽ.At uero in animo ẽ aliũ ſcribere librũ, ueluti quoddam omnium iſtorum compendium,quem inſcribam,uel artem de pulſibus,uel cõpendium.Ad hanc quoq; iuuant contemplationem,quę a me exponuntur, et ſimul iudicantur in libro Archigenis de pulſibus.Ad pręcognitionem autem plurimum confert liber de criſibus,ideſt decretis naturę,quem pręcedit alter de decretoriis diebus. Sed liber etiam qui de difficili anhelitu inscribitur, et ad dignoscendum pręsentem affectum,et ad pręscienda bona,uel mala quę ęgrotanti sunt euentura, conducit.Hi igitur omnes,atq; una cum ipis tractatus quidam uno tãtum libro cõpręhẽsi cognitu utiles sunt,sicuti illis qui de ꝑincipientibus causis inscribitur,et de medicinali experientia, et de extenuante uictu,et qui de uenarum sectione ad Erasistratum,et qui de tumoribus pręter naturam,et qui de multitude, atq; alii ꝑterea similes.Pręcęteris autem ad curandi ſcientiam maxime neceſſarius exiſtit q̃ de morborũ differentiis agit,et de accidentibus,et tertius pręter illos in quo morborum cauſas,explicauimus, poſt quos ſunt tres alii qui accidentium cauſas explanant,ſunt etiam de medicamẽtorum ſimplicium uiribus libri de quibus ſupra meminimus,et qui de medicamentorum compoſitione, quos ſequuntur libri de arte curandi,his qui de ſalubribus inſcribuntur,ſeorſum a nobis conſcriptis.Qđ uero ante hoſce omnes prius exercitari oporteat,in libris de demõſtratione. Si quis hãc artem cum ratione ſit tractaturus mõſtratum ẽ a nobis in libro qui de optima inſcribitur hęreſi. De aliis autem libris, et cõmentationibus a nobis ſcriptis,trãſigere nũc minime neceſſariũ,cũ de hiſce oĩbus alibi ſimus tractaturi in uno fortaſſis, aut duobus libris qui ita inſcribẽtur.Galenus de uoluminibus ab eo conſcriptis.

Nicolai Leoniceni in opus de tribus doctrinis ordinatis ſecundum Galenum,pręfatio ad Franciſcum Caſtellum Illuſtriſſimi Ferrarię Ducis medicum benemeritum.

EAM De tribus doctrinis ordinatis ſecundum Galeni ſententiam diſertationem,cui magis q̃ tibi Frãciſce Caſtelle dedicauerim, qui optimi parentis tui,tum in aliis rebus,tum ĩ hac maxime ueſtigia imitaris,q; bonarum artium ſtudia apud Illuſtriſſimum Ferrarię Ducem Alphonſum Eſtenſem, cui ob medicinę facultatem,atq; ad omnia obſequia tui ingenii dexteritatem merito chariſſimus es, foues, atque ſuſtentas, aduerſus iniuriam temporum,quę hactenus eiſdem ſtudiis fuere inimica. Nam et diluuia aquarum, et peſtilentia grauiſſima quę pridẽ ciuitatẽ Ferrariã infeſtarunt cũ reliquarum artiũ tũ ꝓcipue litterarũ ſtudia ita ꝑturbarãt, ut uix ſpandũ eẽt hęc in priſtinũ cultũ, atq; ſplẽdorẽ in eadẽ ciuitate poſſe recupare.Tandẽ diuina gratia, et noſtri pricipis ſũma ꝓuidẽtia te ꝓcipue exhortãte,gymnaſiũ Ferrarieſe nobis fuit reſtitutũ.Vnde oẽs ſtudioſi, et deo imortali



BIBLIOTEKA MUZEUM

in primis,et illuſtriſſimo Duci Alphonſo, et tibi fatētur debere q̄plurimum. Ego uero prę cęteris tibi obligatum me ſentio,quem dum reliqui,et medicinę,et philoſophię ꝓfeſſores propter eas quas dixi difficultates ſuis uacarēt ſtipendiis, tu noluiſti gratis ociari.Hoſce ergo ocii non inutilis tibi offero fructus, uberiores in poſterum oblaturus,ſi eo quo coepiſti fauore ſtudia noſtra promoueris,et noſtrę uitę ſtatum feceris lętiorem.De noſtris ſunt iſta ſcholis.Impoſſibile,aut certe nō facile ꝓclare ab eo agi cui deſunt facultates,q̄ uerba ſapientiſſimi philoſophi Ariſtotelis, in omnibus quidem laude dignis operibus, ſed maxime in his quę ab ingenio proficiſcuntur ueriſſima comprobantur.Honorem autem alere artes,omneſq; accendi ad ſtudia cupiditate glorię,ſummi oratoris eſt dictum.Cui,et ager tuſculanus,et ꝑ potentium hominum clientelę, ingentes opes ſuppeditabant,adeo ꝙ omnibus fortunę bonis abundans,nihil aliud pręter gloriam cōcupiſceret. Nos neq; magnas diuitias,neq; inanem querimus gloriam,ſed tantum quod uitę ſufficiat,ut aliorum uitę prodeſſe poſſimus in transferendis,atq; exponendis Galeni de medicina libris, quos non fuiſſe hactenus a iunioribus medicis propter barbaras translationes intellectos,indicio erat noſtra hęc contra neotericos de tribus doctrinis ordinatis diſputatio,quam ſi tu approbandam duxeris,nihil erit cur maliuolorum,aut oblatrātis inuidię morſus pertimeſcamus.

## NICOLAI LEONICENI DE TRIBVS DOCTRINIS ORDINATIS SECVNDVM GALENI SENTENTIAM.

NTER CAETERAS QVAESTIONES QVAE AGITARI ſolēt in artis paruę Galeni expoſitionę,illa quę eſt de tribus doctrinis ordinatis, quas Galenus in eius libri ꝓoemio ſtatim nominat, difficilima habetur. Sed pręcipue de duabus, altera quę reſolutiua,altera quę compoſitiua nominatur.Nam de tertia quę diffinitiua dicitur non aduerti latinos Galeni expoſitores eſſe admodum differētes. In duabus uero quas diximus ita inuicem aduerſantur, ut alii aſſerant doctrinam reſolutiuam eſſe demōſtrationem quāobrem, ſiue propter quid,compoſitiuam uero demōſtratiōem ut ſit,ſiue quia ſit (Liceat.n. mihi aliquando cōmunioris intelligentię gratia,neotericorum cōſuetudinem in loquendo imitari) Alii contraria diſerant reſolutiuā doctrinam ex poſterioribus ad priora procedere,compoſitiuam uero uice uerſa,ex prioribus poſteriora demōſtrare. Primę aſſertionis autor, et princeps fuit Druſianus cognomento Pluſq̄cōmētator.Secundę Petrus aponenſis dictus Conciliator.Quo circa factum eſt,ut in tanta hominum magnę ęuo noſtro autoritatis diſcordia nondū ſatis Galeni de hiſce doctrinis exploratus ſit intellectus,quem nos uolentes hoc opere declarare,neceſſariū habemus,prius quid antiqui philoſophi de doctrinis pricipalibus ſenſerint,quot, et quales exiſtāt,explicare.Demum ꝙ aliter hi de quatuor modis doctrinarum,aliter Galenus de tribus doctrinarum ordinibus,locuti fuerint, rem nondum a recentioribus Galēi expoſitoribus aiaduerſam,ueritatis amatoribus,maifeſtare.Hāmonius philoſophus apud gręcos grauiſſimus i his quę pręfatur ad libri Porphyrii de quinq; uocibus expoſitionem,ita de quatuor doctrinis ſcribit.Quatuor ſunt modi doctrinales.diuiſiuus, diffinitiuus, demōſtratiuus,et reſolutiuus. Dicuntur autem doctrinales,quia unuſquiſq; aliquid docens utitur eorū aliquo,ueluti ſi oſtenſurus ſim ꝙ animal eſt genus,utor diuiſiuo,et dico. Quoniam dicimus genus eē quod diuiditur ī multas ſpecies,hominem.ſ.capram, et bouem, igitur animal eſt genus. Si autem hominis naturam oſtendere uolo,utor diffinitiuo.Ita.n.dico.Homo ē animal rationale intellectus, et diſciplinę capax. Si autem uelim oſtendere propter quid homo ē animal,utor demōſtratiuo,atq; ita ratiocinor.Homo eſt rationalis,omne rationale ē animal,omnis igitur homo ē animal. Si autem uelim oſtendere hominem eſſe compoſitum,utor reſolutiuo,et dico.Homo cōponitur ex anima,et corpore,corpus quoddam totum ē,omnis totalitas ex aliquibus partibus cōſtat, corpus igitur

Quatuor modi doctrinales iuxta Hāmōiū

īmediate componitur ex partibus organicis.Organicę autem partes ſunt,caput,pedes,et reliqua,quoniam unuſquiſq; iſtis utens inſtrumentis operatur.Singulę uero ex his organicis partibus compoſitę ſunt, ex uenis,arteriis, muſculis, carnibus,et oſſibus,quę omnes ſunt partes ſimilares compoſitę,et ipſę ex ſanguine,pituita, flaua bile,et nigra. Hi uero quatuor humores ex quatuor elemētis,igne,aere,aqua,et terra,conſiſtunt. Idem Hāmonius in cōmētariis ī priores reſolutorios Ariſtotelis, ita ſcribit. Quatuor ſunt methodi dialetices,quę ſunt quędam facultates, et ueluti germina eiſdem,diuiſiua,diffinitiua,demōſtratiua,et reſolutiua,et tribus methodis prioribus opponitur reſolutiua.Percurramus autem ſingulas, ut quēadmodum eis opponitur perdiſcamus.Diuiſiua quidem unum ī multa diuidit. Diffinitiua autem plura quę uni rei inſunt colligens in unum,eandem rem ab aliis ſeperat,atq; diſtinguit.Demōſtratiua uero aliud alii ineſſe demōſtat.Reſolutiua uero a compoſitis ad ſimplicia regreditur,et reſolutiuam quidem opponi diuiſiuę nemo dubitat.Hęc.n. unum in multa partitur.Reſolutiua autem multa in unum cogit.Opponitur autem et diffinitiuę.Hęc.n.ex pluribus quę alicui inſunt,ueluti ex genere ,et differentiis, unam compoſitam perficit diffinitiōem.Reſolutiua uero compoſitum in ſimplicia reſoluit. Conſiderat.n.et genus, et differentias,ex quibus eſt conſtitutum.Opponitur autem,et demōſtratiuę,hęc.n.aliud alii coniungit,ueluti animę ineſſe imortalitatem,compoſito ſyllogiſmo ſyllogiſtice oſtendit. Reſolutiua autem eūdē diſiungit. Vt autem ſummatim dicatur,diuiſiua quidem genera ſecat in ſpecies,reſolutiua uero ſpecies in genera colligit.Rurſus diffinitiua ex partibus totū aliquod conſtiuit. Reſolutiua autem a toto ad partes tranſcendit,ex quibus componitur totum.Rurſus demōſtratiua ex cauſis cauſata demōſtrat. Reſolutiua autē a cauſatis ad cauſam aſcendit,omnibus igitur opponitur reſolutiua.Quęrit autem Hāmonius in eiſdem cōmentariis cur duo primi libri in quibus agit Ariſtoteles de ſyllogiſmo ſimpliciter,inſcripti ſunt priores reſolutiui?Secundi autem duo, in quibus tractat de ſyllogiſmo demōſtratiuo,reſolutorii poſteriores ſimpliciter inſcribantur?atq; his quęſtionibus,ita ſatiſfacit. Dicimus inquit ꝙ in ſyllogiſmis eſt compoſitio. Eſt autem et reſolutio,quēadmodum,et apud grāmaticos eſt compoſitio,et reſolutio.Compoſitio quidem ſecundum quam ex elementis,uel ſyllabis nomina cōponuntur,ac uerba.Reſolutio autem ſecundum quam ea quę compoſita ſunt reſoluuntur in ſimplicia,ex quibus componuntur,uidelicet in ſyllabas,et elementa.Eſt autē et apud phyſicos compoſitio,ac reſolutio.Compoſitio quidem quando a ſimplicibus formis ueniunt ad compoſitas,ueluti a per ſe bono, ad id quod eſt in mente bonum, ad id qđ in anima,ad id quod in corporibus.Reſolutio autem eſt quando a formis quę ſunt in ſenſibilibus aſcendunt ad formas quę ſunt in intelligibilibus.Eſt et amatoria reſolutio,qua utitur Plato in ſympoſio,a pulchritudine, quę ī ſenſibilibus reperitur, ad intelligibilem pulchritudinem aſcendens. Eſt et geometrica reſolutio, unde q̄ritur quomodo totus ſecundus liber Euclidis reſoluitur. Talem autem reſolutionem Geminus diffiniuit hoc modo. Reſolutio ē inuentio demōſtrationis. A concluſione enim incipiunt q reſoluere dicūtur, ꝙ ſi inuenerint ſe oportune reſoluiſſe,poſtmodum componentes quę per reſolutionem inuenerint,faciunt demōſtratiōem,quare recte Geminus diffiniuit.Reſolutio eſt demōſtrationis inuentio. Eſt autem et apud aſtronomos compoſitio, et reſolutio.Eſt et ī ſyllogiſmis, et compoſitio quidem dicitur collectio propoſitionum,et ipſius ſyllogiſmi generatio,ueluti ſi uelim demōſtrare ꝙ anima ſit imortalis,colligo propoſitiones aliquas ex quibus conſtituo ſyllogiſmum,hoc modo.Omne per ſe mobile ē ſemper mobile, anima ē per ſe mobilis,igitur ſemper mobilis.Itē omne ſemper mobile eſt imortale anima ē ſemper mobilis, igitur ē imortalis, hęc quidem compoſitio appellatur.Reſolutio uero quādo inuento ſyllogiſmo apud aliquem autorem, quęrimus ad quam figuram reducatur, atq; ita ipſum in propoſitiones reſoluimus ex quibus ē cōſtitutus,ueluti nuper dictum ſyllogiſmum apud Platonem inuentum,ſi reſoluere uoluero incipio a concluſiōe, et dico anima eſt imortalis,unde hoc probatum ē, ex eo uidelicet ꝙ omne ſemper mobile,et imortale,et omne per ſe mobile ē ſemper mobile,et ita reſoluo ſyllogiſmum

Quatuor methodi dialetices.

Ariſtoteles de ſyllogiſmo. reſolutorio.

Geometrica reſolutio.

in propoſitione ex quibus eſt conſtitutus. Ipſas quoq; propoſitiones ſi reſoluere uo
luero, reſoluam in terminos, Omnis.n.propoſitio habet omnino ſubiectum, et prę-
dicatum. Dicit autem in hiſce libris, et de reſolutione, neq;.n.qui nouit quidem cõ
ponere, neſcit autem reſoluere, hic methodi ſyllogiſtici ſcientiam tenebit. Ipſe qui
dem Ariſtoteles prępoſito tractatu de generatione ſyllogiſmorum, hoc ẽ de compo
ſitione eorundem, deinde de inuentione propoſitionum, qua.ſ.uia, ac ratione quiſ-
piam poſſit inuenire propoſitiones ex quibus componitur ſyllogiſmus, ſubiungit,
deinde et de reſolutione, et dicit quomodo reſoluere oporteat. Incipiẽs autem trac
tare de reſolutione, dicit ꝙ ẽ neceſſarium de reſolutiõe dicere. Qui.n.nouit compo
ſitionem ſyllogiſmorum, et facultatem habet propoſitionum inuentiuam, et reſoluẽ
di ſcientiam habens, hic propoſitum recte aſſequetur, hoc ẽ ſcientiam habebit ſyllo
[Quid reſolutio, q̃d cõpoſitio.] giſtici methodi, tãq̃ non ſufficiat ſolum ſcire compoſitionem, ſed etiã reſolutionem
oportet cognoſcere, quę compoſitioni opponitur. Hęc.n.a ſimplicibus ad compoſi
ta procedit, reſolutiua uero ecõtra, a compoſitis ad ſimplicia. Inquit autem ipſe in
cipiens a ſermone de reſolutione. Si.n.componere nouerimus, et facultatẽ inuenien
di habuerimus, adhuc autem et reſoluendi terminum habebit, quod erat a princi
pio propoſitum. Tãq̃ non de ſola compoſitione dicere propoſuiſſet, ſed etiam de re
ſolutione ſyllogiſmi docere in duobus propoſitis libris, et in aliis duobus ſequenti
[Obiectio.] bus omnes reſolutorios appellauit. At obiiceret aliquis ſi de compoſitiõe, et reſolu
tione docet, quare non appellauit compoſitiuos, atq; inuentiuos, ſed potius reſoluto
[Solutio,] rios, quę nam hęc ſortitio? Reſpõdemus ꝙ a parte magis artificioſa, ac digniore no
minauit. Qui.n.artificioſe ſcit reſoluere, nouit etiam componere, ueluti Architec
tus qui reſoluere nouit, et materias ſeruare incorruptas, omnimo, et componere no
uit. Scit.n.quid primum, quid medium, et quid ultimum compoſitum ſit, et ita re
ſoluit. Quia igitur reſolutiua dignior, atq; artificioſior exiſtit, et plura complectẽs,
atq; perfectior ob id quod diximus, cum qui ſciat reſoluere, ſciat et omnino compo
nere, non contra, qui componere ſciat, omnino, et ſciat reſoluere, de reſolutione, re-
ſolutorios appellauit. Et breuitatis philoſophus affectator ſatis habuit a perfectiori
parte, non autem a duobus inſcribere. Dico etiam et aliter, ꝙ ſyllogiſmis, multi
etiam alii ante Ariſtotelem uſi ſunt, ſicut Plato, et pleriq; alii, et ipſi pręterea uulga
res homines in agendo, ac diſputando ſyllogiſmis utũtur. Nemo tamen ante Ariſto
telem artem ſyllogiſticam tradidit, neq; tres figuras adinuenit, ad quas omnes ſyl-
logiſmi reducuntur. Gloriatur igitur Ariſtoteles, et merito gloriatur in trium figu
rarum inuentione, atq; excogitatione, ꝙ tres ſunt figurę, et neq; plures, neq; paucio
res, ad quas omnes ſyllogiſmi reducuntur, omniſq; fides, ſiue inductiua, ſiue qualiſ-
cũq; fuerit, ad aliquam iſtarum trium figurarum reducitur. Quia igitur qui reſo
lutione utitur, omnem ſyllogiſmum, fidẽq; omnem ad aliquam unam harum trium
figurarum reſoluit, ideo hoſce libros reſolutorios uocauit. Sed quoniam, ut dictum
eſt, rectus ordo, et conſentaneus expoſtulat, ut primum quę cõmuniter inſunt omni
ſyllogiſmo doceamus, deinde quę proprie huic, uel illi. Idcirco hoſce duos primos
libros ĩ quibus docet de ſyllogiſmo ſimpliciter, priores reſolutorios uocauit, Alios
autem duos in quibus non de ſyllogiſmo ſimpliciter, ſed demõſtratiuo pertractat,
[Io. grãmaticus.] poſteriores reſolutorios appellauit, et hęc quidem quãtum ad inſcriptionẽ attinẽt.
In eãdem pariter ſententiam ſcribit Ioãnes grãmaticus in cõmẽtariis priorum re
ſolutiuorum, ubi cauſam inſcriptionis inquirit, ita ſcribens. Cauſam autem inſcrip
tionis q̃rere oportet, cur nam reſolutorii, et non de ſyllogiſmis inſcribũtur, nam re
ſolutio pluribus modis dicitur. Eſt.n.reſolutio totius in partes, et compoſitorum in
ſimplicia, qua utuntur geometrę, et corporum naturalium in elementa quatuor, et
etiam reductio ſyllogiſmorum in proprias figuras. Alioquin autem cum reſolutio
[Reſolutio multipliciter.] nis nomen multipliciter dicatur. Licet et ſecũdum hoc dicere reſolutionem eſſe re
greſſionem quandam ad id quod prius eſt, et cauſa compoſitiõis exiſtit. Vnde q̃ren
di datur occaſio, cur cum ſyllogiſmus compoſitio ſit, et plurium propoſitionum col
lectio, non autem reſolutio, libros in quibus de ſyllogiſmis pertractat, reſolutorios
uocauit? Oportuit.n.potius cõpoſitorios inſcribere. Vt igitur ſimul et inſcriptiõis

cauſam,et totius uoluminis diuiſionem explicemus,ita dicimus. Diuiditur hoc uolumen i tria capita. Docet autem nos,i primo qdem compoſitióem ſyllogiſmorum, ĩ ſecundo uero quo pacto nobis propoſitionum copia ſuggeratur, i tertio auté agit de ſyllogiſmorum reſolutione.Ex tertio igitur capite,ut quod cęteris dignitate pręſtaret (omnis ſi quidem ſyllogiſmus ex reſolutione cognoſcitur in qua figura ponatur) hoſce libros cenſuit inſcribendos.Alioquin qui reſolutionem nouit,pariter et compoſitionem nouit.Quę enim diſſoluit,hęc eadem haud magna cum difficultate componit,at uero contra ſe res habet. Nam et uulgares homines ſciunt quidem cõponere,ueluti nomina,et uerba,et orationem conſtituere,atq; ꝓferre,ueluti Socrates ambulat,ipam autem reſoluere neſciũt,et docere quid nam eorum ſit uerbum, quid nomen.Idcirco autem priores dicuntur,quoniam de ſyllogiſmo ſimpliciter q materiei proportione reſpondet,cum nullam formam habeat,hoc in loco pertractatur. Et quoniam genus ſuas ſpecies ãtecedit,eſt autem uniuerſaliter ſyllogiſmus genus,et demõſtratiuorum,et reliquarum ſpecierum,non abſq; ratione libros in quibus de eorum genere pertractat priores, in quibus uero de ſpeciebus poſteriores reſolutorios inſcripſit.Hęc autem Ioannis grãmatici ratio,cauſam tãtum aperit,ob quam hi duo poſtremi libri,in quibus de ſyllogiſmo agitur demõſtratiuo,qui ẽ ſpecies ſyllogiſmi ſimpliciter,poſteriores dicãtur. Cur autem reſolutorii,ſicuti et duo antecedentes, hoc in loco non explicat, ſed in cõmentariis in ſecundum librum poſteriorum,quorum alteri,latini uerbum ex uerbo,ut uidetur,ex gręca lingua tranſlati,prolixi tamen, et prioribus in primum librum de demõſtratione cõmentariis eiuſdem Ioannis grãmatici expoſitionum,ac dubitationum copia reſpondentes,alteri uero gręci habentur,multo latinis breuiores, adeo ut ueluti quoddam eorum compendium eſſe uideantur,cauſam aſſignans cur duo libri ſequẽtes in quibus agitur de demonſtratione,reſolutorii inſcribantur,ita ſcribit. Quoniam autem et hoc antiqui expoſitores prętermiſerunt,cauſam ueram aſſignare ob quam demõſtrandi ratio reſolutoria ſit appellata,hanc quoq; afferre eſt neceſſarium.Quam.n.expoſitores in prioribus reſolutoriis inſcriptionis cauſam attulerũt, illis quidé conuenienter aſſignari uidemus.His uero quibus demõſtrandi ſciẽtia traditur minime.Neq; enim demõſtrandi ſcientia imperfectior eſt,ea quę ſingulos ſyllogiſmos docet in ꝓprias figuras reducere,adeo ut ex illa nuncupationem traxiſſe uideatur, ſi quidem omnia quę de ſyllogiſmis tractantur,ad demõſtrationem, tãq̃ ad finem referuntur, quod etiam Ariſtoteles ipſe i primo priorum reſolutiuorum exordio teſtatur,cum ita ſcribit.Primum dicere oportet,circa quid, et de quo cõſideratur, quia circa demõſtrationem, et de ſcientia demonſtratiua etc.Quid igitur de reſolutorii uocabulo dicemus?uidetur quidem impoſitum ad ſignificãdum progreſſum,ab his quę ex principiis ortum habent,ad ipſa principia,quod et ipſum reſolutionis nomen oſtédit.Eſt.n.reſolutio effectuũ poſteriorum in priora, ac ſuperiora, ex quibus conſtãt, uideturq; per tranſlationem ſumptum ab his qui poſt peregrinationem,ad ꝓprios lares reuertuntur.Nam qui a patria recedunt,ac deinde regrediuntur,reſoluere dicuntur.Sicut autem,et diffinitio,et diuiſio,et demõſtratio multipliciter dicitur,ita et reſolutio.Eſt,n.reſolutio tranſitus a compoſitis ad ſimplicia, ex quibus tãq̃ ex ꝓpriis principiis,ideſt elementis,ſunt conſtituta.Eſt et ſyllogiſmorum reſolutio in figuras,ueluti in principia,quędam,ac regulas artificioſas,et ſcientiam parientes,eſt et alia eorũdem ſyllogiſmorum reſolutio in principia,hoc eſt in propoſitiões,ac terminos,ex quibus primis fuere conſtructi.Dicitur etiam reſolutio ad uniuerſalia a particularibus aſcẽſus,ut a ſingularibus ad ſpecies ſpecialiſſimas, et ab his ad ſupma genera,quod reſolutionis genus Ariſtoteles,ut quę magis ſit diffinitionis inuétioni acõmodata,diuiſioni pręponit.Dicitur et reſolutio,cum notum aliquid in pricipia, et cauſas ex quibus,et ꝙ ſit,et ꝙ noſcatur habet,reſoluimus, iuxta quod reſolutionis ſignificatum ſcientia demõſtrandi reſolutoria appellatur.Q d.n.luna interiectu terrę deficiat, ex poſterioribus ad priora aſcendentes agnoſcimus, ac poſtmodum inuenta cauſa,demonſtrationem componimus . Nam lunam quidem deficere, ſenſu compręhendimus,huius deinde cauſam intellectus inueniens,de eadem ſcien

Nõ oẽs q ſciunt cõponere ſciũt etiã reſoluere

Io. grãmaticus.

Rõ uocabuli reſolutio.

tiam inſtituit,hoc pacto.Luna quidem deficit,quod deficit aliquod habet qđ obii
citur.Hic ab effectibus ad cauſas progreſſus reſolutio appellatur,poſt quem ſequi
tur demõſtratio deſcendens a cauſis ad effectus, hoc modo.Lunę aliquid obiicitur,
cuicũq; obiicitur deficit,luna igitur deficit.Item terra mouetur,cum autem moue
tur uentus in penitioribus eius cauernis includitur,igitur terra uentum habet in
troclusum, hęc qnidem reſolutio dicitur . Poſtmodum fit demonſtratio hoc pacto.
Ventus in terrę cauernis includitur,uento autem introcluſo,terra tremit,igitur eſt
tremor terrę.Aut igitur hanc ob cauſam demonſtrandi ſcientia reſolutoria appella
tur,aut quoniam medius terminus in demõſtratione uim obtinet omnẽ.Hic autem
eſt rei diffinitio quę ex reſolutione inuenitur,ut ipe Ariſtoteles ſentit.atq; ideo ars
demõſtrandi reſolutio dicitur,ut quę ſine reſolutione conſtare non poſſit. Poteſt au
tem quis et illud affirmare,priores quidem libros dici reſolutorios ob cauſam pri
us aſſignatam,quoniam nulla ẽ in ipſis contemplatio perfectior ea, per quam ſyllo
giſmi in proprias figuras reſoluuntur, ac primus liber poſteriorum qui antecedit
hunc ob cauſam ſuperius expoſitam,quoniam.ſ.demoſtrationis principia per reſo/
lutionem inueniuntur.Propoſitus autem liber.ſ.ex duobus poſterioribus, ſecũdus
ideo reſolutorius inſcribitur,quoniam in ipſo de medio demõſtrationis,quod ẽ ipa
diffinitio rei,tractatur.Hęc autem per aſcenſum a continentibus ad contẽta inueni
tur,qui modus quidam reſolutionis exiſtit,ut ipe Ariſtoteles in ſequentibus indi
cabit,atq; hoc pacto ſingulis libris,ſuę inſcriptionis cauſa erit aſſignata . Fortaſſis
autem ex hac eadem inſcriptione mõſtratur non placere Ariſtoteli modum illum ĩ
ueſtigandi diffinitionem per diuiſionem, quẽ Platonici maxime probabãt. In aliis
autem cõmentariis gręcis,qui etiam ad Io.grãmaticum referuntur autorem,i eãdẽ
fere ſententiam iſta ſcribuntur,quę cauſam exponunt, cur primus liber,atq; ſecun
dus poſteriores ęque,ac duo priores reſolutorii iſcribuntur.Q uoniam medius ter
minus in demõſtratione eſt diffinitio,ex accidenti etiam de diffinitione i hoc libro
conſideratur. Nam proprius de diffinitione diſerendi locus ẽ in ſeptimo eius uolu
minis libro,quod poſt naturalia inſcribitur.Hic autem non tãq̃ de diffinitione, ſed
de cauſa potius,et medio,doctrinam inſinuat.Cum uero et demõſtratio reſolutio di
catur,pars autem demõſtratiõis ẽ iſta tractatio, ut quę de medio eiuſdem edoceat,
idcirco et ipſa reſolutoria uocatur. Primus autem liber demõſtratiuę ſcientię reſo
lutorius inſcribitur,non eadem ratione qua duo antecedentes.Illi.n.a potiori artis
ſyllogiſticę parte,talem ſortiti ſunt inſcriptionem. Nam prior, atq; pręſtantior ẽ il
le tractatus in quo docetur quomodo ſinguli ſyllogiſmi in proprias figuras reſoluũ
tur,ſi quidem ſyllogiſmum in propoſitiões reſoluimus,has in terminos,et medium
aſſumimus,atq; hic ſyllogiſmi figura reperitur.Q đ ſi illa omnia propter demõſtra
tionem quęruntur,ut ipſe Ariſtoteles in principio trium figurarum inquit,ꝙ uide
licet conſideratio de demonſtratione exiſtit.Finis autem dignitate pręcellit ea quę
ad finem ſunt,omnibus quę ante ipſam ſunt,dignior erit demõſtratio. At quoniam
ſpecies quędam demõſtrationis ẽ demõſtratiua ſcientia,idcirco reſolutoria appella
tur,nam eius principia a nobis per reſolutionem inueniuntur,cũ ab his quę nobis
priora ſunt,ad ea quę natura antecedunt,uidelicet ad cauſas ipſas aſcendimus.Pri/
mum.n.percipimus ſenſu lunam deficere, intellectus deinde cauſam rimatur, et in
uenit,ita.n.ratiocinatur. Q uod deficit ei aliquid obiicitur, hęc reſolutio ad cauſas
ex effectibus progreditur.Deinde demõſtratio deſcẽdit a cauſis ad effectus;hoc mo
do.Lunę aliquid obiicitur,cui aliquid obiicitur deficit,luna igitur deficit. Rurſus
etiam terram concuti uidemus,unde ita dicimus. Terra concutitur,cum terra con
cutitur uentus in eius cauernisi cluditur. Hęc quidem reſolutio ẽ,deinde ſequitur
demõſtratio.In terrę cauernis uentus includitur,uento interclufo fit terrę tremor,
in terra igitur tremor fit.Vel igitur ex hac cauſa inſcriptiõi occaſio data ẽ,uel quo
niam in demõſtratione medius terminus ſummam obtinet uim . Hoc autem ẽ diffi
nitio rei.Ipſa uero diffinitio per reſolutionem inuenitur.Cum.n.hominem conſpi/
cimus in illa reſoluimus ex quibus ipſum natura conſtituit,uidelicet animal,ratio
nale,mortale,intelligentię, ac diſciplinę capax, atq; ita hęc omnia aſſumentes homĩ

Ars de/ mõſtrãdi cur reſo lutiua.

Diffõ p reſolutio nẽ iueni tur.

nis diffinitionem componimus. Dicitur etiam reſolutio a particularibus, ac ſingularibus ad uniuerſalia, donec ad ipſum generaliſſimum pertingamus, aſcẽſus. Eſt etiã reſolutio a re aliqua nota, ad principia cauſaſq;, ex quibus res ipſa conſtat, atq; innoteſcit regreſſus, iuxta quod reſolutionis ſignificatum, etiam demõſtratio dicitur reſolutio. Eſt etiam reſolutio ex effectibus, ac poſterioribus ad pricipia cauſaſq; ex quibus effectus conſiſtunt recurſus. Sumptum eſt reſolutionis uocabulum per trãſlationem ab hiis qui poſt peregrinationem in patriam reuertũtur, nã ad proprios lares ab externis regiõibus reditus reſolutio uocatur. Dicitur etiam reſolutio a cõpoſitis ad ſimplicia ex quibus componitur tranſitus. Eſt autem et ſyllogiſmorum ĩ figuras reſolutio, ſi quidem eoſdem in propoſitiones, et terminos reſoluimus. Hęc quoq; ex cõmentariis Ioannis grãmatici in ſecundum librum reſolutiuorum poſteriorum, uel potius ex eorũdem compẽdio, ſumpta ſunt, ſed et idẽ Ioannes grãmaticus in magnis cõmẽtariis dictorum librorum Ariſtotelis non minus ꝗ cęteri gręci expoſitores, de quatuor doctrinis, quales nam ſunt, et cur tot numero exiſtant, tam docte, ꝗ copioſe etiam conſcripſit, cum inquit. Quatuor ſunt genere methodi qbus omnis doctrina, ac diſciplina artificioſa perficitur. Diffinitiua. ſ. ac demonſtratiua, diuiſiua, ac reſolutiua. Haud iure ſuperuacuum uideretur, cum de demonſtratione, ac diffinitione ſermo habeatur, de quatuor pariter doctrinarum modis explanare, et quid ſint, et propter quid ſint, et quod nam ſingulorum ſit opus, ac quo pacto ad inuicem ſe habeant.

Io. grammatici đ quatuor methodis.

Sunt. n. uię quędam, ac rationes intellectuales, cum quibus humana mens proprias inquiſitiones appręhendit. Ad hunc. n. inuentę ſunt finem, ut earum adminiculo, ea quę ſunt occulta, atq; recondita, itellectus inueniat. Eſt autem diffinitiuę quidem opus, propriam rei propoſitę ſubſtantiam oſtendere. Demõſtratiuę uero per ſe accidentia per medias cauſas, propriis ineſſe ſubiectis demonſtrare. Diuiſiuę autem, genera ſpecierum, ſiue ſubalternarum, ſiue ſpecialiſſimarũ aſſumere, atq; eadem ſpecificis differentiis diuidere, nihil prętereundo intermedium. Reſolutiuę uero, ex indiuiduis, ac ſingularibus, aſcendere ad ſpecialiſſima, atq; a ſpecialiſſimis ad ſubalterna, ſimpliciterq; a poſtremis ad priora, et prędicata. Cum. n. plurima ſint reſolutionis, ac diuiſionis ſignificata, hę ſolę quę dictę ſunt propriam habent appellationem ut quę ad diffinitionem, ac demõſtrationem conducant, quas etiam ambas Ariſtoteles ipſe in hoc libro propoſito ad diffinitiõum accipit inuentionem. Vtrãq; quidem ad idem conferre aſſerens, reſolutiuam uero diuiſioni pręponens. Hęc quidem ſunt quatuor doctrinarũ ſua ſingulis opera deputata.

Quatuor doctrinarũ officia.

Reliquũ eſſet quo pacto ſe inuicem habeant exponere. Eſt n. dubitatione dignum, nũqd principales exiſtant, et an diffinitiuam, ac demõſtratiuam reliquę duę, ueluti cauſę cõſtituant, ſi quidem per eas diffinitiones inueniri uidemus, uel non ita ſe res habet, ſed hę potius, tãꝗ miniſtrę illis ſubiiciuntur, eiſdem quodãmodo ſubſeruientes, ac rationi ſciẽtia comite, illam quę rebus aduenit, ab illis ſpecificationem pręparantes. Si. n. tãꝗ illarum cauſę haſce pręcederent, ipſę per ſeipſas perfectionem, et non relationem ad illas haberent. At nunc intueri licet ipſas ad illas reſpicere, ac nõ aliter ꝗ arte ſecandi, et qua metalla effodiuntur, fabris lignariis, atq; aurificibus, habilẽ illis materiam, perficere, ſi quidem genera ſũt diffinitionum materię, quę cum ſint indeterminata, aſſumens diuiſio differentiis diſtinguit, atq; idonea ad diffinitionũ formationem operatur. Demum ita elaborata genera ſuſcipiens, et conuenientẽ eis ordinem, ac compoſitionem adiungens, diffinitiones inſtituit, eodẽmodo reſolutiua ab indiuiduis ad ſpecialiſſima aſcendit, atq; ab his ad ſuperiora genera, ac ſemper ſubiectis cõia perquirit, quę demum inuẽta diffinitiuę ſuppeditat quę deinde ipſa diffinitiua ſuſcipiens, ac conuenienti ordine iugens, ex his quidem quę ſunt cõia, ſingularibus ſpecierum, conficit diffinitiones, ac rurſus ex his quę ſunt cõia ſpeciebus, generum conſtruit diffinitiones. Quare ſi quis diuiſiuę, ac reſolutiuę cum auferat uſum quem diffinitionibus pręſtant atq; ab illarum reſpectu ſeiungat, imperfecte et nihil, aut parum aliquid utilitatis afferre uidebitur. Hęc igitur ita ſe habent. At diffinitiua ip̃a eſt per ſe ipſam perfecta, et rerũ explicat ſubſtantias, ipſaſq; demonſtratiuam conſtituit cum illi medium ſubminiſtret, et cauſam ſine qua de-

monſtrationem fieri eſt impoſſibile, omnem ſi quidem uim ab illa demõſtratio nã ciſcitur.Poſt hanc uero ẽ demõſtratiua ſtatuenda.Reliquę harum miniſtrę,ac famu lę,exiſtunt,ſed principaliter quidem diffinitiuę,per hanc autem mediam,etiam de mõſtratiuę.Non abſq; ratione autem diffinitiua demõſtratiuę prępomitur,illa ſi qui dem rerum ſubſtantias explicat,hęc rebus ipis aſſequẽtia demõſtrat.Sicuti autem ſe habet ſubſtantia ad illa quę ipſam conſequuntur,ita diffinitiua ad demõſtratiuã. Neq; uero ſuperuacaneum uidetur de numero earum aliquid dicere.Cur nam com munes doctrinarum,ac diſciplinarum uię,ac ratiões ſint tantũmodo quatuor, neq; maiori numero, neq; minori comprębendantur . Vel igitur ſubſtantiarum certam quęrimus habere ſcientiam,aut eorum quę eaſdem ſubſtantias conſequũtur.Ad ſub ſtantiarum cognitionem utimur diffinitiua. Ex his autem quę quod quid ẽ manife ſtant in conſequentium uenientes notionem,ad eorum probationem utimur demõ ſtratiua.Quia uero diffinitiuę neceſſaria eſt materia,eãdem diuiſio,ac reſolutio ſup peditãt. Nam cum diffinitiones ſint,uel ſpecialiſſimarum,uel ſubalternarum,aut a ſuperioribus,aut ab inferioribus,iſtas inquirimus, et cum a prioribus rimari pla cuerit,utimur diuiſione,ſicut cum a poſterioribus,reſolutione, adeo ꝙ principales quidem ſciẽtię ſunt, diffinitiua,ac demõſtratiua,ad has autem diriguntur,diuiſiua, et reſolutiua.Ioãnes quoq; damaſcenus i libro i quo de arte,quę logica dicitur,trac tãs de eiſdem quatuor doctrinis,ita ſcribit.Sciendum ẽ ꝙ quatuor ſũt dialecticę.i. logicę methodi,diuiſiua quę genus in ſpecies per differentias ſecat, diffinitiua quę ex genere,et differẽtiis quibus uſa ẽ diuiſiua, propoſitę rei diffinitionem cõſtituit. Reſolutiua quę id quod magis compoſitum exiſtit i ſimpliciora reſoluit, hoc ẽ cor pus in humores,hos in quatuor elementa,hęc autem in materiam,et formã.Demon ſtratiua autem eſt quę per medium aliquod rem propoſitam demõſtrat, ueluti pro poſitum ẽ mihi demõſtrare ꝙ anima eſt imortalis,per hoc mediũ Quod ſemper mo uetur eſt imortale, anima ſemper mouetur,igitur anima eſt imortalis. Illud quoq; noſſe oportet ſyllogiſmos ad demonſtrationem pertinere.Neq; nos lateat reſolutiuã eſſe triplicem.Eſt.n.reſolutio naturalis,cuius paulo ſupra exemplum attulimus.Eſt et reſolutio logica,quando propoſitum ſyllogiſmum in propriam figuram reſolui- mus.Eſt etiam mathematica reſolutio,quando accipimus id quod quęritur tãꝗ cõ ceſſum,atq; ab eodem progredimur,donec ad aliquid omnium opinione confeſſum perueniamus,ex quo poſtmodum propoſitum adſtruitur,ueluti ſi i quęſtionem du catur,nũquid anima ſit imortalis,hoc ipſum quod quęritur accipio tãꝗ cõceſſum, atq; ita ratiocinor.Quando quidem anima eſt imortalis,ſunt pro malis,et bonis ac tionibus pręmia repenſa,ſi ſunt pro bonis, et malis actionibus pręmia repenſa,eſt quod iudicat,et iudicatur,ſi ẽ quod iudicat,et iudicatur,ẽ quod prouidet.Ex proui dentia tandem in prouidentiam deuenimus,quam omnes concedunt,mox per cõpo ſitionem dico.Quãdo quidem ẽ prouidentia,atq; iudicium,pręmia rependuntur, ſi ꝑmia rependuntur,ẽ aliquod qđ iudicatur,ſi ẽ aliquod qđ iudicatur,anima ẽ imor talis.Alexander etiam in cõmentariis priorum reſolutiuorum Ariſtotelis aſſignãs et ipe cauſam eorũdem librorum iſcriptionis,multiplex reſolutiõis ſignificatũ his uerbis oſtendit. Ideo autem reſolutorii dicuntur,quoniam compoſiti cuiuſq; ad ea ex quibus compoſitio facta ẽ reditus,reſolutio uocatur. Nam econtra ſe habet reſo lutio,ꝗ compoſitio.Si quidẽ compoſitio a principiis uia eſt ad ea quę ex principiis oriuntur,reſolutio autem reditus a fine ad principia,nam et geometrę reſoluere di cuntur,quoniam a concluſione principium facientes,ordine quodam per ea quę ad concluſionis demõſtrationem aſſumuntur, ad principia propoſitę quęſtionis aſcen dunt.Sed et qui compoſita corpora i ſimplicia reducit,reſoluere dicitur,et qui ſim plicium unũquodq; in ea ex quibus eorum eſſentia ẽ conſtituta.ſ.i materiam,et for mam.Sed et qui orationem in partes diuidit,et eaſdem partes in ſyllabas,et has in elementa,hic qnoq; reſoluere dicitur. Proprie autem reſolutio appellatur, cum ſyl logiſmi compoſiti in ſimplices reſoluuntur, ſed et ſimplices in propoſitiones ex ꝗ bus conſtant, ſed et ſyllogiſmorum imperfectorum ad perfectos reductio, reſolutio quędam exiſtit, iuxta quod maxime reſolutionis ſignificatum hi libri reſolutorii

Cur tãtũ quatuor.

Ioannes damaſcenus.

Reſolutiua tri- plex.

Alexan- der i prioribus reſo.

inſcribuntur.Nam in fine primi libri quandam uiam, ac rationem Ariſtoteles tradit,per quam hoc cõmode facere ualeamus,nec minus quo pacto ſimplices ſyllogiſmos in ꝓpoſitiones ex quibus conſtant reſoluamus idem Ariſtoteles docet.Eũdem quoq; autorem inuenimus aliquando dicere, quomodo ſyllogiſmi compoſiti ex ſimplicibus fiant,ac quo pacto ad eoſdem reducantur. In quibus igitur libris de ſyllogiſmorum reſolutione pertractat,hos reſolutorios priores, in quibus autem de demonſtrationibus, hos quidem reſolutorios et ipſos, ſed poſteriores inſcripſit. Alcinous quoque philoſophus Platonicus in libello, in quo placita Platonis exponit,de quatuor doctrinis,ex eiuſdem Platonis ſententia,facit mentionem. Cuius dicta non grauabor apponere,ut unuſquiſq; facile itelligat,utriuſq; ſectę,et Platonicę, et Ariſtotelicę familiares philoſophos,non lõge diuerſa, de quatuor doctrinis,et multiplici reſolutionis ſignificato, ſed eadem propemodum litteris tradidiſſe. Sunt autem hęc Alcinoi in eodem libro uerba. Maxime uero proprium, atq; intimum dialectices eſſe arbitratur, uniuſcuiuſq; rei ſubſtantiam inſpicere, deinde accidentia. Contemplatur autem quid unaquęq; res ſit,uel ex ſuperioribus,per diuiſionem,ac diffinitionem,aut ex inferioribus,per reſolutionem. Accidentia autem quę ſubſtantiis inſunt,uel ex contentis,per inductionem, uel continentibus,per ſyllogiſmum, adeo ut rationabiliter hę ſint dialectices partes,una diuiſiua,altera diffinitiua, altera reſolutiua,ac pręterea inductiua,ac ſyllogiſtica,ſiue collectiua. Diuiſio igitur, alia eſt partitio generis in ſpecies,alia eſt totius in partes, ueluti cum animam diuidimus in rationalem,atq; paſſibilem,ac rurſus paſſibilem,in iraſcibilem, ac concupiſcibilem . Alia eſt partitio uocis in plura ſignificata,ut quando unum, et idem nomen plura ſignificat,alia eſt accidentium in ſubiecta,ut cum dicimus.Bonornm,alia animam,alia corpus exornant, alia ſunt quę externa appellantur . Eſt et ſubiectorum in accidẽtia diuiſio,ut cum dicimus.Hominum,alii boni,alii mali,alii medii. Oportet igitur in primis uti partitione generis in ſpecies, ut uniuſcuiuſq; rei eſſentiam cognoſcamus, hoc autem ſine diffinitione fieri non poteſt. Diffinitio autem ex diuiſione ortum habet, hoc modo, rei quę diffiniẽda ſit genus diſcere oportet,ueluti q̄a genus hominis eſt animal, deinde ipſum genus per proximas ſecare differentias uſq; ad ſpecies deſcendendo, ueluti per rationale, et irrationale,et mortale,et imortale,ita ꝙ ſi proximę differentię cum genere coniungantur,ex ipſis,hominis diffinitio conſtituitur.Reſolutionis autem ſpecies tres ſunt, una eſt aſcẽſus a ſenſibilibus ad intelligibilia prima,alia eſt a demonſtratis, et ſubdemonſtratis ad indemonſtrabiles,et imediatas propoſitiones regreſſus, alia eſt a ſuppoſitione aſcẽdens ad principia quę ſuppoſitione nõ egẽt. Et prima habet talem naturam,ueluti ſi a bono corporis transeamus ad animę bonum,ab hoc autem ad bonum quod in legibus ẽ, deinde ad infinitum pelagus bonitatis,ut hoc modo indagantes ipsum per se bonum reperiamus.Secunda resolutionis species talis existit.Supponere oportet id quod quęritur, ac contemplari quęnam sint illa priora, atq; a posterioribus ad priora ascendendo, demonstrare, donec peruentum sit ad primum,atq; confeſſum, a quo rursus incipiendo ad rem quęsitam per compoſitionis modum descendamus, ueluti si quęramus.Nũquid anima sit imortalis,hoc ipsum supponẽs,quęro an semꝑ mobilis,deinde hoc demonstrato,iterum quęro,an id quod sẽper mobile,sit per se mobile,quo demõstrato,rursus quęro,an per se mobile pricipium motus existat, deinde ſi principium,an ingenitum,quod ueluti pro confeſſo habetur,cum quod ingenitum est,etiam icorruptibile sit.Sumpto igitur ab hoc,quod ex se patet,initio, talis demonstratio componitur.Principium ingenitum est,et incorruptibile, principium motus est id quod per se mouetur, anima autem est per se mobilis, igitur ingenita,incorruptibilis, atque imortalis est anima. Quę autem per suppoſitionem resolutio fit, talis est. Qui aliquid inquirit, id eſſe supponit,deinde quid sequatur ad ipsum suppositum inspicit, ac postmodum si sit de suppositione ratio afferẽda,aliã faciẽs suppositionẽ inquirit,an id quod prius supponebatur ad aliam seqtur suppoſitionẽ,ea nũq̃ inqſitiõe ceſſãte,donec ad aliqđ principiũ ꝑueniamus, quod ſuppoſitione nõ egeat. De inductione autem,et ſyllogiſmis,quibus,et quẽad-

Alcinouſ

Diuiſionũ modi.

Reſolutiõis ſpecies tres.

modum,et aliis dialectices partibus,uſus eſt Plato, plura ſubiūgit Alcinous quę ꝓ-
Proclus. lixitatis euitandę gratia prętermitto.Nec minus Proclus philoſophus eximius qui
prçcipue Platonis dogmata excoluit, in primi libri elementorum Euclidis expoſi-
tionis p̄fatione, ita de quatuor dialectices facultatibus ſcribit. Sic dialectica philo
ſophię puriſſima pars ſuper diſciplinas proxime extenditur, omnéq; illarum conti
net inuolutionem,atq; earūdem doctrinis uarias ex ipſa tribuit facultates, quę per
fectiuę ſunt,iudicatiuę,atq; itellectuales, reſolutiuam dico,diuiſiuam,diffinitiuam,
ac demōſtratiuam, quibus adiunctę, atq; perfectę hę diſciplinę, quę a grçcis mathe
maticę uocantur,nonnulla quidem per reſolutionem inueniuntur, nonnulla per cō
poſitionem,et alia quidem per diffinitionem,alia per modum diuiſionis ponunt,nō
nulla autem quęſita per demonſtrationes abſoluunt,haſce facultates ſuis adoptātes
ſubiectis, ſingulisq; ad mediorum utentes contemplationem. Quo fit ut in eiſdem
diſciplinis,reſolutiones,diffinitiones,diuiſiones, atq; demonſtratiōes,ſint proprię,
ac ſecundum modum diſciplinarum cognitioni congruentem reuoluantur. Recte
igitur dialectica ſpecies diſciplinarum appellatur.Hęc ſunt quę grçci autores,non
minus platonicę,q̄ Ariſtotelicę ſectę familiares,de quatuor doctrinarum modis,et
uariis reſolutionum ſignificatis,concordi fere ſentētia ſcripſere. Illud autem in eo
rum ſcriptis diligens lector animaduertet,omnes eos,quos cōmemorauimus auto-
res reſolutiuam doctrinam,demōſtratiuę,ac reliquis duabus,tāq; ab illis diuerſam
oppoſuiſſe. Latini autem expoſitores Galeni in hoc omnes conueniunt, ꝙ doctrina
reſolutiua,de qua Galenus loquitur,in ꝓemio artis paruę, ſit doctrina demonſtra
tiua. Sed utrum hęc utatur eo demonſtrationis genere, quę demonſtratio porpter
quid,an altero quę demonſtratio quia a Neotericis nominatur,ut circa initia ope-
ris diximus, adhuc ſub iudice lis eſt.Et ſi uero nonnulla quę ſupra ex ueterum phi
loſophorum ſententia ſunt a nobis expoſita,de eo reſolutionis modo,quo a compoſi
tis ad ſimpliciora,aut a poſterioribus ad priora, ſiue ab effectibus ad cauſas acce-
dimus, probare uideantur illorum opinionem, qui aiunt doctrinam reſolutiuam
eſſe demonſtrationem,quę a recentioribus philoſophis demonſtratio quia nuncu-
patur.Si quis tamen eorundem ueterum philoſophorū,non modo ſcripta,ſed etiam
intimos ſenſus diligenter,ſubtiliterq; ſcrutetur,inueniet id omnes fere inuere,non
eſſe ueram demonſtrationem, niſi cum a prioribus quę per reſolutionem inuenta
Gemius, ſunt, ad poſteriora componendo, procedimus, adeo ut uera comprobetur Gemini
Themiſti ſententia,reſolutionem nihil aliud eſſe,niſi demōſtrationis inuentionem, cui etiam
us in po ſententię adſtipulantur uerba Themiſtii in paraphraſi primi libri poſteriorum
ſte. reſolutoriorū Ariſtotelis ita ſcribentis. Demonſtratio uero ſemper priora quę ſe-
cundum naturam ſint priora deſiderat,ꝙ ſi ex prioribus ſecundum nos demonſtra
tio aliqua nectitur,ut demonſtratio appellari poſſit, non tamen ſimpliciter, ſed ſe-
Sipliciuſ cundum nos demonſtratio dicitur. Idem pariter Simplicius adſtruit, in ex-
poſitione primi libri Ariſtotelis de phyſica auſcultatione. Vbi quęrit qualis ſit
cognitio quę habetur de rebus naturalibus, ab his qui harum principia, et cau-
ſas ex compoſitis,et iam confuſis inuenerunt.Manifeſtum enim eſſe inquit, ꝙ con-
iecturalis eſt huiuſmodi cognitio principiorum,et non demonſtratiua.Vnde conclu
Plato. dit Simplicius Platonem recte phyſiologiam ideſt rerum naturalium ſcientiam eſſe
quandam icotologiam, ideſt coniecturalem locutionem, putaſſe,cui etiam opinio-
ni inquit Ariſtotelem conſentire, qui illam quę eſt proprie demonſtratio,uult fie-
ri ex immediatis,et principiis per ſe creditis, et ex his quę proprie ſunt cauſę, et
natura priores. Neque illud reſolutionis genus quo mathematici frequentiſſime
utuntur, ad aliud tendit, niſi ad principiorum ex quibus demonſtratio componi-
tur,inuentionem. Quare iidem mathematici reſolutionem,ac compoſitionem hoc
modo diffiniunt. Reſolutio eſt aſſumptio quęſiti tanq̄ confeſſi per conſequen-
tia progrediens ad uerum aliquod,atque confeſſum. Compoſitio eſt aſſumptio con
Euclidis feſſi, per conſequentia procedens ad quęſiti comprehenſionem. Sunt autem ma-
xiii. thematicorum libri, et pręcipue tertius decimus liber elementorum Euclidis ex
Hali. editione Theonis,et reſolutionū et cōpoſitionū pleni.Idcirco Hali in expoſitione ar

tis paruę Galeni, q̃uis non explicet qualis ſit doctrina reſolutiua qua utuntur mathematici, ait tamen hanc ipſam doctrinam eſſe mathematicis notam, quo quidem Hali teſtimonio fruſtra Pluſq̃cōmentator ſuam de doctrina reſolutiua opinionem tentauit aſſeuerare. Si. n. ut teſtatur Hali, mathematici utuntur reſolutione, ſiue doctrina reſolutiua, non autem eſt apud eos uſitata demonſtratio quia, ſed potius propter quid, hinc ſe colligere arbitratur idem Pluſq̃cōmentator, doctrinam reſolutiuā eſſe demonſtrationem propter quid. Nos autem ex his quę ſupra expoſuimus, ſatis conſtare arbitramur mathematicos, et diuiſionibus, et diffinitionibus, et demōſtrationibus, et reſolutionibus uti, nihilq; aliud apud ipſos eſſe reſolutionem, niſi demōſtrationis propter quid inuentionem, non ipſam demonſtrationem propter quid. Vnum autem mathematicę reſolutionis exemplum nō grauarer apponere, niſi ſcribendi fugerem prolixitatem, in re pręſertim quam unuſquiſq; qui mathematicorū diſciplinas, uel mediocriter deguſtarit, poſſit ex eorūdem mathematicorum libris perdiſcere. Vnde non poſſum non parum admirari Conciliatorem, qui habitus eſt ętate ſua, ut noſtra quoq; habetur, in mathematicis ſcientiis, uſq; ad necromantię ſuſpitionem, excellentiſſimus, auſum contra Hali ſententiam, differētia octaua, pronunciare, mathematicos non noſſe doctrinam reſolutiuam, uel ſi eam ſciunt, non tamen uti ea. Quare ait Halin ſuos ſectatores in ignorantię barathrum detruſiſſe. At qui Proclus, et Euclidis expoſitor, et omnium gręcorum iudicio mathematicus excellentiſſimus, teſtatur mathematicos, non minus reſolutiua, q̃ reliquis aliis tribus dialectices facultatibus uti. Queadmodum eiuſdē autoris uerba quę ſupra de quatuor doctrinis recitauimus apertiſſime oſtendunt, ac queadmodum etiam ſine aliquo Procli teſtimonio, mathematicorum libri pleni reſolutionum, ac compoſitionum, ut diximus, manifeſtāt. Quo circa Hali uere potuit affirmare, mathematicos, et noſſe, et uti doctrina reſolutiua, ſi modo eam potius eſſe demonſtrationis inuentiuam, q̃ demonſtratiuam, ut nos ex ueterum philoſophorum autoritate probauimus, intellexerit. Alioquin Conciliatorem non temere contra ipſum inuehi, in proceſſu huius noſtrę diſputationis concedemus, qui tamen Conciliator et ipſe uiſus eſt ignoraſſe, et quid ſit reſolutio mathemathica, et cur priores, ac poſteriores libri Ariſtotelis, reſolutorii nominati, talem ſortiti ſint appellationem, quę omnia nos in pręcedentibus, ex ſententia ueterum philoſophorum abunde docuimus. Sed ut tandem ad principale noſtri inſtituti propoſitum reuertamur, ad oſtendendum ſcilicet quę fuerit Galeni de tribus doctrinis ordinatis, et de illa pręſertim quam dicit in ꝓemio artis paruę, ex notione finis inchoare, et fieri ſecundum reſolutionem, ſententia. Illud neceſſarium habemus adiicere, ꝙ pręter ſupra tactos reſolutionum modos, eſt quidam alius qui, ut teſtatur Ariſtoteles libro tertio moralium, eſt reſolutioni mathematicę ſimilis, quem Galenus pręcipue methodum reſolutionis nominat, quidam ex neotericis ſyllogiſmum practicum uocāt. Fit autem hoc modo. Proponitur finis quem aſſequi intendimus, deinde inquiruntur illa per quę eundem finem poſſumus attingere, nunq̃ ceſſante inquiſitione donec ad aliquod ultimum peruenerimus, quod ſit actionis principium. De tali reſolutione ſimili illi quam diximus, mathematicam appellari, Ariſtoteles libro allegato loquitur in hunc modū. Nec ſane de finibus conſultamus, ſed de his quę ſunt ad finem. Medicus enim non conſultat, an ſanum faciat, nec orator an perſuadeat, neq; gubernator reipu. an bene inſtituat ciuitatem, neq; aliorum quiſquam de fine deliberat, ſed poſito fine, queadmodum ad illud perueniatur conſiderat, et ſi per multa fieri poſſe cōſtat, per quod illorum facilime, et optime fiat, perquirunt, ſi uero per unum, queadmodū ꝑ unum fiat, et id rurſus per quod, donec perueniant ad primam cauſam, quod in inuentione ultimum eſt. Qui enim conſultat, uidetur quęrere, ac reſoluere prędicto modo, quaſi diagramma. Eiuſdem reſolutionis quę a fine propoſito ſummit initium, habetur exemplum etiam apud Ariſtotelem libro ſeptimo primę philoſophię, quam metaphyſica, ideſt poſt naturalia nominant, ubi ſcribuntur hęc uerba. Fit autem ſanū, ita cogitante ſcilicet medico. Quoniam ſanitas eſt tale quid, neceſſe eſt ſi ſanum futurū ſit, ut hoc adſit, ſcilicet ęqualitas, et ſi hoc, caliditas, et ita ſemꝑ ratiocinatur,

Aduerſus Pluſq̃ cōmēta.

Aduerſus Cōciliatorē.

Proclus Mathemathicus.

Septimo metha.

donec reduxerit ad hoc,quod ipſe efficere poteſt.Hoc in loco Ariſtoteles uult oſtẽdere quomodo fiat ſanitas,non quomodo facta ſit,ut male exponit Auerrois cõmentator,qui dedit Cõciliatori errandi occaſionem,ut paulo infra oſtendemus, oſtẽdit inq̃ Ariſtoteles quomodo ſanitas a medico reſtituatur,ſi quem contingat ęgrotare, ita ſcilicet eodem medico ratiocinante.Si ſanitas eſt ęqualitas calidorum,et frigidorum,oportet factam in his inęqualitatem ad ęqualitatem peruenire, ita ꝙ alterum non ſuperexcedat alterum,ſed modice ſe habeat.Si uero debeat eſſe ęqualitas,oportet ut adſit caliditas.Supponatur.n.frigiditatem ſuperabundare. At ſi caliditatem adeſſe conuenit,opus eſt frictione.Incipit ergo medicus a frictiõe, quam facere poteſt,quę quidem frictio ultima eſt ſecundum intentionem ad ſanitatem, et ęqualitatem,et caliditatem collata.Primum.n.medicus mẽte cõcipit ſanitatem,deinde ęqualitatem,deinde caliditatem,ultimo loco frictionem, quę tamen i opere primas partes habet. Primum.n.frictio caliditatem, caliditas ęqualitatẽ, ęqualitas ſanitatem, et hoc eſt illud quod dicitur,ꝙ principium operationis,eſt finis cognitionis, et principium cognitionis eſt finis operationis,quę poſtrema uerba cõmuniter dicta uſurpat etiam Cõmentator in huius loci expoſitione cõmento uigeſimo tertio. Sed ꝑter hęc uerba reliqua expoſitio falſa eſt,et ſẽſum Ariſtotelis omnino deprauat.Neq;.n. proponit ſanitatem quam medicus facere intendat, ſed iam factam ſupponit, neq; ęqualitatem nominat quã adeſſe oporteat, ſi ſanitas futura ſit, ſed fluxũ naturę ꝙ ſi fuit, oportuit affuiſſe caliditatẽ,et ſi caliditas affuit,oportuit bibiſſe pharmacũ,ſeu laxatiuum,ut utar uocabulo,quo Auerrois,cum tamen Ariſtoteles in ſuo exemplo, non de fluxu,ſed de ęqualitate qualitatum,non de pharmaco,ſed de frictione loquatur,quę faciens caliditatem,facit etiam ęqualitatem,et conſequenter ſanitatem.Laxatiuum autem tam frigiditatem,q̃ etiam caliditatem poſſe facere,ſi non per ſe,ſaltem ex accidenti,nemo medicus neſcit,ex frictione de qua loquitur Ariſtoteles fieri caliditatem tam a uulgo, q̃ etiam a medicis ſcitur . Non eſt autem admirãdum, ſi Auerrois expoſitio corrupta eſt,cum etiam tranſlatio,quam ipſe exponit ſit deprauata,quod unuſquiſq; poterit animaduertere, qui tranſlationem arabicam gręcę contulerit,quę licet et ipſa barbara ſit,multo tamen fidelior eſt altera,quã Auerrois ſequutus,et ipſe grauiter errauit,et philoſophos noſtrę ętatis(de illis loquor q non ei minorem,q̃ Ariſtoteli adhibent fidem)tetra inſcitię caligine obtenebrauit, mille.n.ſunt huiuſmudi loca,ne dicam decem milia apud Ariſtotelem male e gręca in arabicam linguam tranſlata,et conſequenter perperam a Cõmẽtatore declarata. Sed de hoc ipſo loco libri ſeptimi,de prima philoſophia non ſatis recte a Cõmentatore expoſito, etiam inferius loquemur, ubi de Conciliatore ſuam ex Auerrois expoſitione opinionem,de doctrina reſolutiua,cõfirmante,uerba faciemus. Iam ad id unde digreſſi fuimus reuertamur. De tali etiam reſolutione quę a fine cõcepto ſumit initium facit mentionem Simplicius, in expoſitione libri ſecundi Ariſtotelis de naturali auſcultatione, ubi Ariſtoteles conatur oſtendere quo pacto eodem fere modo in mathematicis,et in his quę a natura fiunt inueniatur neceſſitas .Verba autem Simplicii locum illum exponentis hęc ſunt. Habere autem conſecutio ſimilitudinem,ſi quis finem tãq̃ natura primum conſiderauerit,quoniam et propter hunc, et materia eſt.Hoc autem et ipſe Ariſtoteles confirmat ex artibus.Quiſpiam enim ſtatim ab initio concipiẽs uſum domus,atq; utilitatem, et prius figuram animo fingens,ſic apponit materiam,eſt enim finis notio principium ſpeculationis ſed nõ actionis.Duplex enim principium,alterum ſpeculationis,alterum actionis,et notio q dem finis eſt ſpeculationis principium. Quia egemus defenſione , ideo et tectum facere oportet,igitur et parietes,et fundamenta, finis uero ſpeculationis eſt principium actionis.Idem Simplicius in expoſitione libri prędicamentorum Ariſtotelis uolẽs oſtẽdere quã pręſtet utilitatẽ hic liber,cũ ad totius philoſophię,tũ ad artis logicę introductionẽ.Declarat obiter ſecũdũ quã methodũ fuerint oẽs partes ſyllogiſmum demonſtratiuum conſtituentes ab Ariſtotele inuentę ſecundum methodum ſcilicet reſolutiuam,et eodem utitur exemplo artis ędificatiuę,in hunc modum ſcribens . Vtilis autem horum doctrina ad totius philoſophicę, et logicę tractationis

Auer.

Siplicius

Finis notio.

introductionem. Liquet enim ꝙ ſimpliciora ad elementationem ſunt utilia, propter quod et geometer a ſimplicioribus inchoans, primum de triangulis, deinceps de q̄drāgulis docet, et tunc de quinquāgulis, et de aliis, qui ordine ſequuntur multangulis. Et qui numerorum ſtudium habet, quid par, quid impar, atq; ita q̄d pariter par, et quid pariter impar. Quod aūt ad logicam tractationem utilis ſit ſimpliciū uocum principium, hinc manifeſtum. Cōtemplatio, et actio aduerſum iter tenent. et.n. contēplatio a fine incipiens, uia incedit ad principium. Actio aūt a principio ad finē progreditur, ueluti in domo. Nam ipſius contēplatio uſum protinus cōcipit propter quē eſt domus, ꝙ propter tegumētū, quod a uentis, imbribus, atq; ęſtu defendit, et quo modo hoc fieri poſſit conſiderans inuenit, ꝙ ſine parietibus tegumentum nequit ſubſiſtere, parietes autem ſine fundamētis firmari nō poſſunt, ſed neq; hęc poſſibile eſt ut iaciātur, niſi prius terra fodiatur, et hic deſinit, unde actio inci piens primum fodit terrā, deinde fundamenta iacit, et his ſupadſtruit parietes, ultimo tectum ſup imponit. Hic igitur etiam mihi ſimile obſerua. Sicuti.n. indigemus domo quę nos tueatur ab ea quam uenti, et imbres, et ęſtus facit, corruptionē, ita et egemus demōſtratione, quę prohibeat illam quę uere fit a falſo in contēplatione, et a malo in actione corruptionem. Sicuti.n. in contēplatione opponitur uero falſum, ſic et in actiua philoſophia malum opponitur bono, et aliquo egemus inſtrumento quo ipa ſeparet, atq; diſtinguat, ne falſis pro ueris, et malis pro bonis incidamus. Hoc aūt inſtrumētum eſt demōſtratio, quod eſt examen uniuſcuiuſq; rei, neq; pmittit nos debili forte, uel ueri, uel boni ſimilitudine decipi, ſed omnia aperit, et explorat. Sicuti igitur domum qualiter fiat conſiderantes, in terrę foſſionem deſinimus, ſic et demōſtrationis generationem contemplantes, quoniam demonſtratio aliquid alicui ineſſe dicit, et aliquid non ineſſe alicui, nō ſimpliciter, ſed et cauſam apponēs ob quam inſit, uel non inſit, manifeſtum ē ꝙ non ē ſimplex oratio, ſed pluriū collectio, et eius quod ineſt, et cui ineſt, et cauſę, induas ad minimum propoſitiones, collectę. Nam qui demōſtrat animam eſſe imortalem, per medium hoc, p ſe mobile. Ita dicit. Anima eſt per ſe mobilis, per ſe mobile eſt imortale, et ita ſub infert concluſionem, ꝙ anima ē imortalis. Syllogiſmus igitur demōteatiuus ē demōtratio. Sed quo modo diſceremus ſyllogiſmum demōſtratiuum, niſi prius diſcamus ſyllogiſmū ſimpliciter? Neq;.n. ſcribere hanc, uel illam formam poterimus, niſi antea ſimpliciter ſcribere didicerimus. Syllogiſmum autem ſimpliciter quomodo contingit diſcere, niſi ea ex quibus conſtat, prędiſcamus? Hęc autem ſunt propoſitiones, uerum et hę ex nominibus ſunt, et uerbis, his quidem ſubiectis, his uero prędicatis, quare et horum cognitio eſt neceſſaria, et neq; uſq; ad has reſolutio terminatur. Nam et has ipſas antecedit ſimplicium uocum contemplatio, ſecundum quam omnia ſunt nomina, quoniam prima impoſitio tā q̄ nominum exiſtit. Cum.n. neceſſarium haberent homines res inuicem ſibi ſignificare, quia a cōmuni diſtabant intellectione, huic q dem nomen corpus impoſuerunt, huic uero dextrum, et alteri facere, uel pati, nūdū facta differentia, ſecundum quam hęc quidem ſubiiciuntur, hęc uero prędicantur, et hęc quidem conſignificant tempus, hęc uero non. Accedit igitur uocum ſimplicium contemplatio, et ab his incipiendū uolenti facere demōſtrationem. Cōuenienter igitur a p̄dicamentis incohamus, quoniam p ipſa ad orationem ſignificatiuam, et ad res ſignificatas itroducimur, a ſimplicioribus ad compoſitiora. Nam poſt ſimplices uoces, quid nomen, quid uerbum addiſcimus, deinde quid affirmatio, quid negatio, et quę ſint harum differentię, quę in libro de interpretatione docentur, deinde quid terminus, quid propoſitio, quid ſyllogiſmus, et quę ſyllogiſmorum ſpecies, et quot in unaquaq; figura, et quot in ſingulis figuris modi fiant, quę diſcimus in prioribus reſolutoriis, et ita ad demonſtratiuam uenimus tractationem, quam poſteriora reſolutoria inſcripſit Ariſtoteles. Recte igitur a libro p̄dicamentorū, et logicę tractatiōis, et totius p̄hię initiū facimus, et ex his q̄ dicta ſūt habemus ordinē, libri ꝓpoſiti lectionis. Sed et Gal. ipſe de cuius opinione diſerimus, uſū Methodi reſolutiuę lib. xi. artis curatiuę, tali exēplo declarat. His igitur q febrē ſanare conātur, neceſſariū ē putredinē amouere, quare duę fiūt itētiōes, altera a febre, altera

a putredine, ut quod quidem febris factum iam eſt,curetur,quod uero iam fit,prohibeatur.Sed rurſus alię duę intentiones ſuboriuntur, et iam factam putrediné auferre,et eam quę iam fit prohibere.Hęc autem quę iam fit,cauſam habet carétiam tranſpirationis,nam nihil prohibet ita nominare clarioris doctrinę gratia. Quare et ab hac,duę alię rurſus erunt indicationes,et quod iam retentū eſt euacuantibus, et quod futurum é, ut retineatur prohibétibus. Prohibebitur autem ſanátibus nobis obſtructioné,cuius et ipſius id quod iam factum eſt ſanare oportet,quod uero futurum,prohibere.Sanabitur autem id quod factum ab apperiétibus,prohibetur uero futurum,ſi humorum influxum qui obſtructionem faciūt coerceamus. Quod igitur ultimum inuentum é,ſecundum methodum reſolutiuam,hoc primum facere oportet in curatione. Hoc é uerum exemplum doctrinę reſolutiuę libro undecimo capite decimo a Galeno poſitum,et non illud quod ſcribit Conciliator, differentia octaua,ex eiuſdem libri capite primo,et ſecundo ſumptum,dum ſuam probare nititur opinionem,ꝙ uidelicet doctrina reſolutiua ſit demóſtratio quia,et non propter quid,qui etiam Conciliator eiuſdem probatióis gratia,citat Auerroim, locū illum Ariſtotelis,ſupra a nobis adductum in exemplum methodi reſolutiuę, ex libro ſeptimo de prima philoſophia,exponentem,his uerbis. Et cum iſte infirmus eſt,modo ſanus,neceſſe é ut fluxus naturę fuerit,et ſi fluxus naturę fuerit,neceſſe eſt calorem fuiſſe,et ſi calor é,neceſſe eſt potaſſe laxatiuum,et hoc intédebat cum dixit,et ſi hoc eſt iam fuit calor,et ſecundum hunc modum dicemus unum poſt aliud.i. et ſic dicemus unum poſt aliud,ſecundum diſſolutionem ſcilicet incipiendo a poſteriori,et ꝑueniendo ad primum principium incognitione.Deinde dicit,et motus qui ex hoc é actio etc.i.motus qui incipit ab ultimo in diſſolutióe, et eſt cópoſitio, dicitur actio ꝓcedés ad ſanitaté, ita ꝙ accidat, ꝙ ſanitas q̄ é extra animá,ſit a ſanitate quę é i aia, et itédebat ꝙ eé ſanitatis q̄ é in aia,é in cópoſitióe ad eé ſanitatis, q̄ é extra animá,et hoc eſt illud quod dicitur,ꝙ principiū operationis é finis cognitionis,et principiū cognitionis eſt finis operatióis.Hęc quidem Auerrois,qui in aliquibus uerbis plurimam oſtendit reſolutionis a notione finis inchoantis cum reſolutione mathematica,ſimilitudinem.Quem.n.motum Ariſtoteles,atq; Simplicius uocát actionem,uel factionem.Cómentator nominat compoſitionem, quaſi actio in agibilibus compoſitioni,in mathematicis,et ſimpliciter in omnibus ſpeculabilibus proportione reſpondeat,uerum in multis ab Ariſtotele diſſidet,et ſibi ipſi non conſentit, nam poſtremū dictum, qđ eſt cóe dictum,et maxime Galeni libro.xi.artis curatiuę,quem antea allegauimus,ꝙ uidelicet finis cognitionis,eſt principium actionis,ſecundum methodum reſolutiuam,ſicuti principium cognitionis é finis operationis, hoc inq̄ omnium,et pręcipue Galeni dictum ueriſſimum exiſtit,cui tamen repugnant uerba priora Cómentatoris dicentis,ꝙ in diſſolutione unū poſt aliud dicitur, incipiendo a poſteriori,et ꝑueniendo ad primum principium in cognitione.Neq;.n.in methodo reſolutiua quam Auerrois diſſolutióem nominat,icipimus a poſteriori, neq; ab eo peruenimus ad principium cognitionis,imo cótra, incipimus a principio cognitionis,quod eſt notio finis ſecúdum Simplicium,donec perueniamus ad ultimū cognitionis,quod eſt principium actionis. Primus auté progreſſus uocatur ab Ariſtotele cogitatio,ſiue ut habetur in gręca translatione, intelligentia. Secundum aūt factio,ab Auerroi autem,ut diximus,cópoſitio.Quare ex hoc loco Ariſtotelis libri ſeptimi de prima philoſophia,male meo iudicio apud arabes interꝑtato,et peius ét ab Auerroi cómétatore expoſito, contrarium elicitur ei quod uult habere pro ſua opinione adſtruéda Cóciliator. Illud.n.a quo incipit doctrina reſolutiua,quod ſecūdum Galenū eſt notio finis,ſiue principiū cognitionis,nihil aliud eſt niſi finis mente conceptus,ut declarat Simplicius in uerbis ſupra a nobis adductis, ex expoſitione libri ſecundi Ariſtotelis de phyſica Auſcultatione, exemplo artis ędificatiuę.Ipſe uero Ariſtoteles loco ſtatim antea allato ex libro ſeptimo de prima philoſophia duobus exemplis,altero artis medicinalis,cuius finis é ſanitas, altero artis ędificatiuę,cuius finis é domus,ſiue eius utilitas,ut Simplicius in allegata expoſitione declarat,quem finem uult idem Simplicius poſſe conſiderari,tāq̄ natura priorem his

Cótra cóciliatoré.

Cogitatio.

quę ſunt propter ipſum,ſi eodem modo,omnino et in mathematicis, et in his quę a natura fiũt,debeat neceſſitas inueniri. Quam neceſſitatis ſimilitudiné uidetur Ariſtoteles in ſuis uerbis quę exponit Simplicius inſinuare, quam etiam Simplicii ex poſitionem confirmat Ariſtoteles libro ſecundo de partibus animaliũ,ubi ſecundũ translationem Theodori,ſcribit hęc uerba.Sed cum cõtra in generatione,atq; eſſentia agatur.Quę.n.poſteriora ſũt generatiõe, hęc natura priora ſunt,et quod primũ eſt natura,id ultimum eſt generatione.Non.n.ędes laterum,aut lapidum gratia ſũt, ſed hęc gratia ędium petuntur.In eãdem ſententiam ſcribit et Simplicius, in expoſitione eorum quę poſt prędicamenta nominantur, exponens quot modis dicatur prius, atq; poſterius ſecũdum peripatteticorum opinionem, atq; illum quoq; inter alios adducit quo aliquid dicitur eſſe conceptu prius, ſicuti finis. Sunt autem hęc eiuſdem Simplicii uerba.Illud autem quod eſt conceptu prius, eſt ſicuti finis,quoniam pręintelligimus finem,ſicuti tegumentum ante parietes,et fundamenta, et effoſſionem. Hoc igitur ſub illa ponetur quę ſunt priora tẽpore. Ipſius uero ſubſiſtere poſterius ẽ tempore,ſubſtantia autem prius. Prima uero ſecundum ſubſtantiam quę ſunt perfectiora,quod prioris ſignificatum non uidetur mihi ꝑtermiſiſſe Ariſtoteles,ut Iamblicus inquit,ſed in quarto modo compręhendiſſe in quo honorabilius,et optimum,primum dicebatur,Ex his Simplicii uerbis apparet finem dupliciter conſiderari,uel quatenus in mente ẽ,et ſic notio finis,ſiue conceptus, finis nominatur,et hoc modo acceptus prior ẽ tẽpore, his quę propter finem eſſe dicũtur, uel quatenus extra animam ſubſiſtit,et ſic poſterior ẽ tempore,ſed prior dignitate, ac perfectione,atq; etiam natura, ut uerba Ariſtotelis manifeſtant, quę quartũ modum prioris in his,quę poſt prędicamenta uocantur,exponũt.Sunt autem hęc. Adhuc uero melius,et honoratius,prius eſſe natura uidetur.Hãc etiam duplicem finis conſiderationem tangit Auicẽna ſexto libro eius operis, quod metaphyſica inſcribitur,inquiens. Cauſa finalis non eſt cauſa inuenta extra, ſed inuenta in intentione agentis.Quam Auicẽnę ſentẽtiam confirmat Alexander in expoſitiõe quinti libri de prima philoſophia,ſtatim circa initia eiuſdem libri,ubi Ariſtoteles quot modis principium dicatur exponit.Sunt autem uerba Alexãdri hęc. Principium uocat.ſ. Ariſtoteles,finis,et propoſiti cognitioné . Hoc.n.in agibilibus primum principiũ, et cauſa,ut agibile fiat. Quare quod ſcribit Conciliator ſupra allata differentia, ex Boetii in topicis autoritate,ꝙ finis,et effectus, idem ſunt,et uterq; poſterior. De fine quidem qui extra animam ſubſiſtit,et in idem coit cum effectu,illis cõcedemus ꝙ ſit poſterior ſecundum tempus,licet non ſecundum eſſentiam,uel naturam.De fine autem mente concepto qui notio finis,ſiue cõceptus finis appellatur, qui ẽ principium ſpeculationis,ut ait Simplicius,ſiue cognitionis,ut Auerrois loquitur,minime aſſentiemur.Hic.n.illa etiam quę ad finem extra animã ſubſiſtentem quęruntur,ne dum finem ipſum quem aſſequi intẽdimus,tempore proculdubio antecedit, uel hoc ipſum Auerrois expoſitione confirmante,quę dicit ex intentione Ariſtotelis ſanitatem quę eſt in anima, eſſe in compoſitione ad eſſe ſanitatem quę eſt extra animam.Hic uero modus prioritatis,ſecundum tempus primus ẽ, atq; pręcipuus, iuxta Ariſtotelem,in eo tractatu quẽ diximus poſtprędicamenta nominari. Ex his omnibus uolumus eſſe concluſum,non poſſe Conciliatorem ex eo ꝙ Galẽus ſcribit in ꝓemio artis paruę,doctrinam roſolutiuam fieri ex notione finis, non poſſe inq̃ ſuam aſſeuerare opinionem,ꝙ doctrina reſolutiua ſit demonſtratio,quia cũ ex eiuſdem Galeni uerbis contrarium potius colligatur,eãdem .ſ. doctrinam ex priori,nõ autem ex poſteriori procedere.Neq; tamen Pluſq̃cõmentator qui aduerſam Conciliatori tenet opinionem,quicq̃ ex tali cõcluſione lucratur,imo ex multis quę ſupra a nobis dicta ſunt de notione finis ex autoritate Simplicii, liquere poteſt quantum idem Pluſq̃cõmentator a uera Galeni ſententia deuiauerit,nam ſecundum Pluſq̃cõmentatoris expoſitionem,notio finis ſequitur reſolutionem.Secundum autem Simplicium,atq; Galenũ, ut etiã magis, ac magis poſtea declarabimus, notio finis antecedit reſolutionem,ſed anteq̃ utriuſq; opinionis,tam.ſ.Pluſq̃cõmentatoris,q̃ etiam Conciliatoris falſitatem oſtendamus, prius eſt a nobis uera Galeni ſententia ape-

Ariſtoteles.
Siplicius
Prius.
Iãblicus
Auicẽna
Alexander.
Doctria reſolu.

rienda,nam ex recto,ut dici ſolet,obliquum magis apparet. Nos quidem hactenus
de conceptu,ſiue notione finis generalius fuimus locuti. Si uero uelimus ad opinio
nem Galeni de doctrina a notione finis inchoante explicãdam, propius accedere.

Notio fi nis.

Notio finis in ea oratione Galeni,quę ſtatim proponitur in ꝓoemio artis paruę in
his uerbis.Tres ſunt omnes doctrinę quę ordini inhęrent,prima quę fit ex notione
finis ſecundum reſolutionem,hoc inq̃ quod notio finis dicitur,arctius eſt accipien
dum.Nam Galenus de doctrinis loquens per notiouem finis,nõ quẽlibet finem no
tum intelligit,quem unuſquiſq; ſibi animo proponit, et aſſequi intendit, ſed ſolum
ſpecialem finem alicuius artis, uel ſcientię quam doctor intendit conſtituere, atq;
obiter conſtituendo docere.Per doctrinam autem a notione finis incipiẽtem,et fac
tam ſecundum reſolutionem,non methodum aliquam,ſiue doctrinalem modum,ex

Sentẽtia Galeni.

illis quatuor apud ueteres celebratis,de quibus nos ab initio latiſſime ſcripſimus,
idem Galenus uidetur accipere, ſed quãdam aliam ſui generis doctrinam, quę ab
ordine potius,quem in docendo ſeruat,q̃ a modo docendi,uel diuiſiuo, uel reſoluti
uo,uel diffinitiuo,uel demõſtratiuo,ſuam recipit denominationem.Neq;.n.ideo reſo
lutiua dicitur,quia,uel reſoluere doceat,uel reſolutionibus frequẽter utatur,ſed qa
ſequitur ordinem reſolutionis a notione finis inchoantis, ut poſtea plenius ſumus
oſtenſuri.Nã prius illud oportet declarare, quomodo Galenus uelit unãquãq; ſcien
tiam,uel artem propriam habere ex ſui finis notione,cõſtitutionem. Hinc.n.et una
aperietur ſenſus illorum uerborum,quę in antiqua translatione ſcribuntur, in hũc
modum.Nemo tamen ante nos ſcripſit eam quę ex notione finis incipit, ex qua om
nes artes conſiſtunt,ſecundum rationem.Q uę uerba male intellecta magnam dede
re duarum opinionum contrariarum aſſertoribus inuicem altercandi occaſionem,
utriſq; ſtudentibus,hoc omnes artes conſtituẽdi munus,doctrinę adſcribere demõ
ſtratiuę,ſed alteris demõſtrationi propter quid,alteris demõſtrationi quia a iunio

Galenus.

ribus philoſophis uocitatę.Galenus in libro cui titulus eſt. Nunquid ſalubre perti
neat ad artem medicinalem,uel gymnaſticam,ſiue atheticam, uolens oſtendere quo
modo unaquęq; ars a ſuo fine propriam habet cõſtitutionem,ſcribit hęc uerba. Ma
nifeſtum igitur,ꝙ neq; ex materiis oportet artes iudicare. Neq;.n.ſi quis alias qui
dem cõmunes materias,et ut quiſpiam diceret,ſecundum accidens,alias proprias,
et proximas unicuiq; arti ſupponẽs.Q uatenus quidem naturale eſt corpus noſtrũ,
diceret eſſe ſciẽtię naturalis materiam. Q uatenus uero ſanabile medicinalis. Q ua
tenus uero optimo habitu ꝑditum gymnaſticę,neq; ſic aliquis ex alio, q̃ ex fine ar-
tes diſtingueret.Dicere.n.hoc aliquod corpus eẽ ſanabile,eſt eius qui finem cogno
ſcat.Neq; uero ſi quis ex theorematibus artes diſtinguat,ac ſeparet,aliunde potẽtia
incipit,q̃ ex fine. Propria.n.uniuſcuiuſq; artis theoremata ſũt quę quiſpiam cogno
ſcens, iuuatur ad finem. Nam et in grammatica, et in arte fabrilli, et in muſica, et
quauis aliarum quęcũq;,uel ipſum finem manifeſte, uel id ipſum quod melius, uel
citius afferre poſſunt,propria ſunt artis.Q uęcũq; uero nihil iuuant ad finis factio-
nem,hęc propria non ſunt.Vndequaq; igitur ratio iubet ad finẽ uenire,et per hunc
artes iudicare,propter hunc.n.et per actiões uniuerſales,et per propria theorema
ta,atq; principia,ſi quidem et hęc ipſa uariantur ſecũdum fines artium. Sanitas.n.
finis eſt,ipa uero in calidis,frigidis,humidis,ac ſiccis,in his uero et materię prici
pium,et ſpeculationis principium circa horum noticiam.Sed non eodem modo,me
dico,et naturali,hoc ipſum uero ꝙ non eodẽ modo a fine ſciẽtiarum cognitum fuit,
ac diiudicatum,et conuenienter ſemper ratio adinuenit finem, regulã, atq; iudiciũ
omnium quę tractantur in artibus,nam uniuſcuiuſq; artis cõſtitutio, hinc ſumpſit
initium.Neq;.n.quiſpiam artem medicinalem conſtituere properaſſet, ſi prius ſani
tatem non deſideraſſet,neq; artem ędificandi domum, niſi domum appetiſſet, neq;
textoriam,niſi ueſtem concupiſſet,ſed et quę omnes artes inuenit, hinc ſumpſit ini
tium.Oſtenſum autem eſt alibi quomodo quiſpiam fine ꝓſuppoſito artẽ eius ſecun
dum methodum.i.uiam quandam,atq; ordinatum progreſſum,adinueniret.Et pri-
mum oportet in illo libro exercitari qui uult ad unguem ea quę hic ſcribimus itel
ligentia compręhendere,nam manifeſte diſcet ꝙ ambę medicinę partes ſalubris.ſ.

et curatiua ſub eandem cadunt contemplationem. Hęc Galeni uerba aperte declarant quid ſit notio finis apud ipſum.ſ.finis artis alicuius mente conceptus,ac deſideratus, et quomodo ſumpto a notione finis initio,omnes artes ſecundum Methodum.i.uiam quandam,atq; ordinatum progreſſum,conſtituūtur. Nam fine artis ſemel conſtituto, atq; propoſito,inueniuntur principia, ac theoremata eiuſdem artis per relationem ad finem.Vt.n.Galenus inquit,finis eſt regula, et examen omnium quę in quauis arte,aut ſcientia traduntur.Illa.n.principia,atq; theoremata artis eē dicuntur,quę ad finem eius artis,uel facilius,uel citius aſſequēdū utilia ſunt. Alioquin ſi nullum pręſtarent ad finem artis uſum,nec theoremata quidem,ut ait Galenus,in libro qui de optima doctrina inſcribitur,dicerentur. Ex eiſdem etiam Galeni uerbis nobis aperitur ſenſus illorum uerborum,quę in ꝓemio artis paruę, ſecundum antiquā tranſlationem gręcam,ita ſcribuntur.Nemo tamen ante nos ſcripſit illam.ſ.doctrinam quę ex notione finis incipit,ex qua omnes artes conſiſtunt ſecundum rationem.In qua tranſlatione nulla ambiguitas eſſe poteſt, ſi leges grāmaticę ſequimur quę uolunt uerbum relatiuum referre illud quod ſtatim antecedit, nulla inq̄ dubitatio eſſe poteſt quin relatiuum qua,referat notionem finis quę proximior eſt,et non doctrinam,ut cōmuniter omnes medici iuniores referri putarūt. Vnde ſemetipſos in inextricabiles difficultates iniecerunt,quęrētes quę ſit illa doctrina,ex qua omnes artes conſtituātur. Nos autem,et ſi fateamur omnes artes a ſuo fine propriam habere conſtitutionem, hoc ipſum non uno in loco,ſed pluribus Galeno teſtificante.Nam et in libro qui inſcribitur de conſtitutiōe artis medicinalis, clariſſima uoce pronunciat,ex ueterum philoſophorum ſentētia, unicuiq; arti fieri a ſuo fine conſtitutionem, et ut primo libro artis curatiuę etiam ex propria aſſeuerat,omnes artes quę ſecūdum aliquam methodū.i. uiam atq; ordinatū progreſſum conſtituuntur,notionem finis ſuę conſtitutionis habere principium. Licet inq̄ nos hoc crebrum Galeni dictum ueriſſimum eſſe concedamus, non tamen cogimur aſſignare quęnam ſit illa doctrina ex tribus in ꝓemio artis paruę a Galeno numeratis,cuius hoc munus exiſtat,omnes artes conſtituendi, cum nō dicat Galenus inibi doctrinam ex notione finis incipientem,omnes artes conſtituere, ſed ſolum a notione finis,a qua doctrina incipit quę fit ſecundum reſolutionem, omnes artes cōſiſtere,ſiue propriam habere cōſtitutionem,quaſi uoluerit iſti doctrinę,uel ex hoc ipſo quādam dignitatem corrogare, ꝙ inde ſumat initium, unde omnes artes, atq; ſcientię ſuam habeant conſtitutionem, et ſi ipſa aliq̄ artem, non ſolum doceat, ſed etiam inueniat,atq; cōſtituat,ꝙ hoc habeat ex eo,unde ſummit initium, idem Galenus nobis ſtuduerit iſinuare,aut forte Galenus cum primum dixiſſet ſe alibi.i.in libro de conſtitutione artis medicinalis ſcripſiſſe doctrinam quę incipit a notione finis per uerba ſequentia,a qua.ſ.notione finis omnes artes conſiſtunt, nobis intēderit declarare,non ſolum artem medicinalem,ſed omnes alias propriam habere ex ſuorum finium notione conſtitutionem.Plurimum autem intereſſe cenſeo, an dicatur ex doctrina a notione finis inchoante,an ex ipſa notione finis,omnes artes conſtitui. Nam de notione finis nulla poteſt eſſe controuerſia,ſi uerba Galeni quę ex libro cui titulus eſt.Nūquid ſalubre ad artem attineat medicinalem uel gymnaſticam, paulo ſupra allegauimus,ſane intelligantur. Sed nūquid illa doctrina quę incipit a notione finis,et fit ſecundum reſolutionem,poſſit omnes artes,atq; ſcientias cōſtituere,atq; eodem ordine quo ab ipſa conſtituuntur, edocere, et quo nomine hęc ipſa doctrina fuerit a ueteribus inſignita.Hęc eſt illa quęſtio quę Iuniores medicos, atq; philoſophos miſerabiliter perturbauit,et quę inter eos magnam diſcordiam, et quoddam ueluti ciuile bellum ſuſcitauit.Fruſtra tamen ab ipſis ſuſceptum, quando quidē Galenus,ut diximus,ſicuti aliis in locis q̄ plurimis,ita et in ꝓemio artis paruę, nō ex doctrina aliqua ordinata quę reſolutiua uocetur, ſed tantum ex finis notione dixit omnes artes conſiſtere,ſiue propriam habere cōſtitutionē. Sed nihil refert inquiet aliquis,ſiue Galenus dixerit ex notione finis omnes artes cōſtitui, ſiue ex methodo aliqua quę ſemper a notione finis ſumit initium.Qualis eſt illa quę ab eodem Galeno libro undecimo artis curatiuę,methodus reſolutiua nominatur,ſecundum quam

Quid ſit notio finis.

Theoremata artis.

Galenus.

illud quod eſt primum in opere, eſt ultimum in inuentione. Video.n.aliquos ex his Galeni uerbis maxime motos, credere Hali in ſua artis paruę expoſitione aſſeréti, hanc eſſe illam methodum,quam etiam Galenus innuit in ꝓoemio artis paruę,cum ait. Primam fieri doctrinam ex nótione finis ſecũdum reſolutionem, quam pariter doctrinam putat Hali eſſe demonſtrationẽ quia,ſicuti alteram huic oppoſitam,quę fit ſecundum compoſitionem inuentorum per reſolutionem,eſſe demóſtrationem propter quid,atq; ideo ait idem Hali, idcirco uoluiſſe Galenum de his duabus doctrinis,atq; una de diffinitiua facere in ꝓoemio artis paruę mentionem,ut nos ad diſcendam artem dialeticę inuitaret.Sed qualis erit iſta exhortatio? quandoquidem (ſi uera ſit expoſitio Hali) tres idem Galẽus nobis totius dialectices.i.artis logicę, ſubſtulit partes,et unam tãtum,ſcilicet demonſtratiuam nominauit,nam diffinitiua de qua ipſe loquitur, diuerſa ẽ ab ea quę aliis tribus artis logicę partibus a priſcis philoſophis annumeratur.In nullo igitur numero Galenus habuit,neq; ueram diffinitiuam, neq; diuiſiuam, neq; illã quę proprie dicitur reſolutiua quę opponitur diuiſiuę,quas duas.ſ.diuiſiuam, ac reſolutiuam Plato uoluit eẽ duas pręcipuas dialecticę partes,quarũ altera docet unũ in multa partiri, altera unũ in multa colligere, Quas etiã duas Plato ſentit,et ĩ dialogo q̃ dicitur Phędrus, et in altero etiã q̃ Philebus nominatur,ad artiũ cõſtitutionẽ eſſe maxime neceſſarias. Tacuit ergo Galenus ſecundum Hali expoſitionem,non ſolum Platonis,cuius alioquin magnum ſe ubiq; imitatorem oſtendit,reſolutiuam,ſed illam etiam qua mathematici utuntur quę ob id reſolutio mathematica nominatur,de qua nos ſupra iter alias reſolutionum ſpecies fecimus mẽtionem.Si uero Hali exiſtimat,ut ſane uidetur exiſtimare in ſua expoſitione,hanc mathematicam reſolutionem eſſe demonſtrationem quia,magno eſt in errore,et iure ob hunc a Conciliatore rephenditur, ꝙ multos ĩ barathrum ignorantię detruſerit,niſi ꝙ et ipſe Cõciliator in idem incidit barathrum, in altera parte aſſentiens,Hali ꝙ doctrina reſolutiua,de qua Galenus loquitur in ꝓoemio artis paruę,ſit demonſtratio quia.Hanc.n.opinionem,partim ſatis antea falſam oſtendimus,partim magnis ſumus in ſequentibus deſtructuri. Quicquid autem ſit doctrina reſolutiua,de qua recentiores medici inter ſe tantopere digladiarunt,ſiue demóſtratio quia, ſiue propter q̃d,ſiue ſui generis doctrina,qua unum poſt aliud q̃ritur quam eſt ubi Galenus methodum reſolutiuam nominat, harũ nulla ſeorſum poteſt omnes artes cõſtituere, atq; docere, unde merito dicatur doctrina ex qua omnes artes conſiſtant ſecundum rationem.Q̃d autem hęc uerba uere dici poſſint de notione finis ſatis eſt antea ex uariis Galeni locis declaratum,quibus etiã illa conſonant quę a recentioribus philoſophis conceduntur, a fine principali ſcientię, et pręcipue practicę ſumi principia eiuſdem ſcientię, ſed idem finis eſt primum ſcientię ſubiectum,de quo loq̃tur Ariſtoteles quarto libro primę philoſophię his uerbis. Vbiq; primi proprię eſt ſcientia ex quo alia dependent, et propter quod dicuntur, hoc gręci autores Scopon appellant,quaſi metam,uel ſignum dicere uelint. Trãslatum .n. eſt nomen a ſagittariis . Nam ſicuti hi ſignum habent ante oculos ad quod intendunt ſagittas,ita doctor artis,uel ſcientię ad finem aliquẽ reſpicit, et eius gratia illa ſcribit quęcũq; ſcribit. Qualibet artem uel ſcientiam ſuam capere a ꝓprio fine conſtitutionem,et ab aliis diſtinctionem,ut Galenus ſentit,ueriſſimum exiſtit, non ſolum in ſciẽtiis practicis,ſed etiam ſpeculatiuis, quoniam et hę per ſuos fines ſpecificantur, ut declaratur ex uerbis Ariſtotelis libro primo primę philoſophię, ubi uolens oſtendere quid ſit ſapientia,ait eam eſſe ueritatis contemplatricẽ,quem locum exponens Alexander,in hunc modum ſcribit.Cum uſus fuiſſet ueritatis nomine ĩ philoſophia,nũc ꝙ rationabiliter ita uocatur,oſtẽdit. Q̃d.n.philoſophię nomine intelligat ſpeculatiuam,per ea quę ſubinfert, declarat,iquiẽs. Speculatiuę.n. finis eſt ueritas,et adhuc magis iſtius illa pars quę de primis prĩcipiis agit, et cauſis quę omnino a ſenſu ſunt ſeparatę,et ſua natura entia quam ſapientiam nominat. Quod autem prius dixerat, hoc modo probat. Cũ finis philoſophię ſpeculatiuę ſit ueritas,a fine autem propoſito una quęq; methodus ſpecificetur,et eſſentiã habeat, conuenienter a ueritate ipſa nominatur Hęc.n.ipſius eſt finis ,hęc quidẽ Alexãder.

Contra Hali.

Plato in Phedro et Phile bo.

Ariſtote les quar to meth. Scopos.

Ari. pri, metha. Ale. pri. metha.

Si quis uero obiiciat aliquas eſſe ſcientias ſpeculatiuas,ueluti mathematicas quę ſi Obiectio.
ne careant,huic quoq; obiectiói occurrit Alexander in alia expoſitióe libri de pri
ma philoſophia de eiſdem mathematicis faciés métionem,atq; ita ſcribens. Adhuc
autem nó omne bonum ſua natura agibile é,cum ſit aliud bonum agibile,aliud ſpe
culabile, et non agibile quod eſt in methematicis, nam circa ea ueritas bonum exi
ſtens ipſis eſt finis. Ex quibus uerbis Alexádri idem poteſt colligi quod etiam ha
betur ex libro Galeni ſupra allegato cui titulus eſt.Núquid ſalubre attineat ad ar-
tem medicinalem,uel gymnaſticá,differentias ſpecificas,per quas ſcientię inuicem
diſtinguuntur,a fine accipi, quo fit ut de eadem re etiam uarię ſcientię conſiderét,
ſed diuerſo modo,propter ſuorum finium diuerſitatem. Vt.n.inquit Ariſtoteles li- Ari.pri. moraliú.
bro primo moralium faber quidem, ac geometer differenter rectum perquirunt,
alter quantum ad opus utile eſt, alter quid ſit, et quale, contemplator.n.ueritatis.
Si ergo una quęq; ſcientia a fine proprio ſuam habet eſſentiam, quod uult Ariſtote
les,ſecundum Alexandri expoſitionem, conuenienter ut Galenus ſentit a fine noto.
ſiue ſubiecto ſecundum formalem eius rationem quę a fine ſumitur, ſecundum ip-
ſum conſiderato illa ſumuntur quę faciunt ad eiuſdem artis conſtitutionem, et hęc
ipſa per quédam modum reſolutionis inueniuntur, ſicuti etiam per reſolutionem,
quam quidam recentiores ſyllogiſmum practicum uocát, fine ſemel conſtituto, illa
perquirimus quę ad eúdem finem aſſequendum ſunt neceſſaria, non tamen propte
rea concedimus,id quod in ſua expoſitione Hali uidetur cócedere, doctrinam reſo
lutiuam,de qua Galenus in ꝓemio artis paruę primum facit mentionem,eſſe me-
thodum quę alibi a Galeno methodus reſolutiua,a neotericis autem aliquando ſyllo
giſmus practicus nominatur . Nam licet hac methodo utatur ad inueniéda illa quę
artem conſtituút,utitur nihilominus,et aliis.ſ.et diuiſiua,et diffinitiua,et demóſtra
tiua,tam quę ex prioribus,q́ quę ex poſterioribus demonſtrat,quéadmodum diſce
re licet legentibus librum de conſtitutione artis medicinalis,in quo Galenus ſcrip
ſit doctrinam ex notione finis inchoantem,et factam ſecundum reſolutionem quam
ob id reſolutiuam nominat.Q uod etiá animaduertit,non minor pene philoſophus,
q́ medicus Vgo Senéſis,qui ut de ſe ipſo fatetur,in expoſitione ꝓemii artis paruę, Vgo ſené ſis.
duas quę ſuo tempore erant celebratę,ſicuti et noſtro quoq; ſunt,ſecutus eſt de doc
trina reſolutiua, et cópoſitiua opiniones,mox cum ad eius manus perueniſſet liber
Galeni de conſtitutione artis medicinalis,in quo Galenus doctrinam facit reſoluti
uam,eaſdem opiniones pro falſis,et minime Galeni ſentétię congruétibus repudia
uit.Sed licet Vgo fateatur diuiſiones,reſolutiones,diffinitiones,et omnis generis de
monſtrationes,ad eam admitti doctrinam quę reſolutiua nominatur.Nó tamen cur
magis reſolutiua nominetur,q́ uel diuiſiua,uel demóſtratiua,et qui differat, qui ue
conueniat cum aliis duabus.ſ.cum compoſitiua,diffinitiua,ſatis explicauit,quę oïa
in pręſentiarum declarare aggrediemur. Nos doctrinam reſolutiuam, non a docédi
modo,ut Iuniores medici ſunt opinati,ſed ab ordine potius qué in docendo ſeruat,
ſortitam hanc appellationem exiſtimamus,q́q́ Galenus, non reſolutiuam dicat, ſed
factam ſecundum reſolutionem. Vnde illam medici Iuniores reſolutiuá appellarút.
Sicuti.n.doctrina diffinitiua apud Galenum dicitur, ut teſtatur etiam Pluſq́cómen
tator,non quia diffinire doceat,uel quia ipſam diffinitionem cócludat,ſeu quia ſem
per diffiniendo procedat,ita doctrina prima reſolutiua ideo uocatur,non qa doceat
reſoluere,uel quia reſolutionibus frequenter utatur,ſed quia in docendo ſcientiam
aliquam,ſeruat ordinem illorum quę per reſolutionem a notione finis incipientem
inueniuntur,quem quidem ordinem ſeruatú a Galeno uidemus in libro de cóſtitu
tione artis medicinalis,cuius libri doctrinam dicimus eé reſolutiuam. Primum.n.
quę ſit finis notio declaratur,ſanitas .ſ. deinde quęritur per uiam reſolutionis quę
ſint ad faciendam,uel conſeruandam ſanitatem,neceſſaria,et primum occurrit ꝙ co
gnitio corporum ſanorum,et ęgrorum habenda eſt.Hęc igitur quomodo habeatur,
primo loco docetur.Q uia uero corpora ſana egent conſeruatione, ęgra autem cura
tione,ſed maior neceſſitas urget ad corpus ęgrum priſtinę ſanitati reſtituendum,q́
ad ſanum conſeruádum. Ideo methodus curatiua, quę eſt una ex principalibus par

tibus artis medicinalis,omnibus aliis in docẽdo pręponitur,Sed quia hęc pars me
dicinę curatiua nõ poteſt exerceri ſine altera parte eiuſdem artis, quę pars diagno
ſtica gręco uocabulo nominatur,quia per ipſas ſingulos morbos pręſertim intrin/
ſecos,atq; latentes docemur cognoſcere,ideo poſt curatiuam,diagnoſtica ſecũdo tra
ditur loco.Quia etiam pars altera artis medicinalis quę prognoſtica a gręcis nomi
natur,non mediocrem pręſtat ad curãdas ęgritudines utilitatẽ, idcirco et iſta poſt
diagnoſticã ſuo loco docetur.Atq; ita omnes alię eiuſdem artis medicinalis partes,
uel principales,uel principalium conſtitutiuę,quo ordine per reſolutionem inue/
niuntur,eodem etiam in libro,quem diximus de conſtitutione artis medicinalis in
ſcripto,a Galeno traduntur.Pars uero ſanitatis conſeruatrix, cum ſibi adiacẽtibus
ob id ultimo loco docetur, ne interim ordo partium quę ad partem curatiuam rec
te exequendam perquiruntur, interrumpatur. Sed nihilominus, et ipſa methodus
ſanitatis conſeruatrix,ſicuti et omnes alię per relationem ad finem,inuenitur, atq;
docetur,nam quęcũq; in eo libro ſcribuntur, principium habẽt,ſeu cauſam gratia
cuius,quam gręci Scopon appellant,ſanitatem.Ad harum autem omnium partium
Sudor multus calidus,uel frigidus ſuperfluens,frigidus magis, calidus minus, ſignificat morbum. xlii.fo.xli.
Febres quęcunq; non intermittentes, tertia die fortiores fiunt, magis periculoſę. Quocúq; autem modo intermiſerint,periculum abeſſe ſignificatur. xliii.fo.xli.
Quibus,febres longę,his tubercula,uel labores in articulis fiunt. xliiii.fo.xli,
Quibus tubercula,uel ī articulis labores fiũt,hi pluribus utútur cibis .xlv.f.xlii.
Si rigor incidat febre non deficiente,ęgro iam debili,lętale eſt. xlvi.f.xlii.
Excreationes in febribus non intermittentibus,liuidę,cruentę,fetidę,omnes malę,et bilioſę.Et ſi bene exeunt,ſiue per alui excretionem,ſiue per urinas bonę. Si uero non aliquid eorum quę iuuãt,per hęc loca excernitur,malum. xlvii.fo.xlii.
In febribus non intermittentibus,ſi partes exteriores frigidę,interiores urútur,

et ſitim habeat,lętale eſt. xlviii.fo.xlii.

In febre non intermittente,ſi labrum,uel oculus,uel naſus,uel ſupercilium peruertatur,uel non uideat,uel non audiat,iam debili exiſtente corpore, quicquid horum euenerit,mors proxima eſt. xlix.fo.xlii.

Vbi in febre nõ intermittẽte difficultas ſpirãdi,et deliriũ acciderit,lętale. l.f.xlii.

In febribus,abſceſſus,qui ad primas iudicationes non ſoluunt, longitudinem morbi ſignificant. li.fo.xlii.

Quicũq; in febribus,uel in aliis morbis ſponte illachrimant, nihil abſurdum, qui uero non ſponte,abſurdius. lii.fo.xlii.

Quibꝰ circa dẽtes ĩ febribus q̃dã lẽtores naſcũtur,his fortes fiũt febres.liii.f.xlii

Quibus plurimum ſiccę tuſſes leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, nõ multum ſiti infeſtantur. liiii.fo.xlii.

Ex inguinum tumoribus,febres omnes malę,pręter diarias. lv.fo.xliii.

Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente, malum. Prorogatur.n.morbus,et multam ſignificat humiditatem. lvi.fo.xliii.

Qui a cõuulſiõe,aut diſtẽtiõe neruorũ tenetur,febre ſuꝑueniẽte lib̃atur.lvii.f.xliii

A Febre ardente habito,rigore ſuperueniente,ſolutio. lviii.fo.xliii.

Tertiana exquiſita ſeptenis circuitibus,quod longiſſimũ eſt,iudicatur. lix.f.xliii.

Quibus in febribus aures obſurduerunt,ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata,ſoluit morbum. lx.fo.xliii.

Febricitantẽ niſi diebus imparibus febris reliquerit,ſolet recidiuare. lxi.f.xliii.

Quibus in febribus morbus regius ante diẽ ſeptimũ accidit,malũ. lxii.fo.xliii.

Quibus in febribus quotidie rigores fiunt,quotidie febres ſoluũtur. lxiii.f.xliii.

Quibꝰ in febribꝰ morbus regius,ſeptimo,uel nono,uel undecimo, uel quartodecimo ſuꝑuenerit,bonũ,niſi dextrũ iliũ obduruerit,ſi uero non,nõ bonũ.lxiiii.f.xliiii.

In febribꝰ circa uẽtriculũ,et fortis ęſtus,et cordis morſus,uel dolor,malũ. lxv.fo.

In acutis febribus cõuulſiones,et circa uiſcera dolores fortes,malum. lxvi.f.xliiii.

In febribus ex ſomnis,timores,uel conuulſiones,malum. lxvii.fo.xliiii.

In febribus ſpiritus offendens,malũ.Cõuulſionem.n.ſignificat. lxviii.f.xliiii.

Quibus urinę craſſę,grumoſę,paucę,nõ ſine febre,multitudo ueniẽs ex his tenuis iuuat,p̃cipue uero tales ueniũt q̄bus ab initio,uel breui ſedimen ineſt.lxix.f.xliiii.

Quibus urinę perturbatę quales ſunt iumentorum, his dolor capitis uel adeſt, uel aderit. lxx.fo.xliiii.

Quibus ſeptima iudicatur, his nubeculam habet quarta die urina rubeam, et alia ex ratione. lxxi.fo.xlv.

Quibꝰ urinę albę,et ꝑſpicuę,malę,p̃ſertim ſi in delirãtibus appareãt. lxxii.f.xlv.

Quibꝰ ilia ſuſpẽſa murmurãtia,lũborũ dolore ſuꝑueniẽte,his alui humectãtur,niſi flatus erũpant,aut urinę multitudo ꝓueniat,hęc uero in febribus. lxxiii.f.xlv

Quibus ſperatur abſceſſum futurũ ad articulos, liberat ab abſceſſu urina multa, craſſa,et alba facta, qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdã incipit fieri. Si uero etiã ex naribus fluxerit ſanguis,breui admodum ſolutio fit. lxxiiii.f.xlvi.

Si ſanguinẽ,aut pus migat,aut renũ,aut ueſicę exulcerationẽ ſignificat.lxxv.f.xlvi.

Quibus in urina craſſa exiſtente, carunculę paruę, aut ueluti capilli una exeunt, his a renibus excernitur. lxxvi.f.xlvi.

Quibꝰ ĩ urina craſſa furfurea q̃dã ſimul exeũt,his ueſica ſcabiẽ laborat.lxxvii.xlvi

Quicũq; ſpõte ſãguinẽ migũt,his a renibꝰ uenulã ruptã ſignificatur.lxxviii.f.xlvii

Quibus in urinis harenoſa ſubſiſtunt,his ueſica laborat calculo. lxxix. f.xlvii.

Si ſanguinẽ mingant,aut grumos,uel ſtillicidium urinę habeant.et dolor in imum incidat uentrẽ,et pectinem,et foemen,circa uaſicam labor eſt. lxxx.f.xlvii.

Si ſanguinem,aut pus minxerit,aut ſquamulas.et grauis odor adſit,ueſicę exulcerationem ſignificat. lxxxi.fo.xlvii.

Quibus in urinaria fiſtula tubercula naſcuntur,his ſuppuratione facta,et eruptione. ſolutio. lxxxii.fo.xlvii.

Mictio noctu plurima facta,paruam ſignificat deiectionem. lxxxiii.f.xlvii.

APHORISMORVM Hippocratis liber quintus interprete Nicolao Leoniceno Vicentino.

CONVVLSIO Ex heleboro lętalis eſt. i.fo.xlvii.

Conuulſio ex uulnere lętalis eſt. ii.fo.xlviii.

Vbi ſanguis plurimus fluxerit,ſingultus,aut cõuulſio ſupueniens,malũ. iii.f.xlviii.

Ex ſupflua purgatione,cõuulſio,aut ſingultus ſuperueniens,malum. iiii.f.xlviii.

Si ebrius quiſpiam repẽte obmutuerit,conuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut ubi ad horam peruenerit qua ſoluũtur crapulę,uocem recuperet. v.fo.xlviii.

Quicũq; a diſtentione corripiuntur,in quatuor diebus pereunt, ſi uero has effuge rint ſani fiunt. vi.fo.xlviii.

Quibuſcũq; morbi comitiales fiunt,ante pubertatem mutationem accipiunt, qui buſcunq; autem uigeſimo quinto,cõmoriuntur. .vii.fo.xlviii.

Quicunq; morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur,hi ad ſuppurationem uertuntur. viii.fo.xlviii.

Tabes fiunt maxime ętatibus,a decimo octauo uſq; ad trigeſimũ quintũ. ix.f.xlix.

Quicũq; ab angina liberantur,his ad pulmonem uertitur, et in ſeptem diebus pe reunt,ſi uero has effugerint ſuppurantur. x.fo.xlix.

Qui tabe moleſtantur,ſi ſputum quod extuſſiunt graue olet iniectum carbonibus, et capilli a capite defluunt,lętale. xi.fo.xlix.

Quibuſcunq; tabe laborantibus capilli a capite defluunt,his alui profluuio ſuper ueniente moriuntur. xii.fo.xlix.

Quicũq; ſpumoſum ſanguinem expuunt,his e pulmone eductio fit. xiii.fo.xlix.

A Tabe habito profluuium alui ſuperueniens,lętale. xiiii.fo.xlix.

Quicũq; ex morbo laterali ſuppurantur,ſi in quadraginta diebus purgãtur, a die a qua fit ruptio,liberantur.Si uero non,ad tabem tranſeunt. xv.fo.xlix.

Calidum ubi quis ſępius eo utatur hęc mala affert,carnium effoeminationem, ner uorum incontinentiam,mentis torporem, profluuia ſanguinis, animi defectionem, hęc ad quę mors. xvi.fo.xlix.

Frigidum aũt conuulſiones,diſtentiones,liuores,rigores febriles. xvii.fo.xlix.

Frigidum inimicum oſſibus,dentibus,neruis,cerebeo,ſpinali medulę.Calidum ue ro utile. xviii.fo.xlix.

Quęcũq; refrigarata ſunt excalefacere oportet, exceptis his quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt. xix.fo.l.

Vlceribus frigidum quidem mordax,cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem fa cit,liuorem obducit,rigores febriles,conuulſiones,diſtentiones. xx.fo.l.

Eſt aũt ubi in diſtentione ſine ulceratione,iuuene bene carnoſo,ęſtate media, frigi dę aquę multa perfuſio calorem reuocat.Calor aũt hęc ſoluit. xxi.fo.l.

Calidum ſuppuratorium non in omni ulcere, magnum ad ſecuritatem indicium, cutem mollit,extenuat,dolorem ſedat,rigores,conuulſiones,et diſtentiones mitigat, et ex his quę ad caput attinent,eius ſoluit grauitem,plurimum autem confert oſſiũ fracturis, ſed nudis pręcipue, eorũq; maxime qui in capite ulcera habent, et quę cũq; a frigore moriuntur,uel ulcerantur,et repentibus comeſis,ſedi, pudendis,ute ro,ueſicę,his calidum amicum,et iudicans,frigidum inimicum,et pimens. xxii.f.l.

In his frigido utendum unde fluit ſanguis,aut fluxurus eſt,non ad ipſa,ſed circa ip ſa unde influit,et quęcunq; inflammationes,uel inflammina ad rubrum,et ſubcruen tum ſanguine recenti tendunt, nam ueteribus nigredinem affert. Eriſypelas etiam non ulceratum iuuat,nam exulceratum lędit. xxiii.fo.l.

Frigida qualis nix,et glacies pectori inimica,tuſſes mouent,et ſanguinem,et deſtil lationes. xxiiii.fo.li.

Tumores articulorum,atque dolores abſq; ulcere,et podagricos quoq;,atq; conuul ſa,horum plurima frigida aqua large effuſa leuat,et extenuat, ſoluitq; dolorem,nam modicus torpor dolorem ſoluit. xxv.fo.li.

Aqua quę cito calet,et cito refrigeratur leuiſſima eſt. xxvi.fo.li.

Qui noctu bibere appetũt,his admodũ ſitiẽtibꝰ ſi ſupdormierint,bonũ.xxvii.f.li.

Suffitus aromatum muliebria ducit, ſępius uero et ad alia utilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem. xxviii.fo.li.

Granidas purgare turgente materia a quarto menſe uſq; ad ſeptimum, minus uero has. Recentiores autem, et ſeniores uereri oportet. xxix.fo.li.

Mulierem utero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lętale eſt. xxx.fo.li.

Mulier utero gerẽs sãguie miſſo ex uena abortit, et magis ſi fętus ſit maior. xxxi.li

Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus ſolutio. xxxii.fo.lii.

Menſtruis deficientibus ſanguis ex naribus fluens bonum. xxxiii.fo.lii.

Mulieri in utero gerẽti ſi aluus plurimũ ꝓfluat, ꝑiculũ eſt ne abortiat. xxxiiii.f.lii

Mulieri q̃ uterinis moleſtatur, aut difficulter ꝑit, ſupueniẽs ſternutatio, bonũ. xxxv.

Mulieri menſes decolores, nec per idem ſemper tempus uenienteſ, purgationem indicant eſſe neceſſariam. xxxvi.fo.lii.

Mulieri utero gerenti ſi mammę graciles repente fiant, abortit. xxxvii.fo.lii.

Mulieri utero gerenti ſi altera mãma gracilis fiat, geminos habenti, alterũ abortit, et ſi quidem mãma dextra gracilis fiat, marẽ, ſi uero ſiniſtra, foeminã. xxxviii.f.lii.

Si mulier q̃ neq; grauida ẽ, neq; pepit, lac hẽt, huic mẽſtrua defecerũt. xxxix.f.liii.

Quibuſcũq; mulieribus ad mãmas ſanguis colligitur, furorẽ ſignificat. xl.fo.liii.

Si uelis noſcere an conceperit mulier, cum dormitura eſt ei aquam mulſam potandam da, et ſi alui tormina patietur concepit, ſi minus non concepit. xli.fo.liii.

Mulier ſi marẽ concepit, bene colorata eſt, ſi uero foeminã, male colorata. xlii.f.liii.

Si mulieris grauidę, in utero ſit Eryſipelas, lętale. xliii.of.liii.

Quęcũq; p̄ter naturã tenues exiſtẽtes utero gerũt, abortiũt priuſq̃ craſſeſcãt. xliiii

Quęcũq; mediocriter corpora habentes abortiunt, ſecundo, aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta, his acetabula uteri plena muccoris ſunt, et non poſſunt ex pondere foetum continere, ſed diſrumpuntur. .xlv.fo.liii.

Quęcũq; pręter naturam craſſę, non concipiunt utero, his omentum os uteri comprimit, et priuſq̃ extenuentur non concipiunt. xlvi.fo.liii.

ſi uterus in coxam uergens ſuppuratur, neceſſe eſt linamentum fieri. xlvii.fo.liiii.

Foetus, mares quidem in dextris, foeminę uero in ſiniſtris magis. xlviii.fo.liiii..

Vt ſecunda procidat, ſternutatorio appoſito, et nares ap̄phendito, et os. xlix.fo.liiii.

Mulieri ſi uelis mẽſtrua cohibere, cucurbitulã q̃ maximã ad mãmas appone. l.liiii

Quę utero gerunt, his uteri os comprimitur. li.fo.liiii.

Mulieri utero gerenti ſi lac multum e mammis effluat, foetum imbecillem ſignificat, ſi uero mammę ſolidę fuerint, foetum ſignificant ſaniorem. lii.fo.liiii.

Quę corrupturę ſunt foetus, his mãmę extenuantur. Si uero rurſus durę fiant, dolor aut mãmas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, et nõ corrũpẽt. liii.fo.liiii.

Quibus os uteri durum eſt, his uteri os comprimi eſt neceſſarium. liiii.fo.lv.

Quęcũq; utero gerentes a febribus corripiũtur, et fortiter calefiũt ſine occaſione manifeſta, difficulter pariũt, et cũ ꝑiculo, aut abortũ faciẽtes periclitantur. lv.fo.lv.

In fluxu muliebri ſi cõuulſio, et animi defectus aduenerit, malum. lvi.fo.lv.

Si mẽſtrua plura fiãt, accidũt morbi, et ſi nõ fiãt, ex utero morbi cõtingũt. lvii.f.lv.

Recto inteſtino, aut utero inflammationem patiente, urinę ſtillicidium accidit, et renibus purulentis urinę aduenit ſtillicidium. lviii.fo.lv.

Si mulier non concipit, ſcire autem uelis ſi conceptura ſit, pannis circuntectam de ſubter ſuffias, et ſi odor uideatur per corpus ire ad nares, et os, ſcito ꝙ ipſa non ex ſe ipſa ſterilis eſt. lix.fo.lv.

Si mulieri utero gerenti purgatiões eant, impoſſibile eſt foetũ eſſe ſanum. lx.fo.lvi.

Si mulieri ceſſent purgationes, neq; febris, neq; rigor ſuperueniat, et faſtidia incidant, iudica ipſam in utero habere. lxi.fo.lvi.

Quęcũq; frigidos, et ſpiſſos uteros habent non concipiũt. Et quęcũq; pręhumidos uteros habent non concipiunt, extinguitur enim in eis genitura. Et quęcũq; ſiccos, magis et adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen, Quęcũq; uero ex utriſq; mediocrem habent temperaturam, hę foecundę ſunt. lxii.fo.lvi.

Similiter autem et in maribus, aut enim propter corporis raritatem ſpiritus ex-

tra fertur,ut ſemen non tranſmittatur ad os,uel propter ſpiſſitudinem humor non exit foras,uel propter frigiditatem non concaleſcit,ita ut ad hūc colligatur locum, uel propter calliditatem hoc idem accidit. lxiii.f.lvii.

Lac dare caput dolentibus malum, malum uero et febricitantibus, et quibus ilia ſuſpenſa murmurant,et ſiticuloſis,malum autem et quibus in febribus acutis bilioſę ſunt deiectiones,et quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt. Conuenit autem,et tabidis dare qui non ualde multum febricitant, et in febribus longis, et paruis, ſi nullum ex ſupra dictis ſignis affuerit,et pręter rationem conſumptis. lxiiii.f.lvi.

Quibus tumores in ulceribus apparent,non conuelluntur maxime, neq; inſaniūt. Verum his euaneſcentibus,de repente quibuſdam a tergo conuulſiones,et diſtentiones fiunt. Quibuſdam auté inſania,uel dolor lateris acutus,uel ſuppuratio, uel difficultas inteſtinorum,ſi tumores ſunt rubicundi. lxv.f.lviii.

Si in uulneribus fortibus,et prauis tumor non appareat,ingens malū. lxvi.f.lviii.

Molles boni,crudi uero mali. .lxvii.f.lviii.

Dolenti parté capitis poſteriore,in frōte recta uena inciſa prodeſt. lxviii.f.lviii.

Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis,et per dorſum ad caput, ſed et uiris parte corporis poſteriore magis, q̄ anteriore ueluti foemorum, cubiti. Sed et cutis rara,indicio autem eſt pilus. lxix.f.lviii.

A quartanis capti non admodum a conuulſionibus capiuntur.Si uero prius capiātur,et quartana ſuperuenerit liberantur. lxx.f.lviii.

Quibus cutes circuntenduntur aridę,et ſiccę,ſine ſudore moriuntur,quibus uero laxę,et rarę,cum ſudore moriuntur. lxxi.f.lix.

Qui regio morbo laborant,non multum uentoſi ſunt. lxxii.f.lix.

APHORISMORVM Hippocratis Liber Sextus,interprete Nicolao Leoniceno Vicentino.

IN LONGIS leuitatibus inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat qui prius non erat, ſignum bonum. i.f.lix.

Quibus nares natura humidiores, et genitura humidior, minus integra ſanitate fruuntur.Quibus uero contraria,ſalubrius degunt. ii.f.lx.

In lōgis difficultatibus iteſtinorū,iedię ex faſtidio malū,et cū febre peius. iii.f.lx.

Vulnera circunglabrā praua ſunt. iiii.f.lx.

Dolores qui ſunt in lateribus,et pectoribus.atque aliis partibus, ſi multum differant perdiſcendum. v.f.lx.

Renum,et ueſicę uitia in ſenioribus difficulter ſanantur. vi.f.lxi.

Dolores uentris ſublimes,leuiores.Qui uero non ſublimes,fortiores. vii.f.lxi.

Aqua intercuté laborātibus ulcera in corpore facta difficulter ſanātur. viii.f.lxi.

Latę puſtulę non admodum pruriunt. ix.f.lxi.

Caput dolenti, et circundolenti, pus,uel aqua, uel ſanguis effluens per nares, aut os,aut aures morbum ſoluit. x.f.lxi.

Atra bile uexatis,et renū paſſióibus,hęmorrhoides ſuperuenientes bonū. xi.f.lxi.

A diuturnis ſanato hęmorrhoidibus,ſi una non ſeruatur, periculum eſt aquam intercutem,uel tabem aduenire. xii.f.lxi.

A ſingultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat. xiii.f.lxi.

Ab aqua itercuté habito,ſi aqua e uenis i uētré defluxerit ſoluitur morbus.xiiii.f.

A lōgo alui ꝓfluuio habito,ſpōtaneus uomitus ſupueniés morbū ſoluit. xv.f.lxi.

A morbo laterali,uel pulmonia habito,alui ꝓfluuiū adueniés,malū. xvi.f.lxi.

Lippientem alui profluuio corripi bonum. xvii.f.lxi.

Veſica diſſciſſa,aut cerebro,aut corde,aut ſepto,aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis,aut uentriculo,aut iecore,lętale eſt. xvii..f.lxii.

Cum diſſciſſum fuerit os, aut cartilago, uel neruus, aut genę particula tenuis, uel pręputium,neque augetur,neque coaleſcit. xix.f.lxii.

Si in uentré ſanguis pręter naturam effunditur,neceſſe eſt ſuppurari. xx.f.lxii

In inſaniétibus ſi uarices,uel hęmorrhoides ſupuenerint inſanię ſolutio.xxi.f.lxii.

Quęcūq; rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt uenę ſectio ſoluit. xxii.f.lxii.

## LIBER SEXTVS

Si timor,atq; mœſtitia lõgo tpre habẽtes pſeuerẽt.ex eo atra bilis ſignificatur.xxiii
Si quod inteſtinorum gracilium diſſcindatur non coaleſcit. .xxiiii.f.lxii.
Eryſipelas ab exterioribus uerti ad interiora non eſt bonum, ab interioribus autem ad exteriora bonum. .xxvi.f.lxiii.
Qui in febribus ardentibus tremores fiunt,delirio ſoluũtur. .xxv.f.lxiii.
Quicunque ſuppurati, aut aquam intercutem patientes uruntur, aut ſecantur, ſi pus,aut aqua uniuerſim effluxerit,omnes moriuntur. .xxvii.f.lxiii.
Eunuchi,neq; podagra laborant,neq; calui fiunt. .xxviii.f.lxiii.
Mulier podagra non laborat,niſi menſtrua defecerint. xxix.f.lxiii.
Puer podagra non laborat ante uſum uenereorum. xxx.f.lxiii.
Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut uenę ſectio, aut medicamentum epotum ſoluit. xxxi.f.lxiii.
Balbi ab alui profluuio maxime capiuntur. xxxii.f.lxiiii.
Qui acidum eructãt non ualde morbo laterali corripiuntur. xxxiii.f.lxiiii.
Quicunq; calui ſunt,his magnę uarices nõ fiunt.Quibus uero caluis uarices magnę ſuperueniunt,hi rurſus capillati fiunt. xxxiiii.f.lxiiii.
Aqua intercutem laborantibus,tuſſis ſuperueniens malum. xxxv.f.lxv.
Difficultatem urinę,uena ſecta iuuat,ſecare uero interiores. xxxvi.f.lxv.
Ab angina habito,ſi tumor fiat in collo bonum. xxxvii.f.lxv.
Cancros occultos omnes melius eſt non curare.Curati enim cito pereunt,non curati uero longius tempus perdurant. xxxviii.f.lxv.
Conuulſio fit,uel ex repletione,uel inanitione,ita uero et ſingultus. xxxix.f.lxv.
Quibus dolor circa iliũ fit abſq; inflãmatiõe,his febris ſupueniẽs morbũ ſoluit.xl.
Quibuſcunque ſuppuratio in corpore exiſtens non innoteſcit. his ob craſſitudinem puris,aut loci,non innoteſcit. xli f.lxvi.
Morbo regio laborantibus.ſi fiat hepar durum,malum. xlii.f.lxvi.
Quicũq; lienoſi a difficultate iteſtinorũ capiũtur, his ſupueniẽte lõga difficultate iteſtinorũ,aqua itercutẽ,aut leuitas inteſtinorũ aduenit,et moriũtur. xliii.f.lxvi.
Quibus ex ſtillicidio urinę ileos ſuperuenit,in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente ſatis urina fluxerit. xliiii.f.lxvi.
Vlcera quęcũque annua ſunt,aut etiam diuturniora,os abſcedere eſt neceſſarium, et cicatrices cauas fieri. xlv.f.lxvi.
Qui gibbi ex aſthmate,aut tuſſi fiunt,ante pubertatem moriuntur. xlvi.f.lxvii.
Quibuſcunque uenę ſectio,uel purgatio cum medicamento cõuenit, hos uere purgare,uel uenam incidere oportet. xlvii.f.lxvii.
Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens,bonum. xlviii.f.lxvii.
Quicũq; morbi podagrici fiũt,hi ſedata,i quadragita diebꝰ,iflãmatiõe finiũt.xlix.
Quibuſcũq; pciditur cerebrũ,his neceſſe febrẽ,et bilis uomitũ ſupuẽire.l.f.lxviii
Quicunque ſani dolore capitis repente capiuntur et ſtatim muti fiunt, et ſtertũt, in ſeptem diebus pereunt,niſi febris appręhenderit. li.f.lxviii.
Oportet uero et conſiderare oculorum in dormiẽtibus ſuſpectiones. Nam ſi quid album commiſſis palpebris ſubinſpicitur,neque ex alui profluio, aut medicamenti potione iſtud contingat,malum eſt ſignum,et lętale ualde. lii.f.lxviii.
Deſipiẽtię quę cũ riſu fiunt ſecuriores,q̃ uero cũ ſtudio,piculoſiores. liii.f.lxviii.
In acutis paſſionibus quę cum febre ſunt,luctuoſa ſuſpiria,malum. liiii.f.lxviii.
Dolores podagrici,uere,et auctumno magna ex parte mouentur. lv.fo.lxix.
In morbis melancholicis ad hęc periculoſi decubitus,ſtuporem corporis, uel conuulſionem,uel furorem,uel cęcitatem ſignificant. lvi.fo.lxix.
Apoplexię aũt fiũt,maxime a quadrageſimo ãno uſq; ad ſexageſimum. lvii.f.lxix.
Si omentum excidat,neceſſario putreſcit. .lviii.fo.lxix.
Quibuſcunque a coxendicum dolore moleſtatis excidit coxa,et rurſus incidit,his muccores ſuperueniunt. lix.fo.lxix.
Quibuſcunque a coxendicum dolore moleſtatis diuturno excidit coxa,his crus tabeſcit,et claudicant,ſi non urantur. lx.fo.lxix.

Aphoriſmorum Hippocratis Liber ſeptimus, interprete
Nicolao Leoniceno Vicentino.

IN Morbis acutis,frigus partium extremarum malum. .i.fo.lxix.
IN Oſſe ęgrotante caro liuida malum eſt. .ii.fo.lxix.
A Vomitu ſingultus,et oculorum rubor,malum. .iii.fo.lxx.
A Sudore horror,non bonum. .iiii.fo.lxx.
A Furore difficultas inteſtinorũ,aqua intercutẽ,uel mẽtis alienatio, bonũ. v.f.lxx.
IN Morbo diuturno faſtidum cibi,et deiectiones ſincerę,malum. .vi.fo.lxx.
EX multa potatione,rigor,et deſipientia,malum. .vii.fo.lxx.
A Tuberculi intus ruptione,exolutio,uomitio,aut animi defectio fit. .viii.fo.lxx.
A Profluuio ſanguinis,deſipientia,ac conuulſio,malum. .ix.fo.lxx.
AB ileo,uomitus,ſingultus,deſipientia,uel conuulſio,malum. .x.fo.lxx.
A Morbo laterali,inflammatio pulmonis,malum. .xi.fo.lxx.
A Pulmonis inflammatione phrenitis,malum. .xii.fo.lxx.
AB ęſtibus fortibus,conuulſio,aut diſtentio,malum. .xiii.fo.lxx.
IN Capitis ictu,obſtupeſcentia,et deſipientia,malum. .xiiii.fo.lxx.
A Sanguinis ſputo puris ſputum. .xv.fo.lxxi.
A Puris ſputo phtiſis,et fluxus,cum uero ſputum retinetur moriũtur. .xvi.lxxi.
IN hepatis inflammatione ſingultus,malum. .xvii.fo.lxxi.
IN uigilia,conuulſio,uel deſipientia. .xviii.fo.lxxi.
IN oſſis exutione Eryſipelas. .xix.fo.lxxi.
AB Eryſipelate,putredo,aut ſuppuratio. .xx.fo.lxxi.
A Forti in ulceribus pulſu,profluuium ſanguinis. .xxi.fo.lxxi.
A Ventris dolore diuturno,ſuppuratio. .xxii.fo.lxxi.
A Deiectione ſincera difficultas inteſtinorum. .xxiii.fo.lxxi.
IN oſſis pręciſione deſipientia,ſi in uacuum apprębenderit. .xxiiii.fo.lxxi.
EX medicamenti potione conuulſio lętalis eſt. .xxv.fo.lxxi.
IN forti dolore uentris partium extremarũ frigiditas,malum. .xxvi.fo.lxxi.
MVlieri utero gerenti,ſi tentio ſuperuenerit,facit aborſum. .xxvii.fo.lxxii.
Quãdo os,aut cartilago,aut neruuſ abſciditur i corpore,nõ augetur.xxviii.f.lxxii.
Qui alba pituita dtinetur,ſi fortiſ uẽtris fluxus ſupuenerit,a morbo libatur.xxix.
Quibꝰ i alui ꝓfluiis excremẽta ſpumoſa ſũt,his ex capite pituita dfluit..xxx.lxxii
Quibuſcunq; febricitantibus,in urinis fiunt ſedimina,ueluti farina craſſior,longam ęgritudinem fore ſignificat. .xxxi.fo.lxxii.
Quibus aũt bilioſa ſedimina ſupra tenuia,acutũ morbũ ſignificãt. .xxxii.f.lxxii.
Quibuſcũq; urinę diſtantes ſunt,his turbatio fortis in corpore fit..xxxiii.f.lxxii.
Quibus in urinis bullę ſubſiſtũt,morbũ renalẽ,et longũ ſignificãt.xxxiiii.f.lxxii.
Quibꝰ iſidẽs pigue,ac ſimul totũ his,renũ uitiũ acutũ ſignificatur. .xxxv.f.lxxii.
Quibꝰ ãt morbo renali laborãtibꝰ,ꝑdicta accidũt ſigna, doloreſq; circa ſpinę muſculos fiũt,ſi qdẽ circa loca exteriora fiãt,abſceſſus quoq; exterius futuros expecta, ſi uero dolores magis circa loca iteriora fiãt,ẽt abſceſſus expecta futuros iterius.
Quicunq; euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem, ſalutare, ſi uero cum febre, malum.Curare uero acerbis,et refrigerantibus. .xxxvii.f.lxxiii.
Diſtillationes in uentrem ſuperiorẽ ſuppurantur itra uiginti dieſ.xxxviii.f.lxxiii.
Si qs ſãguinẽ mixerit,et grũmos.et ſtillicidio urinę laboret,et dolor iciderit i foemur,et imũ uẽtrẽ,pectinẽq;,q̃ circa ueſicã,male ſe habere ſignificatur.xxxix.lxxiii
Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ſtupore elanguit, tale eſt melancholicum. .xl.fo.lxxiii.
Si timor atq; moeſtitia longo tempore hominem habentes perſeuerauerint,tale eſt melancholicum. .xli.fo.lxxiii.
Si ſenioribus ſupra modũ purgatis,ſingultus ſupuenerit,nõ bonũ. .xlii.f.lxxiii.
Si febris nõ ex bile habeat,multa aq̃ calida capiti ſupifuſa,ſolutio fit febris. xliii.
Mulier ambidextera nõ fit. xliiii.fo.lxxiiii.
Quicũq; ſuppurati uruntur,uel ſecantur, ſi pus purũ fluxerit,et album, euadunt,

ſi uero ſubcruentum,et feculentum,ac fetidum,pereunt. .xlv.fo.lxxiiii.
Quorum hepar ſuppuratum aduritur,ſi pus purum fluxerit,et album,euadunt,in tunica.n.his pus continetur,ſi uero qualis amurca fiuat,pereunt. .xlvi.fo.lxxiiii.
Dolores oculorũ poſt merí potioné,et aquę calidę balneũ,uenę ſectiõe curato.xlvii.
Aqua intercutem laborans,ſi a tuſſi habeatur deſperatus eſt. .xlvii.fo.lxxiiii.
Vrinę ſtillicidium,et mingendi dfficultatem,uini potio,et uenę ſectio ſoluit, incidere autem interiores. .xlviii.fo.lxxiiii.
Ab angina habito, tumor, et rubor in pectore ſuperueniens, bonum, extra enim uertitur morbus. .xlix.fo.lxxiiii.
Quibus cerebrum ſphacelatum, ideſt corruptum eſt, in tribus diebus pereunt,ſi uero hos euaſerint ſani fiunt. .l.fo.lxxiiii.
Sternutamẽtũ fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo qđ i capite inani. Aer.n.itus cõtẽtus extra erũpit.Sonat ãt quoniã ꝑ anguſtũ ipſi ẽ exitus. li.fo.lxxv.
Quicũq; hepar circũdolẽt,his febris ſupueniens ſoluit dolorem. lii.fo.lxxv.
Quibus a uenis ſanguiné mittere cõfert,his uere uenã oportet ſecare. liii.f.lxxv.
Quibus inter uẽtriculũ,et ſeptũ pituita repoſita ẽ,et doloré affert nõ habẽs exitũ, neq; ad alterũ uẽtré,his ꝑ uenas ad ueſicã pituita uerſa,ſoluitur morbus. liiii.f.lxxv
Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, his uenter aqua repletur, et moriuntur. .lv.fo.lxxvi.
Halyce,ãxitudo,oſcitatio,horror,uinũ ęq̃le ęq̃li potũ ſoluit ęgritudiné. lvi.f.lxxvi.
Quibus in urinario meatu tubercula fiunt, his ſuppuratione facta, et eruptione, ſoluitur dolor. .lvii.fo.lxxvi.
Quibꝫ cerebrũ aliqua ex cã cõcuſſũ fuerit,neceſſe ẽ ſtati mutos fieri.lviii.f.lxxvi.
Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit, fames enim corpora ſiccat. lix.f.lxxvi.
Vbi in toto corpore mutationes,et corpus refrigeratur,et rurſus calefit, aut colorem alium ex alio cõmutat,longitudo morbi ſignificatur. .lx.f.lxxvii.
Sudor multus,calidus, uel frigidus, ſemper fluens humorem abduci,robuſto quidem ſupra,debili uero infra ſignificat. .lxi.f.lxxvii.
Si quis cibũ febricitanti dederit,ut ſano robur,ſic laborãti morbus. lxii.f.lxxvii.
Quę per ueſicam excernuntur, inſpicere oportet, ſi talia qualia ſanis excernuntur. Quę igitur minime ſimilia ſunt his,hęc morboſiora. Quę uero ſunt ſanis ſimilia,hęc minime morboſa. .lxiii.f.lxxvii.
Et q̃bus deiectiones,ſi ſtare ꝑmiſeris, et nõ moueris, ueluti ſtrigmenta ſubſiſtunt, et ſi pauca,paucus ẽ morbus,et ſi multa,multus,his cõfert alui purgatio, qđ ſi aluo nõ purgata dederis ſorbitiões,q̃to plures dederis tãto magis nocebis.lxiiii.f.lxxvii
Excreationes in febribus non intermittentibus,liuidę,ſanguineę,bilioſę,et fetidę, omnes malę.Cum uero bene excernuntur,bonum eſt,et per uentrem,et per ueſicã, et ubi aliquid ſecedens ſteterit non purgatum,malum. .lxv.f.lxxviii.
Corpora oportet ubi quis purgare uoluerit fluida facere,et ſi ſupra,ſiſtere aluum, ſi uero infra,humectare. .lxvi.f.lxxviii.
Somnus,uigilię,utraq; modum excedentia,morbus. .lxvii.f.lxxviii.
In febribus non intermittentibus,ſi exteriora frigent,interiora uruntur,et febris habeat,lętale. .lxviii.f.lxxviii.
In febre nõ intermittẽte ſi labrũ,aut naſus,aut oculus,aut ſupciliũ ꝑuertitur,ſi nõ uideat,ſi nõ audiat,et iã debilis ſit ,quicq̃d horũ fuerit,mors ꝓpe eſt. lxix.f.lxxviii.
A pituita alba,aqua intercutem ſuperuenit. .lxx.f.lxxviii.
Ab alui profluuio,difficultas inteſtinorum. .lxxi.f.lxxviii.
A difficultate inteſtinorum,leuitas inteſtinorum ſuperuenit. .lxxii.f.lxxviii.
A corruptione abſceſſus oſſis. .lxxiii.f.lxxviii.
A ſanguinis uomitu,tabes,et puris purgatio ſupra. .lxxiiii.f.lxxviii.
Qualia fuerint ueſicę,aut alui excrementa, et ex carnibus,et ſicubi alibi a natura corpus exierit,ſi parum, paucus eſt morbus,ſi multum,multus, ſi ualde multũ, lętale eſt. lxxv.f.lxxviii.

## IoãnesMaria Tricęlius Aecquinas Studioſis.S.

e XPECTANDA VOBIS MAIORA, Et meliora, uiri bonarũ rerum ſemper ſtudioſi, alibi dixeram. En hęc promiſſa fides eſt. Quid optime Iupiter maius (De humanis loquor) quid ue melius medicina? et medicina Hippocratica? Hacce (ut cętera omittam) facultate, cum Homeri teſtimonio Ioui aſſidemus. Pęon. n. πὰρ ῥ διὶ κρονίωνι κατέζετο κύδει γαίων, Tum optimi generis humani reparatoris autoritate, ſummę maieſtatis exiſtit. Nam quantum huic diſciplinę tribuerit ſępius in ſacrificiis auditis, ut cum profeſtis cętera, hęc etiam ſacris diebus recte ſuum officiũ efficiat. Merito igitur Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, merito quoq; Ἰητρὸς δ' ὁ δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων. Ita profecto ut ſit, et oportet, et eẽ cõſtat (uos uidetis) Homeri teſtimonio grauiſſimo. Quid ni ergo medicinę autor Apollo dicatur? Medicum. n. ſcire omnia pene oportet, hęc pſertim, iaculari, canere, mederi, diuinare, quę Homerus philoſophorũ Plato Apollini attribuit. Quid ni etiam Si pater omnipotens aliquẽ indignatus ab umbris, Mortalem infernis ad limina ſurgere uitę. Quot nãq; medici ope ſunt a morte reuocati? Ampliſſimus eſt hic campus. De hoc alias. Verum huiuſce artis reparatio quemadmodum nunc fiat oportuna ſtupefactus, uelim quidem, uix tamen poſſum eloqui. Hippocrates enim, et Galenus, ſcitis, quãdiu in tenebris barbarę interpretationis iacuerint. Hippocrates ergo uetuſtior origo, et autor medicę artis, et Galenus ſuo multo poſterior, huiusmet quaſi hęres, et auctor a Nicolao Leoniceno grandi natu, et a Ludouico Bonaciolo iuniori in lucem extrahuntur, et illuſtrãtur. Nicolaus fidiſſima interpretatione, Ludouicus animoſa expenſa. Ille uti Neſtor dulciloquus latinę medicinę concionator, hic tãq̃ Vlyſſes conſiliorum ſolertia. Ille ſi decem, ut Homericum Neſtora Agamemnon Homericus uellet, συμφράδμονες haberet, breui tota barbaries iret peſſum, Hic quia eſt πολυμήχανος, erit aliquando barbarorum πτολίπορθος. Sed interim Hippocratem, et Hippocratis Galenũ expoſitorem a Nicolao interprete, et a Ludouico expendente ſuſcipite, atq; hęc monimenta grauiſſima perlegite. Alia deinceps expectate. Valete pulcherrime.

# GALENI IN APHORISMOS HIPpocratis Liber primus interprete Nicolao Leoniceno Vicentino. .i.

ITA BREVIS, ARS VERO longa, occaſio autem præceps, experimentum periculoſum, iudicium difficile. Nec ſolum ſe ipſum præſtare oportet oportuna facientem, ſed et ægrum, et aſſidentes, et exteriora.

ANC ORATIONEM Siue unus ſit aphoriſmus, ſiue plures, eſſe ꝓemiū totius operis, pro cōfeſſo habetur apud omnes fere eius expoſitores. Quid uero ſibi Hippocrates uolens tali utendum ꝓemio cenſuerit, non parū ſententię ambigunt. Forte uero id ipſum inueniemus, ſi ſingulas oratiōis partes prius diligentius conſiderauerimus. Quod quidem igitur uitam dixerit breuem, artis comparatione, omnibus libri expoſitoribus eſt manifeſtum. Artem uero ipſam hac ratione arbitror longam exiſtimare. Quoniam omnium fere operationū occaſionem habeat momentaneam, et ob id difficulter compręhēſibilem, ut nemo eā poſſit agnoſcere, niſi qui diu in hoc fuerit exercitatus. Et cum duo ſint inſtrumenta ad artes inueniēdas neceſſaria. Alterū, ſcilicet experimentum, periculoſum ē. Alterum uero, ex ratiōe iudicium, haud quaꝗ facile exiſtit, immo, ſicuti aliquod aliud, maximam habet defficultatem. Eſt igitur occaſio pręceps, quia materia circa quā uerſatur ars, continue fluit, corpus ſi quidem noſtrum mutatiōibus obnoxium eſt, neqꝫ a cauſis extrinſecis tantum, ſed etiam ab intrinſecis faciliter alteratur. EXPERIMENTVM VERO PERICVLOSVM, propter materię dignitatem, non propter tranſmutationis facilitatem, hęc.n. in momentanea occaſione continetur. IVDICIVM VERO, ſiquis ut ego aſſero, pro ratiōe audiat, liquet ipſam eſſe difficilimam, cum ad hoc uſqꝫ ęui, ambigua permāſerit. Si uero ut nōnulli, qui ſe ab expientia empiricos nominant, opinantur, per iudicium intelligat, eorū quę ex experientia eueniunt diiudicationem, ſic quoqꝫ nō eſt obſcura eius recritudinis difficultas. Sed autorem libri eſſe dogmaticum, in tota oſtenditur cōmentatione. Prima itaqꝫ ꝓemii particula ad hunc uſqꝫ locum terminatur. Secundam autem ſcribit non pronuncianti ſimilis, ſed conſulenti. NEC SOLVM SE IPSVM PRAESTARE OPORTET oportuna faciētem, ſed et ęgrum, et aſſidentes, et exteriora. Quorum uerborum uis talis exiſtit, ſi debes exquirere, et eorum quę in hoc libro ſcribuntur, examinare ueritatem. Non modo te ipſum medicū oportet omnia quę cōuenit agere, ſed et ęgrum, atqꝫ miniſtros, et pręterea exteriora omnia in nullo delinquere. Prima itaqꝫ pars oratiōis hoc unum caput cōplectetur. VITA BREVIS, ars uero longa. Nam reliqua quę ſequuntur, arté eſſe longam demōſtrāt. Poſt hanc ſecūda pars, quoddam ueluti cōſilium affert. uel pactum, ad eos qui librū lecturi ſunt, ac diiudicaturi. Sed qd nam ſibi uult, ſtatim in libri principio hoc ſcribens, breuem eſſe uitam, ſi ad artis magnitudinem conferatur? Nam et hoc ipſum indagare ab initio propoſueramus. Sūt ergo nōnulli qui uolūt, id egiſſe Hippocratem, exhortādi homines gratia ad artem nauiter exercendam. Nōnulli cōtra dehortandi cauſa. Quidam uero ad hūc finem ut experiretur, atqꝫ diſcerneret eos qui nauiter, et eos qui ſecus, artem eſſent exercitaturi. Alii autem et in hoc uolunt, ipſum cauſam attuliſſe, ob quam oportuit ſcribere commentationes. Quidam adiiciunt aphoriſticas. Quidam uero et hoc ſermone uolunt ipſum cauſas aſſignaſſe, propter quas hęc ars ſit coniecturalis. Alii autem ex quot cauſis contingat medicos ſuo fine fruſtrari. Hi igitur, ut a poſtremis incipiam, mihi omnino uidentur nihil conſonum dicere. Qui.n. hoc eſſet ſapiens inuentum, aut dignum Hippocratis ſententia, ſtatim circa initia operis docere, uel quod ars quędam coniecturalis ſit medicina, uel ꝙ eius fruſtramur fine, ſiue hoc fiat ex nobis ipſis, ſiue ex magnitudine artis? Sed et uerba illa. Nec ſolum oportet pręſtare ſe ipſum oportuna facientem, ſed et

ęgrum,et aſſidentes,et exteriora,contrarium omnino demonſtrant. Hęc enim omnia,illi magis ſcribere conuenit, qui profiteatur omnia quę in libro continentur eſſe uera,quam qui fatentur ob plurimas cauſas non ſortiri finem. Neq; enim dixiſſet. Oportet auté,ſed poſt illa uerba. Vita breuis,ars uero longa,occaſio pręceps,experimentum uero periculoſum,iudicium autem difficile,hęc alia ſobiúxiſſet. Et medicus ipſe etiam delinquit,et ęgri,et eorum miniſtri. Sed neq; illi qui aiunt uoluiſſe ipſum auertere a ſtudio medicinę,cum dicat. Vitam eſſe breuem, artem uero longam,uidentur mihi conuenientia dicere. Nam extrema foret dementia ſimul ſcribere cómentationes,et tradere poſteritati ad uitę utilitatem,et ſimul ab initio,non ſolum a legendo,atq; diſcendo ea quę ſcripſeris dehortari,ſed ab arte uniuerſa cuius doctrinam profitearis,abalienare. Qui uero aiunt uoluiſſe ipſum homines ad artem impenſiori ſtudio capeſcendam excitare (neq; enim aliter poteſt tota tempore breui,cum ſit longa,perdiſci) Hi et ſi aliquid ueri dicunt,non tamen mihi uidentur,uel uiri ſententia dignum,uel his quę in libro ſcribuntur, ꝓemium congruenſ ſatis oſtendere. Sicuti neq; quicũq; arbitrantur,hoc genus ſermonis fuiſſe ab Hippocrate uſurpatum, tentandi gratia illos, qui ad artem accedunt. Verum enim eſt, quod etiam a Platone dicitur, hac maxime uia pꝛiculum fieri illorum animi, qui quãuis artem ſunt percepturi,ſi magnam,atq; difficilem eé eius perceptioné oſtendamus,at hoc haud quaꝗ per librum,ſed per mutuos ſermones agitur. Neq; mihi congruens uidetur pſenti cómentationi, ſi quidem ꝓemium oportet his quę ſunt in libro ſcribenda cohęrere. Niſi forte quis ſentiat,omnium librorum primos eſſe legendos aphoriſmos, atq; ideo in ꝓemio cómentaionis, cómunem feciſſe de uniuerſa arte ſermonem, per hunc uolentem oſtendere, non poſſe unũquéq; pro ſuo arbitrio artem diſcere medicinalem, quę longa ſit, ſed illos tantum quibus ſuppetat tépus ad diſcendũ,et ſit natura ad hoc aptior. Quod ſi oío probabile appareat,hác totius artis cóem eſſe pręfationé. Neq; illi ſunt rephendendi qui aiunt Hippo.cám aſſignaſſe,ob quá cómétatióes ſcribere oporteat. Fecit ãt et i libro q κατ ιητρεῖον iſcribitur, omniũ lectionũ cóe ꝓemiũ, quéadmodũ i eiuſdé libri expoſitióe fuit a nobis oſtéſum. Quicũq; igitur uel doctrinę modi,uel oía cómentationum neceſſitatis,uolunt cauſam in ꝓemio aſſignari,mihi uidetur eorum ſentétia pferenda. Nam forma doctrinę aphoriſtica,quę omnes rei proprietates ꝗ breuiſſimis uerbis circũſcribit,eſt illis utilliſſima,qui uolunt breui tempore artem docere longam. Atq; hoc omnino,uidelicet ſcribere cómentationes,ob id ꝙ uita ſit breuis,ſi ad artis magnitudinem conferatur,ſummá habet pręomnibus aliis rationem. Nemo.n.noſtrũ ſufficiat,ad artem ſimul et conſtituendam,et abſoluendam,ſed ſatis uideri debet, ſi quę multorum annorum ſpatio priores inuenerint, poſteri accipientes, atq; his addentes aliquid,illam aliquádo compleant,atq; perficiant. Vel.n.propter iſtorum alterum,uel propter utrumq;, mihi uidetur tali eſſe uſus ꝓemio,ac ſi ita ſcripſiſſet. Quoniam artis magnitudo uitam excedit hominiſ,adeo ꝙ ab homine quãtũuis diligenti,ac laborioſo,non poſſit,et inchoari,et ad finem uſq; perduci,propterea operę ptium eſt,quę quiſq; cognouit,ea mandare litteris,et tradere poſteritati cómentationes, quę rerum docendarum naturam omnem diligenter, ac cito,et ſermone di lucido interptentur. Qđ uero ars longa ſit,uerba hęc quę ſubſequũtur oſtendunt. Occaſio pceps,experimentum uero periculoſum,iudicium auté difficile. Quaſi ita dixerit. Vita breuis,ars uero longa,quoniam occaſio pceps,et experimétum periculoſum,et iudicium difficile. Propter hoc.n.et ars longa,quoniam occaſio agédorum in ipſa eſt admodum pceps.hoc eſt anguſtiſſima,et fere mométanea. Et pterea cum ſint duo inſtrumenta per quę remedia inueniuntur,ratio ſcilicet,et experiétia,hęc quidem eſt periculoſa,ratio uero difficilis, hoc eſt non facilior altera cognitu. Vera autem eſſe quę dicũtur,non eſt difficile paucis oſtendere. Occaſio.n.pceps eſt,propter materię fluxum,dico autem corpus,quod continue fluit, et momento temporis traſmutatur. Experimentum autem,et ipſum periculoſum,materię ratione, neq;.n. lateres,lutum,ligna,lapides,tegulę,et coria,ita artis medicinalis,ſicuti aliarum materia ſũt,inquibus multis modis impune licet experiri,et circa materiá exercitari,

et in omni theorematum meditatione uerſari. Q d' in lignis fabri lignarii faciunt, in coriis coriarii, ligna enim et corium, ſi male tractando deſtruxeris, nullum exinde periculum. In corpore autem humano illa experiri quę non ſunt experientia cõprobata, non eſt citra periculum, cum mala experientia ad totius animalis interitũ terminetur. Et quidem iudicium, (eſt autem ratio ipſa iudicium, quoniam per eam quę ſunt facienda iudicantur) difficile eſt, et uerum iudicium, ſeu uera ratio non facile inuenitur, quod multitudo hęreſeum in arte oſtendunt medicinali. Neq; .n. ſi ueritas eſſet inuentu facilis, tot, ac tanti uiri qui illam ꝑquiſierũt unq̃ fuiſſent in tã contrarias ſectas diſpartiti. Empiricis uero non uidetur ratio dici iudiciũ, ſed ea quę fit, illorum quę per experiẽtiam inuenta fuere, auxiliorum diiudicatio. Nam ut uerum fateamur, et hęc difficilis eſt, et non facilis exploratu, quando multa remedia adhibita fuerunt ęgrotanti, et aliquod illorum in cauſa fuiſſe dicatur, ut ęger uel melius ſe habeat, uel deterius, quem ſi forte contigerit, uel dormiſſe, deinde unctum fuiſſe, et poſtea emplaſtrum adhibuiſſe, deinde clyſterem, uel ſpontaneam habuiſſe uentris deiectionem, et deinde comediſſe, et tales aſſumpſiſſe cibos, et poſt hęc omnia, ſenſiſſe iuuamẽ, uel detrimentum, non facile dictu eſt, quidnam eorum quę circa ipſum facta ſunt, aut iuuerit, aut nocuerit. His igitur ex cauſis omnibus, iudicium perdifficile eſt. Iam enim ſermonem totum uno capite colligamus. ARS quidem longa fit, ſi eam unius hominis uita metiamur. Expedit autem relinquere poſteris cõmẽtationes, pręſertim cõpendioſas, atq; aphoriſticas. Nam talis doctrinę modus, et ad primam diſciplinam, et ad illa quę didicerimus memoria retinenda, uel ſi forte obliuio interciderit, ad memoriam reuocanda, utiliſſimus eſt. Conſonant autem his, et uerba ſequẽtia, nam ut qui ꝓemium fecerit ad cõmentationem, et ad ea quę in ipſa ſcribenda erant, cõuenienter ſubinferens, hęc protulit uerba. NON SOLVM oportet pręſtare ſe ipm̃ opportuna facientem, ſed et ęgrum, et aſſidentes, et exteriora. Si quis inquit aliquando diiudicaturus eſt, quę in hoc libro ſcribuntur quantum habeant ueritatis, non ſolum ſe ipſum pręſtare debet oportuna facientem, et nihil quod ęgro poſſit conducere pręteremittentem, ſed et ipſe ęger parere medico, et in nullo proprię indulgere uoluptati, miniſtri etiam idonei aſſidant oportet, et ut exteriora omnia adſint apparata. Nam propter illa plerũq;, uel ꝓcognitionem. uel curationem interrumpi contingit. Exteriora autem ſunt habitationes idonee, uel turbarum plenę, uel omni turba uacantes, et pręterea quę nunciantur, aut agũtur, quę iram, triſticiam, aut aliquem alium affectum infligunt ęgrotanti. Sicuti et illa quę ſoporem nocturnum abrumpunt aliquando, quę milia ſuper milia poſſunt contingere. Si igitur inquit hęc omnia bene, et recte ſe habuerint, nihil eorum quę in hoc libro ſcribuntur, falſum eſſe inuenietur.

.ii.

In perturbationibus uentris, et uomitibus ſpontinis, ſi talia purgentur qualia purgari oportet, confert, et leuiter ferunt, ſin minus, contra. Sic et uaſorum inanitio, ſi talis fiat qualis fieri debet, confert, et bene tolerant, ſin minus, contra. Inſpicere itaq; oportet et regionem, et tempus, et ætatem, et morbos, in quibus conueniat, aut non.

.ii.

non de quantitate eorum quę euacuantur ſermo ipſi eſt, ut nonnulli ſunt arbitrati, ſed de qualitate tantum, ut manifeſtant duo uerba, qualia ſcilicet, et qualis. Nam in his quę ſponte fiunt euacuationibus, ita dixit. SI QVALIA oportet purgari purgentur, confert, et leuiter ferunt. In aliis uero quę a medico. Si qualis fieri debet ita fiat, atqui potuiſſet dicere, ſi quantum purgari oportet purgetur, et rurſus, ſi tanta fiat quanta debet fieri. Hoc idem oſtenditur, et ex uerbo purgari, neq; enim ſimpliciter dixit ſi q̃lia oportet euacuari, ſed ſi qualia oportet purgari. Eſt autem purgatio, humorũ qui ſua qualitate moleſtant euacuatio. In his itaq; multi delinquũt expoſitores, qui neq; uerba, neq; hominis mẽtem recte percipiũt.

adhuc autem magis peccant, cum uaſorum inanitionem alii pro inedia accipiunt, alii pro uenę ſectione, Hippocrates ſi quidem euacuationem ſolet, ab euentu nominare uaſorum inanitionem, quoniam in omnibus euacuationibus cõtingit uaſa inaniri. Sermo quidem nunc ipſi eſt de qualitate eorum quę euacuantur. Sicuti autem ſemper adhortatur, ut quę recte a natura fiunt, etiã in artis operibus medicus imitetur, ſic et nunc idem egit, a ſpontinis euacuationibus, ſuam exorſus orationem, in qbus ſi qualia oportet purgari purgentur (hoc eſt ea q̃ corpus infeſtant) confert, et leuiter ferunt. Q̃d ſi aliorũ fiat euacuatio, et non eorum q̃ corpora noſtra moleſtant, cõtrarium euenit, neq; enim confert, et grauiter ferunt ęgrotantes. Eodem pariter modo, ſi medicus moliatur aliquã facere euacuationem, eorum eſto quę corpora noſra moleſtant, queãdmodum et in aliis locis humorem noxium ꝑcipit euacuari, neq; alterum illi in euacuatione pręferri. Si igitur pituita ſuperabundet, hãc omnino oportet euacuari, flaua autem bile, uel atra infeſtante, abſtinendum eſt a pituita, et bilem infeſtantem euacuandum. Sic et ſi humor ſanguineus in corpore modum exceſſerit, ſanguinem euacuari oportet, ſicuti et ſeroſam eius partem, ſi hęc fuerit ſuperabundans. Humorem autem ſuperabundantem, ex colore debemus conıectari, niſi aliqui forte in profundum receſſerint. Color enim ſimilis efflorеſcit humoribus, ſi non regurgitauerint. In his ergo pręcipue, qui retroceſſerunt, et non ſunt ęqua portione per totum corpus diffuſi, oportet inſpicere regionem, et anni tempus, et ętatem, et morbos, in quibus conueniat, aut non, hoc eſt inquibus conueniat, aut non talis, uel talis humoris facere euacuationem. Habet enim et unus quiſq; humor in corpore ſuperexcedens indicia propria, de quibus deinceps plenius dicemus, perfectę tamen gratia cognitionis, inſpicere oportet tempus anni quod pręſens eſt, et regionem inqua degunt ęgrotantes, et eorum ętatem, et ſpetiem ęgritudinis. Sint enim, ſi ita contigerit, flauę bilis in corpore abundantis indicia, ſimul cum ipſis inſpiciendum erit, ſi tempus ęſtiuum, et ſi ęger in ętatis uigore conſiſtit. Eodem modo et in pituita conſiderandũ, ſi adſit hiems, ſi regio frigida, ſi homo ſenex. Et pręter hęc omnia ipſam morbi ſpeciem inſpicere oportet. Veluti ꝙ tertiana (ſi ita contigerit) fit a flaua bile modum excedẽte, quartana ab atra, quotidiana a pituita, cancer ab atra bile, eriſipelas a flaua, atq; ſingulę alię morborum ſpecies. Si enim hęc omnia diſtixerimus, firmius atq; ſtabilius ad noxii humoris euacuationem perueniemus. Illi autem expoſitores prę aliis (ueluti abſurda dicentes) repudiandi, qui putant ipſum de ſola inedia (quę adhibetur in febribus) ſermonem habere, cum tamen febres non nominauerit, et ſermo fiat de omnibus quę ſunt pręter naturam, quorum nos docet intentiones, ad quas reſpicientes nos oportet inuenire, non quantitatem, ſed qualitatem euacuationis, nam de quãtitate ſequens diſerit aphoriſmus. Quo autem morbi tempore aggredi oporteat euacuationem, et quo modo ipſa ſit facienda, in aliis deinceps dicet aphoriſmis. Quare neq; nunc mihi de his dicere eſt neceſſarium, ſic enim noſtra doctrina nõ foret ſapientior, et noſtrę cõmentationes, ad immodicam, et minime neceſſariam prolixitatem peruenirent.

.iii.

Habitus exercitatorum qui ad ſummum bonitatis attingunt periculoſi ſi in extremo conſtiterint, neq; enim poſſunt in eodem permanere, neq; quieſcere, cum uero non quieſcant, neq; poſſunt proficere in melius. Reliquum ẽ igitur ut decidãt in

.iii.

Illum qui antecedit ſermonem eſſe, de eorum quę euacuantur qualitate, docuimus. In hoc autem, et ſequentibus uult de quantitate docere, et ab immoderata repletione, atq; euacuatione initium ſumit, in hoc quoq; aphoriſmo propoſito, ſicuti in alio pręcedente, quoddam exemplum ſupponens, et ad hoc, ut cõſueuit, ſuum ſermonem dirigens. Exemplum autem ipſi eſt, exercitatorum bonus habitus. Vocat autem bonum habitum exercitatorum, illorum ſcilicet quorum hoc eſt totius uitę inſtitutum, aſſidue operam dare exercitationibus, ut alios deiciant,

more athletarum. Qui enim ſimpliciter bonus habitus nominatur, quem plurimi agricolę habent, in fodienda terra, metendis ſegetibus, et aliis ruralibus laboribus occupati, ad immodicam repletionem non attingit. Athletarum autem bonus habitus, non mediocrem hanc culpam habet, ꝙ ſtudét tumoris molem corpori adiicere, et ut liquere poteſt, humorum multitudinem. Hi enim apparatus quidam ſunt totius corporis nutritionis. Et niſi ipſi pręſto ſint, fieri nó poteſt, ut corpora ad tumo

deterius. His de cauſis bonū habitum ſtatim ſoluere expedit, ut corpus rurſus nutriri incipiat, neq; compreſſiones ad extremum ducendæ, periculoſum enim. Sed qualis natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic et euacuationes quæ ad extremum deducūt periculoſæ. Et rurſus refectiões, cum extremæ fuerint, periculoſæ.

rem immodicum non perducantur. Quare neceſſarium eſt huiuſcemodi diſpoſitionem eſſe periculoſam. Cum enim uaſa cibis, ac potibus fuerint ſupra modum repleta, periculum eſt, ne diſrūpātur, aut calor natiuus ſtrāguletur, aut extinguatur. Sicuti et nonnulli athletę, qui ad immodicam uenerunt repletionem, eadem ex cauſa ſubita morte interierūt. Qui autem ad naturę opera utilis eſt bonus corporis habitus, nulli tali periculo obnoxius eſt, quia nūq̃ ad extremam peruenit repletionem, quare neq; ipſum ſoluere oportet, ſicuti alterum athletarum, cum ad extremum peruenit. Hunc enim ſoluere oportet, haud quaq̃ morantes, ſed anticipantes ſolutione periculum. Cauſam uero ob quam ſoluere oporteat, talem ipſe ſubiecit dicés. Neq;.n. poſſunt i eodem permanere, neq; quieſcere. Nam cum ſemper natura coctionem, alimenti diſtributionem, ſanguinis generationem, adiectionem, agglutinationem, atq; aſſimilationem operetur, quando nihil adiici ſolidis corporis partibus poteſt, neq; uenę amplius habent conceptaculum in quod alimentum diſtributum recipiatur, tunc periculum imminet, aut diſruptionis, aut mortis repentinę. Vt igitur corpus rurſus habeat locum quo nutriatur, bonū habitum oportet ſine mora ſoluere. Eius autem ſolutio eſt euacuatio, ut liquet. Et hanc quoq; oportet non ultra modum facere, cum ſit immodica euacuatio, non minus immoderata repletione periculoſa. Inté tio autem quantitatis euacuationis, non ſolum humorem reſpicit ſuperabundantem, ſed et uires hominis qui debet euacuari. Alii enim minus, alii magis perferūt euacuationes. Hęc quidem ab ipſo de bono habitu athletarum dicta fuere, quę ipſa per ſe ipſa poſſunt conducere, his qui tale uitę inſtitutum ellegerunt, et ſunt medicis ueluti exemplum ſermonis, poſtea ſubiungendi. Inquit enim ſic. Et euacuatiões quę ad extremum deducunt periculoſę. Et rurſus refectiones cum extremę fuerint periculoſę. In quo ſermone toto ſumma ſententię hęc eſt, quod neq; euacuare, neq; replere ſupra modum oporteat, cuius rei documéto eſſe pót, bonus habitus athletarum, qui alioquin inculpabilis exiſtens (ut qui et bonis abundet humoribus, et uires habeat robuſtas) hoc ſolum malum permaximum gerit, ꝙ ad extremā uenit repletionem. Quapropter ſtatim eum ſoluere oportet, et ſicuti rurſus qui ſunt tali natura ꝓditi, non ſunt ad extremā euacuationé ꝓducendi. Sic et qui alia quauis egét euacuatione, non ſunt ſupramodum euacuandi. Nam ut in uniuerſum dixerimus, in omni euacuatióe uires ęgroti oportet attédere, et donec tolerat, et nūdum laborat, tentandum eſt humorem exuperantem educere, cum uero diſſoluūtur, etiam ſi reſtét ſuperfluitates, cauere oportet earum euacuationem. Quod autem ait, et rurſus refectiones ſi in extremo cóſtiterint periculoſę. Si quis debeat ſermonem hunc ad exemplum retribuere, ne ſit decurtatus, in ultima dictus repletione uidebitur, quā iubeat caueri, et non uſq; adeo refici corpora, ut ad extremam ueniāt repletionem. Si uero ſermonis figuram attéderis, ut nónulli expoſitores fecere, de eadem re bis ipſum dicere, ſed aliter, atq; aliter cogitabis. Cum igitur ita dixerit, ſic et euacuationes, quę ad extremum perducunt, periculoſę, hoc ſolum putabis, p̄cipere fugiendas eſſe immodicas euacuationes, quoniam ſint admodū periculoſę. Cum uero ſub

ſungens dixerit, et rurſus refectiones, cum in extremo conſtiterint periculoſę, ob hoc uetare immodicas euacuationes, quoniam et refectiones in ipſis, haud quaq̃ ſecurę exiſtunt, cum ſit natura iam facta imbecillis, et neq; iam poſſit ſufficienter coquere, neq; diſtribuere alimentum, neq; aſſimilare. Verum ſi quis ita ſermonem acceperit, altera doctrinę pars, de ſuperflua repletione relinquetur, et fruſtra exemplum de bono exercitatorum habitu erit allatum. Quidq; et hoc ipſum uerbum, rurſum, i tota adiectum oratione, ſententiam quam diximus uidetur manifeſtare, cũ ita dicat. Et rurſus refectiones, cum in extremo conſtiterint, periculoſę. Vt enim q de altera re ſermonem faciat, ita uerbum rurſus appoſuit.

.iiii.

Victus tenuis, atq; exquiſitus, in morbis quidem longis ſemper, in acutis uero, in quibus non conuenit, periculoſus, Et rurſus qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis eſt. Nam et repletiones, quæ ad extremum deueniunt, graues ſunt. .v.

In tenui uictu ægri delinquunt, quo fit ut magis lædantur. Quicunq; .n. error cõmittitur magnus, maior in hoc fit, q̃ in paulo pleniori uictu, propterea

.iiii.

Cum i ſuperiori aphoriſmo de qualibet i modica repletione, atq; euacuatione locutus fuerit, in hoc de ęgrotãtium uictu, ſermonem habet, pręcipiens nobis, in morbis longis ſemper uictum cauere tenuem, in acutis uero nõ ſemper. Plurimi enim horum uictum tenuem exigere uidentur, quędam uero eorum, et illum qui ad extremum tenuitatis deuenit, eſſet autem uictus tenuis in extremo, qui per ſolam inediam, uel melicratum, uſq; ad criſim, ſiue iudicationem procedit. Tenuis uero, qui per pauca, aut parum nutrientia edulia, quale eſt priſanę ſuccus, eius autem terminus eſt, uirium exolutio, quarum gratia nutrimus. In ſanis quidem corporibus ſemper oportet robur ſeruare naturę, uel augere alimentis, non demoliri. Et eſt quidem augere potens alimentum, quod plenum uocatur, conſeruans uero quod modicum exiſtit, quod uero comminuit tenue. Hunc igitur ſemper fugere oportet aliis uero, ut pręſentia exigunt, uti. In ęgrotantibus autem raro accidit, ut robur corporis maius reddere, q̃ acceperimus ſtudeamus. Magna uero ex parte ꝓperamus, in longis quidem morbis fouere uires, in acutis uero parum debilitatas conſeruare. Nam ſi eas tales, quales accepimus, properemus in iſtis ſeruare, uel etiã augere, ſemper addemus ad morbum. Qui uero ſint morbi acuti qui uictum exigant tenuiſſimum, in extremo, et qui tenuiſſimum quidem, non tamen in extremo, qui etiam tenuem, in libro de uictu acutorum (qui de priſana a nonnullis inſcribitur) plenius Hippocrates docuit. Et nos in noſtris in eundem librum expoſitionibus, totum ſermonem abſoluimus. Nunc uero tantum dixiſſe ſufficiat, q; in omnibus morbis, qbus maximus uigor, et iudicatio primis quatuor diebꝰ futura ſit, modo natura ſit fortior, integram inediam ſeruare debemus. In quibus uero non ultra primam ſeptimanam protrahantur, forti exiſtente natura, ſolo utendum eſt melicrato, ſolus autem et hic ipſe uictus tenuiſſimus eẽt, non tamen in extremo. Quod ſi naturę robori non ſatis fidamus, ptiſanę utemur ſucco. Rationabiliter autem huiuſcemodi uictus tenuis diceretur, ſicuti qui per ptiſanam ordeaceam, non eſt quidem tenuis exquiſite, niſi omnino pauca aſſumpta fuerit, non tamen propterea plenus, qualis qui fit per oua, et alicam, et piſces, atque alia huiuſcemodi. Quod igitur adiectum eſt ſermoni de acutis, in quibus non cõuenit, haud quaq̃ dicitur propter peracutos, de his enim ipſe inquiet. Vbi igitur morbus peracutus eſt, ſtatim et extremos labores habet, uictu etiã in extremo tenuiſſimo utendum eſt. .v.

Huius initium aphoriſmi etiam aliter ſcriptum inuenitur, hoc modo ſcilicet. In tenui uictu magna ex parte duo peccant qui ęgrotant, quo fit ut magis lędantur, et hanc ſcripturam plerique magis altera probant, hoc putantes Hippocratem uoluiſſe dicere, q; in tenui uictu biſſariam ęgri delinquentes magis

lędunrur,nam inſciis medicis ob hoc ipſum coguntur cibari, quoniam tenui uictu ab ipſis reguntur, et hinc maius detrimentum ſuſcipiunt, q̃ ſi uictu tenuiore non regerentur. Adhuc autem delinquunt,ſcilicet et iam natura exiſtente imbecilli, ut quę antea alimenti inopia laborauerit. Mihi autem uidetur prior ſcriptura meli/or,ut quę hanc quoq; complectitur, et ſermonem facit generaliorem, cum de omni delicto doceat,ſiue uolentibus,ſiue inuitis ęgrotãtibus accidat, adeo ut talis ſit ſermo. Quicunq; error accidit ęgrotantibus,qui tenui uictu reguntur, hic maximum affert periculum, et quia natura a tali uictu debilitatur, et quia ad eum tranſitus eſt inſuetus. Confirmant antea dictã ſcripturam, ea quę de ſanis dicuntur, in quibus tenuem ait uictum eſſe periculòſum, quoniam errores grauius ferunt, non quia propter uictus tenuitatem cogantur delinquere. Quę uero de aphoriſmo ſequũtur ſunt manifeſta. .vi.

etiam ſanis periculoſus exiſtit ualde exquiſitus uictus,et cõſtitutus,quoniam errores grauius ferunt.Ob hoc igitur tenuis uictus, atq; ad modum exquiſitus,eo qui ſit paulo plenior,magis periculoſus. .vi.

e Xtremis morbis, extrema exquiſite remedia optima ſunt. .vii.

u Bi morbus peracutus eſt,ſtatim extremoſ habet laboreſ, et extreme tenuiſſimo uictu utendum eſt. Vbi uero non, ſed pleniorem uictum cõtigit adhibere, tantum cibi ,indulgendum eſt, quãto morbuſ extremiſ eſt mollior.

e Xtremos morbos nominauit Hippocrates ſũmos ultra quos non ſunt alii. Quare pręcipit in ipſis fieri exquiſitiſſimam curationem, et uictum pariter adhiberi tenuiſſimum.Eſſent autem omnino morbi huiuſcemodi peracuti. Vnde ſequentem ſubiungens aphoriſmum,ait. .vii.

ſ Icuti extremos morbos ſummos nominauit, ita et nunc extremos labores ſummos apellat, labores autem,uel acceſſiões, uel ſimpliciter caſus uniuerſos. Et enim acceſſiões, atq; omnes ſimpliciter caſus maximos poſſidet morbus peracutus, ſtatim in primis morbi diebus, nam in ipſos ſtatim morbi incidit uigor,qui nihil aliud eſt,q̃ morbi in caſibus ſummum.Et quidem morbus ille eſt ꝑacutus qui ſtatim in ſummo uigore conſiſtit.Statim autem eſt intelligendum, circa primos quatuor dies,uel paulo ulterius.Idcirco autem extreme tenuiter uictũ adhibere conuenit, quoniam uictus tenuiſſimus morbis iam conſiſtentibus eſt neceſſarius,quemadmodum docuit in libro de uictu acutorum,et in hoc ipo aphoriſmo. Conſiſtit autem morbus peracutus ſtatim in primis diebus. Quod autem ſit rationi conſonum in morbi uigore tenuiſſimo uti uictu,alibi eſt a nobis plenius oſtenſum.Nunc id tantum dixiſſe ſat erit,quod ſi quis propter inflãmationes, uel febres quę a morbis acutis ſunt inſeperabiles,quiſpiam ueretur effatu dignum afferre alimentum,hoc ipſum (morbo in ſuo uigore conſiſtente)magis uerebitur facere.Tũc enim phlegmaſię maxime exiſtunt, ut ipſe inquit in libro de uictu acutorum, ſiue quis per phlegmaſias,uelit intelligere illas quę proprie dicuntur inflammationes, ſiue etiam libeat febres una complecti,ſecundum antiquam uocabuli acceptionem. Accedit ad hęc, ꝙ melius é naturam permittere uacare circa morbi coctióem,morbo i ſuo uigore cóſiſtéte,neq; diſtrahere ipſã ad cibos recéter aſſũptos cóficiendos, hac qdé róe cũ morbꝰ cóſiſtit uictu tenuiſſio oportet uti.Hoc ergo ſuppoſito,i aliis morbis q ſuũ uigoré ſunt poſterius accepturi,nó licet afferre ſtati ab initio tenuiſſimũ uictũ.Nã prius hó morietur q̃ morbus i uigore cóſiſtat.In qbus uero morbi uigor ſtati futurus é,hoc é i primis q̃tuor diebꝰ,i his poſſumus uictu extreme tenuiſſimo uti,cũ uero ét uires tolerét iediã oimodã,et ſolius melicrati exhibitioné,et ptiſanę ſuccũ, paucũ oio,licet adhibere. Talis qdé é tenuiſſimus uictus .Qui uero hoc minus tenuis exiſtit, qué ét plenioré noiauit,illis cóuenit morbis q poſterius i ſuo

debent uigore conſiſtere, in quibus pręcipit tantum a uictus tenuitate declinare, quantum morbus ab extremis recedit,hoc eſt a uigore ſummo.Hoc enim proximo exiſtente, paulo pleniorem uictum afferemus, longius uero diſtante plus,et quanto tardiorem fore ſummum morbi uigorem expectabimus,tantum uictus figuram commutabimus. viii.

Hic pariter ſermo pars quędam eſt artis,quę docet uictum conuenientem adhibere, qui a nonnullis ſeorſum ſcribitur ꝑ uerba nuper dicta,ab aliis uero antecedenti annectitur aphoriſmo, eo modo quo antea ſcriptus eſt.Docet autem nos,utcũq; ſcribatur, unam et eandem uictus rationem antiquo magiſtro pręcipiente.Vbi morbus in ſuo uigore cõſiſtit,uictu tenuiſſimo utẽdum eſt, tum propter caſuum magnitudinem, tum propter morbi coctionem. Neq; enim diſtrahere oportet naturam ad alteram nouam coctionem, cum eo tempore uni humorũ noxiorum coctioni fortiter uacet,et haud ita multo poſt ipos ſit euictura. Sic.n.oſtẽdimus et in tractatione de criſibus. Nunc uero de his tantum morbis ſermo tranſigitur,in quibus omnino,et curatiõem, et uictus intendimus rationem, hi uero ſunt in quibus poſt uigorem ſequitur declinatio.Nam quorum ſummum uigorem excipit mors, in his parte artis utimur, quę prognoſtica nominatur, id ꝙ futurum ſit pręnunciantes,ne euentus rerum noſtro adſcribatur errori. Hęc igitur tibi ſit una indicatio ſumpta ex morbi temporibus ad uictus rationem,altera uero a uiribus ęgrotantis,quam in ſequenti docet aphoriſmo. .ix.

.viii.

Quando morbus in ſuo uigore conſiſterit, tunc uictu tenuiſſimo utendum eſt. .ix.

Coniectari autem oportet, an ęger cum uictu ſufficiat perdurare donec morbus conſiſtat, et nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum uictu perdurare, uel morbꝰ ãtea deficiat,atq; hebeteſcat. .x.

Quibus igitur ſtatim morbus cõſiſtit, his ſtatim tenuis uictus adhibendus eſt,quibus uero poſterius debet conſiſtere, his et in ipſo conſiſtendi tempore, et parum ante illud cibus ſubtrahendus, prius uero uberius agendum,ut ęger ſufficiat.

Quia in ſuperiori aphoriſmo tantum iuſſit ab eo,qui extreme tenuis uictus nominatur declinare,quanto morbus mollior extiterit,q̃ ſit eius uigor,nũc in hoc loco alteram adiicit intentionem, ut quantitatem declinationis exquiſite noſcamus.Eſt autem hęc intentio uis ipſa ęgrotãtis,cuius gratia nutrimus, neque enim morbi cauſa.Cum enim uis ita robuſta fuerit, ut ſperemus ipſam poſſe perdurare totum tempus intermedium,uſque ad ſummum morbi uigorem,cum tali uictus forma,tunc exquiſitam habebimus declinationis,quam diximus,quantitatem.Quod ſi imbecillior extiterit,adiiciendum aliquid uictui,et plenior eſt adhibendus,tantum ſcilicet,quantum natura imbecillior expoſtulat. Quo circa aliquando in ipſo morbi uigore, ubi caſus aliquis interuenerit,robur naturę diſſoluens, nutrire cogimur.Eſſet autem hic ſermo pars totius offerendi alimenti rationis.Vnde ſi quis,et hunc,et priorem,atq; ſequentem aphoriſmum unum fecerit,nõ aberrabit. Ego uero in partes ſecans expono, quoad fieri poteſt, doctrinę gratia clarioris. .x.

Hic pariter ſermo eandem ſententiam habet cum priore,niſi ꝙ eſt uniuerſalior. Prius enim in peracutis morbis dicebat, ꝙ ſtatim in ipſis tenuiſſimo uictu uti oporteret. Hic uero ſimpliciter de omnibus morbis pronunciat, quibus ſtatim conſiſtendi tempus futurum eſt,hoc eſt non multo poſt primam acceſſionem, iubens ob id tenuem adhibere uictum. Quę uero ſequuntur manifeſta, cum eidem hęreant ſententię. .xi.

Otius quidem uictus rationem in uno quoque morbo a duabus intentioni
t bus iuſſit aſſumere, ex ſũmo totius morbi uigore, et ex uiribus ęgrotantis.
Quó uero quiſpiá particulatim cibũ offerrat cõueniéter, i hoc docet ſermo
ne, caueri iubens morborũ acceſſióes, ipe uero manifeſtius in libro de uictu acuto
rũ dixit. Quod neq; cũ iá adſũt, neq; haud ita multo poſt affuturę ſunt acceſſióes, ci
bus dandus eſt, ſed cũ declinãt aut ceſſant. .xii.

.xi.

N acceſſionibus abſtinere oportet,
i nam cibum dare nocuum eſt, et qui
bus per circuitum fiunt acceſſiones,
in ipſa acceſſione abſtinere oportet. .xii.

Cceſſiones uero, et conſtitutiones,
a morbi indicabunt, et anni tempora,
et circuituum ſucceſſiua incremen/
ta, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per
maiora interualla fiant. Sed ex his quæ mox
apparent indicia ſumuntur, quéadmodum in
morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum
appareat, morbum breuiat, ſi uero poſtea ap
pareat, producit. Et urinæ, et alui excremen/
ta, et ſudores, quæcũq; apparuerint, uel bonã
morborum iudicationem, uel malam, uel bre
ues, aut longos fore morbos oſtendunt.

I quę prius dicta fue
ſ runt ab eo de uictus
ratióe ad memoriam
reuocemus, eorum quę nũc
dicuntur, utilitas fiet nobis
manifeſtior. Quę autem pri
us dicta fuerũt, hęc ſunt. To
tius uictus figuram ad duas
reſpiciens intentiones facie
bat, quarum altera erat uis
ęgrotantis, et cóſtitutio mor
bi. Nã ſi morbus ſit acutus,
uel peracutus, uel longus, et
quãdo maxime in uigore có
ſiſtet, nihil aliud eſt niſi mor
bi conſtitutionem conſidera
re, particulares auté ciborũ
oblatióes ex acceſſióibus có
iecturabatur. Cũ igitur tres
eſſent intétióes ad pfectã, et
indeficiétem uictus róem,
prima qdé ſũpta é ex uiribꝰ
ęgrotãtis, ſcđa ex morbi con
ſtitutione, et tertia pter has
ex pticularibus acceſſióibuſ. Vires qdé ſub primo ſtati ingreſu cõpręhendere medi
cus pót, ex pulſibus .ſ. et aliis, q̃ ipſe i libro pgnoſtico latius ſcriptitauit. q̃uis forte
qs dixerit uiriũ magnitudiné eé icópręhenſibilé. At ſi nó poſſumus earũ q̃titatem
exqſite cognoſcere, poſſe nos tamen artificioſa quadã cóiectura ad ueritaté pxime
accedere, nemo ificiabitur. Sed morbi cóſtitutioné q̃liſnã ſit, et pticulares acceſſio
nes, multi medici exiſtimarũt, nó poſſe dignoſci, nó tamen idé ſenſit Hippo. ſed et i
hac pte ſicuti, et i aliis ſępe qdé exqſite, et ut quiſpiã dixerit, pite, atq; ſcienter, ſępe
uero coniecturaliter, non tamen inartificioſe, neq; longe a ueritate, ſed prope, atq;
proximius pueniemus ad cognoſcendũ futurũ cóſiſtendi tépus, et acceſſionũ ſuceſſi
uas reciprocatióes. Verũ hęc oia latius, et in libris q pgnoſtica, et in alteris, q epide
mię inſcribũtur Hippo. docuit, et nos iuxta antiq magiſtri ſentétiã ipſius uerba cũ
decéti expoſitióe appoſuimus in libro primo de criſibus, i quo oſtédimus quó quiſ
piã futurũ morbi uigoré poſſit pcognoſcere. Nũc uero oia ſunt ab Hippo. p capita
tradita. At nos q̃breuiſſime fieri poterit ipa dilucidabimuſ. Quibus uero curę eſt
oém de his diſciplinã diligéter pdiſcere, ad librũ de criſibꝰ a nobis ſcriptũ, legédũ
accedat. Ipi quoq; morbi, et acceſſionũ ſimiles pportióes, et ſuas ét conſtitutióes ni
hilominus oſtendét, ueluti in itermittétibus, qđ tertiana cito terminatur, quotidia
na uero lõga é, quartana aũt ét hac lõgior exiſtit. In cótinuis uero, incédentes qdem
acutę ſũt, q̃ uero typhodes .i. ſuccédétes noiantur, lõgiores, medię uero iter has ſemi
tercianę. Quó uero qſpiã has oés febres ſtatim iuadétes dignoſcat, ſcđo libro de cri
ſibꝰ plenius edocuimus. Quare nó oportet ad hũc trãsferre ſermoné q̃cũq; bene di
cere i aliis anticipauimus, neq; ſępius eadé in pluribus libris ſũt repetéda, ſed ſolũ
ad memoriã reuocãdũ, ſi poſſibile fuerit tertianã iuadété ſtati ab initio cognoſcere,
ex ea cõphédere qmus, ꝙ cito terminabit, et ꝙ p tertiũ dié fiét acceſſióes, et hoc éꝙ
ab Hippo. dicitur. ACCESſióes aũt, et cóſtitutióes, morbi idicabũt, nos qdé cũ ſtati

prima die febriũ q̃rtanarũ initia ſępe cognouiſſemus nõ expectata ſcd̃a acceſſione, formã uictus ab initio conſtituimus, tãq̃ ad morbũ ꝗ longo poſt tẽpore ad ſuũ uigorem foret peruẽturus, ſic in quotidiana, et tertiana fecimus, tempus futuri uigoris in utriſque ſecundum proprium terminum metientes. Sicuti autem in febribus itidem in aliis morbis eſt faciẽdum. Morbus enim lateralis, et qui peripneumonia, et phrenitis a gręcis nominantur, morbi acuti ſunt. Angina autem, iuxtangina, et cholera, et diſtentio neruorum, peracuti. Aqua intercutem, atra bilis, et ſuppuratio, et tabes, diutini. Et morbo quidem laterali, et phrenitidi magna ex parte per tertium acceſſiones fiunt, ſuppurationibus autem quę uẽtri eueniũt, aut hepati, et tabi, quotidie, et magis ad noctem, qui uero ex liene laborant, et omnino ex atra bile, ꝑ quartum. Quod autem ſubinde dicitur de anni temporibus, ad ea quę antea dicta ſunt habet relationem, nam et morbi conſtitutiones, et acceſſiones, poſſunt ab anni temporibus una cum morbo indicari, neque enim ſufficit hoc tantum ſciſſe, ꝙ quartana inuaſit hoc die, ut ab initio pręcognoſcamus inſtituendam eſſe uictus rationem, ut ad morbum futurum diutinum, ſed etiam ſi hieme, aut uere, uel ęſtate, uel auctumno, ſuum fecit initium, proſpicere oportet, id cognoſcentes ꝙ ęſtate quartanę magna ex parte breues ſunt, auctumnales lõgę, et quę magiſ hiemẽ attingũt, nam hęc eadem ipſe nos in ſequentibus edocebit, et quidem tertiana febris, cum alioquin cito terminetur, citius tamen ęſtate q̃ hieme, et aliis pariter ſingulis morbis ęſtas addit celeritatem, hiems uero tarditatem. Sed et acceſſiones, per tertium quidem magna ex parte ęſtate fiũt, per quartum uero auctumno, ſingulis uero diebus aut noctibus hieme. Sicuti autem in ãni temporibus, ſic et in temperaturis ex proportione ſe habet, de quibus et ipſe Hippocrates ſępe diſeruit, non tamen hic quid q̃ dixit, ut qui ex uno alia nobis ad memoriam reuocãda reliquerit. Quę enim tempus ęſtiuum, eadem et ęgri temperatura, ſi fuerit calidior, et ſiccior, et ętas, ſi in ſuo uigore conſtiterit, et locus, ſi calidus, et ſiccus, una indicabunt. Liquet autem ꝙ et induſtria uitę, et aſſuetudo eodem modo ſe habens, et pręſens aeris nos ambientis conſtitutio, de quibus poſtea docebit. Sic et quęcũq; đ tempore auctumnali ad morbi conſtitutionem, et acceſſionum reciprocationem aſſumebantur, hęc eadem et de ętate ęgrotantis, atque natura, et uitę induſtria, et aſſuetudinibus, et regione in qua ęgrotat, et aeris ambientis (quę tunc uagatur) temperatura, aſſumere licet. Ex his quidem iam conſtare poteſt, ꝙ et morbi conſtitutionem, et acceſſiones cognoſcemus. Conſtitutionem quidem, ſi morbus fuerit peracutus, uel diutinus, quod ad cõſiſtendi tempus agnoſcendum eſt neceſſarium. Acceſſiones uero, an per tertium, uel per quartum, uel ſingulis diebus, ſiue qua hora diei, aut noctis ſint inuaſurę. Quod uero circa finem aphoriſmi ſcribit, deinceps uideamus, ſi ad eorum quę nos diximus faciunt declarationem, ſic enim Hippocrates inquit. Et circuituum ſucceſſiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant. Clarum eſt autem ipſum intelligere per circuituum incrementa, acceſſionum augumenta, quę in ipſis eueniunt, ex quibus oſtendi, et morbi augumentum, et futuri uigoris tempus pręfinitum, hinc diſcere poſſis. Secundę acceſſionis ad primam accrementum in hiſce tribus conſpicitur, in hora qua fit acceſſio, in longitudine acceſſionis, et in magnitudine, nihil autem differt ſi etiam in uehementia dixeris, quia hęc duo nomina ſunt apud medicos uſitata, et ſępius ea de re eadem pronũtiantur, cum aliquando dicunt maiorem fuiſſe febrem ea quę pręceſſit, aliquando uehementiorem. Contingit autem hanc febrem uehementem, uel ęquales horas cum pręcedente obtinere, uel pauciores, uel plures, ꝙ ad magnitudinem non pertinet, ſiue uehementiam acceſſionis, ſed prolixitatem. Per acceſſionem autem te oportet intelligere deterius tempus totius circuitus, quod eſt a primo inſultu uſq; ad tempus conſiſtendi, ſicuti reliquũ tempus declinationis eſt melius. Cum itaq; acceſſio, ſiue per tertium, ſiue per quartum, ſiue quotidie fiat, ſimilem ãticipauerit proportionem, atq; ita anticipando ad longius extenditur tempus, atque inſuper uehementius afflixerit, tunc manifeſtum eſt morbi augumentum, quãtum autem augeatur unum ex dictis ſua q̃titate mõſtrabit. Si q̃dẽ acceſſio pluri tẽpore anticipans, et longius, atq;

etiam uehementius affligens, effatu dignum indicabit augumentum, et uelocem eſſe morbi motum. Atq; haud ita multo poſt in ſuo uigore futurum. Neq; enim fie ri poteſt ut magna incrementa ſuſcipientibus acceſſionibus non proxima ſit mor/bi conſiſtentia.Contraria autem acceſſio,quę ſcilicet parua faciat incrementa,om/nium eorum quę diximus,quantum ad hoc attinet,longius diſtare futurum morbi uigorem oſtendit.Hoc igitur ipſum per circuituum increméta diſcemus, coniectu ra ſcilicet aſſequi poteſt quantum tempus morbus in ſuo uigore conſiſtet, ac pręte/rea horam pręfinitam qua acceſſio inuaſura ſit. Conducit autem prima cognitio ad formam totius uictus conſtituendam. Secunda uero ad temporum particula/rium cognitionem, in quibus cibus eſt dandus, quorum intentiones ipſe ab initio docere propoſuit. Quod autem circuitum uocet ſimilem ad idem reditum,nemi/nem puto dubitare. Sed et ex his quę mox apparent ait coniecturandum eſſe de ac ceſſione,et totius morbi conſtitutione. Siue autem caſus,ſiue ſigna, uelit quiſpiam illa quę mox apparent nominare,nihil retulerit.Illud autem de omnibus caſibus ſi gnisue eſt cognoſcendum, ꝙ nonnullla quidem eorum ſignificát paſſionem , aliqua aſſident,aliqua decernunt,ac iudicant,aliqua coctionem,aliqua cruditatem, aliqua ſalutem,aliqua perniciem oſtendunt. Paſſionis ſignificatiua ſunt quę una cum mor bo inuadunt.Quę uero aſſident,aliquando ſimul inuadunt, aliquando ſuperueniũt, nónũq̃ uero neq; omnino ueniunt. Neq; enim ſunt a morbo inſeperabilia, neq; eo/rum ſubſtantiam conſtituunt, ſed proprias faciunt differentias. Quę uero ab Hip pocrate decernentia,ſiue iudicantia uocantur,cum primo exquiſite morborũ prin cipio,non ſunt apta natura inuadere.Cum duobus aliis autem apta natura ſunt.De quibus paulo poſtea dicemus. Aliquando uero neq; in his, ſed cum morbi augen/tur,aut iam conſiſtunt apparent.Signa uero coctionis inuadunt quidem,et iſta nũq̃ in primo ſtatim morbi principio. Terminant autem illud principium ꝙ eſt pars totius morbi. Signa uero cruditatis cum primo morbi principio ſtatim inuadunt, et nónũq̃ poſterius apparent,ſicuti et mortis ſigna.Nam et horum generatio mor/bi principium ſubſequitur.Morbi autem principium intelligi uolumus, ut in com mentariis de criſibus manifeſtauimus, et primum eius inſultum, ꝙ nullam habere latitudiné dicitur,et id quod eſt ſicuti pars totius morbi, quando in principiũ di/uiditur,augmentum,et tempus conſiſtendi,et declinationem,et aliud, quod uſq; ad tertium extenditur diem. Sed et in eadem tractatione docuimus, omnium caſuum poteſtates,et ſimul quę expoſitione indigere uidebátur uerba Hippocratis ad hoc pertinentia,expoſuimus.Sed et nunc per modum compendii de ipſis a nobis dice/tur,qui uero uoluerit totam Hippocratis artem circa iſta perdiſcere ad illam ua/dat tractationem.Ex apparentibus igitur totam iubet morbi conſtitutionem conie ctari, deinde quandam morbi ſpeciem,in medium adducens ita inquit, ueluti in la terali morbo,ſi circa initia ſtatim ſputum appareat,morbum inchoantem breuiat, ſi uero poſtea appareat producit.Quod autem ſcribit poſſis diſcere manifeſte, ſi ti bi appoſuerim ex tertio libro epidemiarum,quę ipſe de Anaxióe ſcribit,morbum lateralem patiente,quem etiam ęgrotum ego in primo libro de criſibus mea expo ſitione patefeci,uerba autem Hippocratiſ,hęc ſunt.In abderis Anaxiona qui iuxta portas Thratias habitabat,febris acuta inuaſit,lateris dextri dolor continuus,tuſ/ſis ſicca, neq; primis diebus expuebat aliquid,ſitibundus,peruigil,urinę bene co/loratę,multę,tenues,ſexta die delirauit,neq; calefacientia aliquid proficiebant, ſep tima die magis laborabat, quia febris intendebatur, neq; dolores comminuebantur, et tuſſes infeſtabant, et difficulter ſpirabat,octaua uenam in cubito ſecui, ſanguis plurimus fluxit,et qualem oportuit,dolores aliqua ex parte ceſſarunt, uerum tuſ/ſes ſiccę ſubſeq̃bantur. Vndecima die febres decreuerũt, parũ circa caput ſudauit, tuſſes et q̃ a pulmóe humidiora,die d̃cimo ſeptimo coepit paucũ q̃d coctũ expuere. Vigeſimo die ſudauit, et deſiit febricitare. Poſt criſim leuatus ė, et ſiti p̄mebatur, et q̃ ex pulmóe purgationes,nó erant admodũ bonę.Vigeſimo ſeptimo die febris re diit,tuſſiit,multa cócocta educebat,urinis plurimũ ſedimé albũ,ſitis ceſſauit,et be ne ſpirabat. Trigeſimo q̃rto die ſudauit totus, et poſt criſim oío ex febre cóualuit

Hic igitur Anaxion ab initio morbum lateralem patiebatur,nō tamen ab initio ex puebat,ſed et octauo die adhuc tuſſes ſiccę ſubſequebātur, ut inquit Hippocrates. Quare rationabiliter totius morbi ſolutio ad trigeſſimum quartum diem extenta eſt, cū tamē magna ex parte lateralis morbus terminū ſuę iudicatiōis habeat quar tum decimū,et ſi non hunc,ſaltem omnino uigeſimum. Quod ſi ante tertium diem expuiſſet,uel circa ſeptimum,uel nonum, uel undecimum diem, iudicatio eſſet ſub ſequuta,et ſi i ipſo die tertio ſpuere coepiſſet,quartum decimum diem non trāſcen diſſet.Hoc.n.accidit in omnibus inflāmationibus,quę non teguntur operculo den- ſiore,uti in his quę exteriorem occupāt cutem,quandam ſaniem reſudare,ab initio tenuem,poſtea uero ſi coctionem accipiant,et ad melius proficiāt, craſſiorem,et ex hac ipſa craſſiore aliquam eſſe magis concoctam,aliquam uero minus.Hoc idem in omnibus inflāmationibus quę, uel os, uel oculos infeſtant licet intueri, nec minus in quacūq; alia corporis parte,quando pars aliqua interior ſimul cum cutis diui- ſione patitur inflāmationem. Nam ex huiuſcemodi ulceribus ſanies profluit talis, qualem ego dixi.Quando igitur aliqua fuerit inflāmatio cum tanta meatuū angu- ſtatione,ut nihil extra effundatur, neceſſe eſt illam eſſe et coctu difficilem, et longo tempore perdurare.Hac igitur ratione et in morbo laterali (qui et ipſe eſt ex gene re inflāmationū) attendere oportet ſigna coctiōis. Nam crudiſſimus morbus eſt,in quo nihil omnino expuitur. Secundum ordinem obtinet ille in quo ſanies tenuis ē. Tertium in quo craſſior. Et quartum in quo perfectam habet coctionem.Verum ſi hęc circa tertium,uel quartum diem apparuerit,non contingit morbum trāſcende re ſeptimum diem,in aliis uero ſingulis neceſſe eſt,ut pro coctionis modo,menſura temporis conſequatur.Sicuti igitur ſputum perfectę coctionis eſt ſignum, quando album fuerit,et lene,et ęquale conſiſtentia,neq; nimis humidū,neq; nimis craſſum, eodem modo integram cruditatem oſtendit,quod nullo modo expuitur.Quod ſi ex puatur,et tenue adhuc fuerit,debilis coctionis eſt ſignum. Quod ſi impermixtum fuerit,uel flauum,uel ruffum,haud quāq̄ bonum.Quod ſi liuidum fuerit, aut ęrugi ni ſimile,aut nigrum,perniciosiſſimum exiſtit.Cum itaq; a nobis diſtricta ſint ſigna coctionis,et cruditatis,et pręterea tertium genus exitialium, illud ſcire oportet,ꝙ ſigna coctiōis ſemper ſunt bona,ut quę morbi ſolutionem haud ita multo poſt futu ram oſtendunt, ſicuti et genus ſignorum exitialium mortem ęgri citā pręnunciāt. At uero ſigna cruditatis diutinum quidem ex neceſſitate morbum ſignificant, ſed quātum in ipſis eſt,neq; moriturum, neq; euaſurum e morbo hominem oſtendunt. Tibi uero prius ratiocinanti,et ęgroti uires expendenti,etiā ex his licet pręcogno ſcere.Aliud eſt ſignorum genus quę criſima.i.iudicatoria ab ipſo nominantur. Sūt autem hęc,ſudores,ſanguinis fluxus,et rigores,multum alui profluuium, et ſimilis uomitus,dolor capitis repente inuadens,difficultas ſpirandi pręter rationem et ue hemens,uel cordis morſus,illia citra dolorem extenta,uigilię plurimę,delirium,et nox abſq; ratione moleſta, et acceſſio anticipans, et lachrimę inuolontarię nihil pa tientibus oculis,neq; ex triſtitia prouenientes,rubor faciei,et labrum inferius agi tatum,lucida,uel obſcura, et tenebroſa quędam ante oculos obuerſantia,et allucina tiones quędam,et mallę,uel naſus repente rubeſcentes, parotides, aut omnino ma- terię alicuius in articulum decumbentis generatio.Hęc igitur omnia,et pręter hęc alia multa huiuſcemodi ſecundum propriam eorum ſubſtantiam caſus nominata, quatenus uero ſubitam mutationem oſtendunt ſigna criſima.i.iudicatoria appella ta,duplicem tibi pręſtabunt ꝓcognitionem.Si quidem morbo iam cocto ſuperuene rit,futuram ſtatim ſanitatem denunciāt. Si uero crudo adhuc morbo,iudicationem non bonā, quę.ſ. aut ad pernitiem agat, aut in longum tempus morbum producat. Quod uero alia ſit natura horum ſignorum quę criſima.i.iudicatoria nominantur, alia uero eorum quę coctionem ſignificant, hinc diſcere poſſis. In primo libro epi demiarum inquit Hippocrates. Coctiones,iudicationis celeritatem,ſecuritatem ſa lubrem ſignificant.Cruda uero et incocta,et quę in abſceſſus malos cōuertūtur, iu dicationū carentias,dolores,uel tempora,uel mortes,uel recidiuas oſtēdunt. Si qui dem in uniuerſum collaudauit morbi coctionem.In libro autem qui prognoſtica in

ſcribitur,particulatim in hunc modum ſimul docēs ipſius indicia. Vrina autem optima quando ſedimentum album,leue,et ęquale fuerit, in tempus omne donec morbus terminetur. Significat.n.ſalubrem ſecuritatem,et morbum pauco tempore duraturum.Sic rurſus laudauit urinam mõſtrantem coctionem in uenoſo genere.Rurſus autem cum dicit alui excrementum optimum eſſe,quod molle, conſiſtens, et hora excretum,qua ſolet,cum ſanitas adeſt,indicia coctionum uētris ſimul collaudat,

.xiii.

SEneſ facilime ieiunium ferunt,ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcenteſ, omniū minime pueri, præſertim qui inter ipſoſ ſunt uiuidioreſ.

et docet. Sic et eam, quę fit in membris reſpirationi ſeruiētibꝫ coctionem ſimul collaudans, ac docens, in hunc modum ſcribit. Sputū oportet in omnibus doloribus, q pulmonē,et coſtas infeſtant, celeriter,ac facile expui,flauitiem fortiter ſputo cõmixtam apparere. Coctiõis igitur ſigna ſemper bona ſunt, iudicationis uero ſigna non ſemper.Sic ergo inquit,ſigna criſima.i. iudicatoria nõ iudicãtia, aliqua mortem,aliqua difficilem iudicationem portēdunt. Et quidem cū ait,quę ad melius iudicant non confeſtim apparere,per hęc uerba eandem profert ſententiam . Nā coctionis ſigna quo tempore apparent, bona ſunt,ſemper.n.eorum uniuerſum genus optimum exiſtit.Non ergo repugnat illud qđ nunc dictum eſt,in morbo laterali ſputum ſtatim apparere,illi alteri qđ dicitur ſigna iudicãtia ad melius non ſtatim apparere,nam ſigna iudicatoria nõnūq̃ mala fiunt,ſignum uero coctionis nullum unq̃ prauū fuit,ſed omnia optima ſemper,et tanto citius ęgrum ſanitatem recuperaturum oſtendunt,quanto citius apparuerint. Hęc dixiſſe ſufficiat p modum compendii,quantum ad pręſentem attinet locum.Totam uero de iſtis antiqui magiſtri ſententiam,in libro de criſibus expoſuimus.Vt uero ex me ſermo quē nuper dixi ſecundum diuiſionem perfectus habeatur, quomodo a dictis differant, et quę paſſiones ſignificatiua,et quę aſſidentia dicuntur ſigna,iam uolo tranſigere, unam in medio adducens pro exemplo paſſionem,hanc ipſam uidelicet,quam Hippocrates nominauit.In morbo igitur laterali,acuta quidem febris, una cum ſpirandi difficultate,et tuſſi,et dolore lateris pungenti ſimili,ſigna paſſionis ſignificatiua nominantur.Quod autem dolor,aut ad ilia,aut ad clauim perueniat, aſſidentia dicuntur,ſicuti ꝙ facilius in latus patiēs,q̃ in alterum decumbat ęger,ad idem genus aſſidentium attinet.Scripſit autē et Nicandro Praxagoras duo uolumina de aſſidentibus ſignis.De his autē quę ſuperueniunt alterum,ſicuti ſi de mox apparentibus ī ſcriberetur.Hęc igitur mox apparentia inquit Hippocrates, et bonam morbi iudicationem,et malam,morbumq́ꝫ, uel longum,uel breuem futurum oſtendere. Meminit autem non ſolum ſputorum,ſed et urinarum, et excrementorum alui,et ſudorū, ea ſcilicet quę ſunt in libro prognoſtico ſcripta,nobis exēplo ſubiiciēs, quę ad hūc locum trāsferre ſit ſuperuacuum,nam de his in libro de criſibus diximus,et in cõmentariis in prognoſtica, in quibus adhuc magis magiſtri antiqui ſententiam explanauimus.

.xiii.

DIfferentia etiam ętatum confert,aliqđ ad capiendam uictus rationem.Senes ſi quidem facile ferunt inediam,pueri difficulter.Eſt autem facilitas in non appetendo,et nihil inde mali ſuſtinendo. Difficultas autem ex cõtrariis oritur.Et enim pueri magis appetunt,et plus offenduntur in longis inediis. Medię uero ętates inter ſenes,et pueros, quanto alteri ipſorum proximiores exiſtunt, tanto minus,aut magis moleſtantur,atq; offenduntur ex lõgis inediis. Huius autem aphoriſmi cauſam ipſe in ſequente docet,qui ita incipit. Quę augētur corpora plurimū caloris inati habent.Ita ꝙ ſi quiſ uelit ipſum priori adiungere,et cum,enim,coniūctione proferre,tūc ſermo unus fieret,et manifeſtus,in hunc modum ſe habēs.Senes facilime ieiunium ferunt,ſecūdo loco qui ętatem conſiſtentem habent,minus adolēſcentes,minime uero pueri,quę enim augentur corpora plurimum caloris inati habent.Dicit autem ętatem habentes conſiſtentem,eos qui mediam ętatem habent in

ter iuuenes,ac ſenes,ita ꝙ ab ętate uigente recedunt,nũdum tamen ſenſum habent ſenectę manifeſtum. Sic et Thucidides dixit quoſdam in ętate cõſiſtẽte eſſe.Verum inter hanc ętatem, et adoleſcentium, altera quędam eſt, quę ſicuti medium ętatum obtinet ordinem,ita etiam facilitatis,et difficultatis.Ita ꝙ neq; ita facile ferre inediam poteſt,ſicuti qui in ętate ſunt cõſiſtente,atq; ſenili.Neq; difficulter, ſicuti adoleſcentes,et pueri.Eius tamen nõ meminit Hippocrates, ut quam poſſit unuſquiſq; ex illis quas dixit itelligere.

.xiiii.

QVi creſcunt plurimum habent calidi īnati. Plurimo igitur egent alimẽto, alioquin corpus abſumitur. Senibus uero parum calidi innati ineſt, paucis propterea fomitibus egent, quia a multis extinguntur. Hãc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt, frigidum enim eorum corpus.

Nam cum inquit, pręſertim qui ſunt inter ipſos uiuidiores, naturarum differentias manifeſtat. Qui enim pueri calorem inatum plurimum habent,promptiores ſunt ad cibos aſſumẽdos,et ipſos magis poſſunt concoquere, et ſi non aſſumpſerint, plus offenduntur. Talis eſt ſermo Hippocraticus.indiget et quadã parua additione ad perfectionem.In his quidem qui ſunt in principio ſenilis ętatis,recte dictum ẽ. Senes facilime ieiunium ferunt.In his uero qui ad extremam peruenerunt,non recte, quia neq; hi poſſunt tolerare longas inedias. Vel igitur addere oportet aphoriſmo breue aliquid,et hoc modo ipſum pronuntiare.Senes facilime ieiunium ferũt, pręter eos qui ad extremam ſenectam peruenerunt, ſecundo loco, qui ętatem conſiſtentem habent.Vel uerbum,ieiunium,in paucos cibos tranſponendum, atq; ita dicendum. Senes ciborum tolerant paucitatem,ſecundo loco qui ętatem conſiſtentẽ habent. Nã et qui ad extremam ſenectam attingunt inuenientur, et ſi non poſſint longã inediã tolerare, paucis tamen cibis indigere. Tale enim quid patiũtur, quale lucernis pene extinctis accidit,quę continuam exigunt olei ſuffectionem, multam autem,et ſubitam ſimul,nequeunt ſuſtinere, ſic et his exhibere oportet uniuerſam multitudinem paucam,et hanc ipſam cibi paucitatem in multas partiri portiones. Neq; una illis longa inedia eſt iniungenda.

xiiii.

Dictum eſt a nobis plenius,etiam in cõmentariis de temperaturis,quomodo nõnullis medicis uiſum eſt, eos q in iuuentę uigore conſiſtunt,nõnullis uero pueros eẽ calidiores. Habent enim hi quidem calorem acutiorem, hi uero abundantiorem. Nunc uero etiam neceſſarium eſt dicere, quantũ ad pręſentem locum conducit,ſermones quoad fieri poteſt in pauca conicientes. Hoc igitur uerbum ipſum,calidum, aliquando transferimus ad qualitatem, cuius proprium nomen eſt caliditas, aliquando uero denominatiue totum corpus dicimus calidum, a caliditate, cuius modi loquendi, uel plurimus in omni uita uſus eſt, qui etiam fuit apud antiquos,ueluti Theophraſtus oſtẽdit,in eo libro q de calido,et frigido inſcribitur.Nam cum ſubſtantia corporea contrarias qualitates,caliditatẽ,frigiditatem, humiditatem,ſiccitatem,uiciſſim recipiat,ſecundum ſubſtantiam quidem recipientem,cum corpus calidum nominamus,multum,uel paucum dicimus eẽ calidum,ad quantitatem ſubſtantię referentes.Et hoc dupliciter facimus,uno quidem modo in ſubſtantiis impermixtis,alio autem in mixtis. In ĩpermixtis quidem,ueluti ſi duo haberent aquam ęqualiter calidam in duobus inęqualibus labris contentam, alterum diceremus plus habere calidi q maius labrum poſſideret, alterum uero minus. In mixtis uero,ueluti ſi eſſent ęqualia labra, ſed inęquali menſura ex uino, et aqua temperata,alterum ipſorum plus uini continere,alterum uero plus aquę diceremus.Cui modo etiam ille eſſet perſimilis, ſi duo labra inęqualia ſupponeremus, ęqua proportione temperari.Nõnũq̃ uero non ad ſubſtantię multitudinem ſermonem referentes,ſed ad qualitatem ſolam,huic quidem alicui dicimus plus calidi in eſſe,huic uero minus,ſicuti ſi ex duobus labris parem habentibus ad unguem ma/

gnitudinem,alterum quidem calidius,plus habere calidi diceremus, frigidius ue/ro,minus. Nō tamen proprie uerbo,plus,utentes in hoc loco, cum melius ſit dice/re,uel magis,uel minus,uel uehementius,atq; debilius,et ſimilia uocabula,quę nos ſolemus qualitatibus accōmodare. Nam paucum, et multum in ſola decet ſubſtan/tię quantitate ſeruare.Verum non in hoc tantum huiuſmodi fiunt nominum abuſio nes,ſed in pluribus aliis,quę per uitam ſermone uſurpamus,quod maxime fit in ip ſa arte medicinali.Omnes ſi quidem morbos magnos,aut paruos nominant,quāuis ſubſtantię non ſint,febrem magnam,febrem paruam,apoplexiam magnam, apople xiam paruam.Sic et pleuritidem,phrenitidem,peripneumoniam, et omnes itidem alios morbos.Aduertere igitur oportet ęquiuocationes, et cōſiderare quid ſibi ue lit ſemper una quęq; dictio,dicentis. Si enim in altero ſignificato nomen protule/rit,nos uero in alio accipientes,ſermonem redarguimus, non illum qui protulit (ſi uerum fateri uelimus) ſed noſtram potius exiſtimationem redarguimus. Quod nō nulli uidelicet agunt,hoc loco,qui Hippocrati ſtudent contradicere . Nam ad quali tatem nomen calidi transferentes, conantur oſtendere, hanc eſſe uehementiorem, his q in ętatis uigore conſiſtunt. Verū Hippocrates nō ad hanc ſcilicet qualitatem, ſed ad ſubſtantiam, in pręſenti ſermone refert id nomen. Nam ſubſtantia innati ca loris aerea eſt, et aquea,ſicuti ex ſemine licet coniectari,quod paucam omnino ter renam ſubſtantiam participat,plurimum autem aeris calidi,humidiq;,in ſe ipſo cō tinet, quemadmodum in cōmentariis noſtris de ſemine oſtendimus. Et quidem al terum noſtrę generationis principium ſanguis meſtruus uidelicet, humidum natu ra eſt.Cum igitur magis terreſtre efficitur animalis corpus,tale autem quotidie ef ficitur,dum augetur, tunc licet ualde uehementer calidum exiſtat,et igneum, ſub/ſtantiam tamen innati caloris pauciſſimam habet. Alioquin febricitantes dicere/mus plurimum habere calorem innatum,qui ne dum plus, neq; priori habēt ęqua lem.Bene enim temperata eſt caloris innati ſubſtantia. Ignea autem aduenticii. Et qui caloriſ aduenticii ſunt per totum corpus effluxus,fumei,fuliginoſi,aridique,et acres. Cōtra ſuaues, et bene temperati caloris natiui. Et tu hęc potes tactu diſcer/nere.Nam ſanorum calor uaporoſus eſt,atque ſuauis,et tactu conueniens,nihil tri/ſte,nihil aſperum,nihil mordax pręſe ferens.Eorum uero qui febricitant,et pręci/pue hecticas febres,aut eas quę ex putredine humorum ortum habent, acris eſt,et inſuauis,ac mordax, et noſtrum corrodens tactum . Salubris uero eius qualitas in pueris exquiſita habetur.Sicuti plures eorum qui in ętatis uigore conſiſtunt inue nire contingit,calorem habentes mordacem,et non amplius humidum,ac uaporo/ſum,neque aereum.Neque mirum uideri debet. Oportet enim ſimilem eſſe deflu/xum ſubiectę ſubſtantię,ut quando humida,atque aerea ſubſtātia exiſtit,tunc quod ab ea defluit,uaporoſum eſt,atque ſuaue.Cum uero terreſtris,atq; arida, tunc et qđ effluit,fuliginoſum eſt,et acre,quod et i exterioribus euenit. Nam quę ex aqua dul ci,et calida euaporant, optima ſunt, et uaporoſa, quę uero ex aliquo corpore ſolido exuſto,fumea ſunt,et acria. Cum igitur duę ſubſtantię ſint, et hęc quidem ſuauem habeat caliditatem, hęc uero triſtem,alteram quidem plurimam habent pueri,al/teram uero hi qui in ętatis uigore conſiſtunt, ut ad totius uidelicet corporis pro/portionem. Vt autem ſermo ſit naturalior totum ad elementa transferens, in hunc modum tranſigam.Cum quatuor ſint elementa, ex quibus omnia corpora ſunt tem perata.Puerile quidem corpus multum in ſe ipſo continet aereę,atque aquoſę ſub/ſtantię,minimum terreſtris . Contra uero eorum qui in ętatis uigore conſiſtunt, a terreſtri ſiccitate obtinentur,deficit autem aquoſa atque aerea ſubſtantia. Adeo ut ſi quartum in utriſque elementum ignem ſcilicet pari portione poſuerimus, atque ęqualiter calida corpora eſſe uoluerimus,non tamen ſimilem ſubſtantiam calidam in ipſis eſſe dixerimus, cum puerorum quidem ſubſtantia humida ſit. Eorum uero qui in ętatis uigore conſiſtunt, ſicca. Humida ſi quidem eſt maxime innati caloris affinis, quia ex humido noſtra eſt generatio. Sicca uero aduenticii caloris eſt pro/pria . Sic quidem infantes recenter nati ſubſtantiam calidam aquoſam plurimam participantes,plurimum dicerentur habere calorem innatū. Qui uero ętate uigēt,

et iam declinant, quantum iſtę deficiunt, terreſtris uero ſuperabundat, tantum ha bere minorem ſubſtantiam natiui caloris, et ipſi putarētur. Quod uero ex aquoſa, et aerea ſubſtātia plus defluere ſit neceſſarium, q̄ terreſtri, etiam ſi ambę ſint ęqua liter calidę, ſecundum qualitatem, neminem arbitror dubitare. Hoc tibi etiam in exterioribus liquido licet intueri. Nam ex corporibus quę ad ſimilem perueniunt caliditatem, non ęqua portio uidetur defluere, ſed ex ſiccis quidem minimum, ex humidis uero plurimum. Statim igitur aqua, et oleo mediocriter calefactis, pluri/mum defluit, atq; diſſoluitur. Ex ferro uero, et ęre, atq; lapidibus, minimum. Adeo ꝙ ſi tibi libuerit exponere ad ſolem ardentē aquam, ſi ita contigerit, et ferrū ęqua menſura, deinde tranſacto die ambo perpendere, aquam quidem inuenies multo ſe ipſa minorem effectam, ferrum uero ęquale. Sic et ſi uelis oleum, ęri, et ferro, et lapidi comparare, illud quidem abſumptum inuenies, hęc uero ęqualem ſubſtan/tię molem retinentia. Hinc uero ad cęram, et picem bitumenq;, et reſinam tranſcen dens, et quęcūq; alia plurimam ſubſtantiam humidam obtinent, uidebis et hęc ſub ſole calente multo magis abſumi, atque defluere, q̄ lapidem, ęs, et ferrum, et alia ad modum ſicca. Quare ſi neceſſarium eſt alimentum, ut quod effluxit ex corpore ſup pleatur, ex humidioribus uero, et plus aeris participantibus, multo plus effluit, fit ut huiuſmodi corpora pluri egeant alimento. Puerorū uero corpus tale exiſtit, plus humidę, et aereę ſubſtantię obtinens, non ſicuti iuuenum, et declinātium, ac ſenum, ſiccę, atq; terreſtris. Hippocrates igitur cum hoc in libro propoſuiſſet compendio ſam, atq; aphoriſticam doctrinam facere, non ita ſermonem ampliauit, quēadmodū ego nunc, ſed loco illorum uerborum. Quę augētur corpora, et ſi ęqualem habeant ſubſtantiam calidam, atq; igneam, cum his qui in ętatis uigore conſiſtunt. Aquoſę tamen, atq; aereę ſubſtantię, plus habent, quę augentur, dixit. Plurimum habent in natum calorem, ſimul memorię ſubiiciens ipſorum ſubſtantiam, et ſimul etiam pro poſitum demonſtrans. Quia enim humidam, et calidam habent ſubſtantiam, quę augentur, idcirco plurimum ab ipſis defluere fit neceſſarium, plurimo autem egēt alimento, alioquin corpus, inquit, abſumi, et recte inquit. Vbi enim id quod defluit plurimum eſt, quod uero influit paucum, hic neceſſe eſt ſubiectam corrūpi ſubſtan tiam. Senibus uero paucum ineſt calidum, ſiue quis ad qualitatem ſermonem refe/rat, ſiue ad ſubſtantiam. Nam et qualitas debilis, et ſubſtātia minima eſt, ſi quidem eorum meminimus, quę ſupra diximus. Ob hoc igitur inquit, ꝙ paucis fomentis in digent. Nam fomenta alimenta nominauit, ſuo et aliorum nobiliſſimorum philoſo/phorum dogmati conſentaneę, qui eorum quę animalia conſtituunt elementorum, ignem maxime uitę eſſe cauſam exiſtimarunt. Sicuti enim lucernarum flāmę, qua/rum tamen oleum eſt alimentum, ſi quis id totum ſimul ſuperinfūdat, extinguūtur potius q̄ nutriantur. Eodem modo, et in ſenibus calidum ſui fomentum quidem ha bet alimenta, ſi uero multis et totis ſimul opprimatur, ac quodāmodo ſtranguletur, periculum eſt ne extinguatur. Sicuti et ſi paruę ſcintillę ignis lignorum multitudi nem ſuperaccerues. Quod autem ſub infertur. Et propterea febres ſenibus non ſi militer acutę ſunt, ſignum eſt et hoc ipſum, ꝙ corpora ſenum frigida ſunt, et ꝙ ob innati caloris maxime conuerſionem ad igneam naturam accēditur febris. Verum tantam euenire ſenibus conuerſionem, ut ęqua ſit ei quę iunioribus accidit, uix fie ri poteſt. Multum enim calidum prompte in immenſum atollitur, paucum uero nō facile, ſed maximam exigit cauſam, quę cogat ad hoc. Ob hanc igitur cauſam neq; ſenes magna ex parte febricitant acutas febres, ſicuti Iuniores, et ſi quando, raren ter talis his accidit febris, qualis iuuenibus, omnino hęc ad interitum ęgrotantis terminatur. Indicio enim eſt immenſam quādam eſſe cauſę febrem faciētis magni tudinem. Hęc ſufficere poſſunt, his qui ſecundum naturam ſe habent, ad intellectio nem, et fidem eorum quę ſcripſit Hippocrates. Ad eos uero qui per calūniam Hip pocratem repręhenderunt, e quorum numero unus fuit Lycus, nos unum integrum uolumen ſcripſimus, aduerſus ea quę contra aphoriſmum perperam obiiciuntur. Huic autem talem titulum fecimus. Ad Lycum, ꝙ nihil erratum ſit in aphoriſmo, cui principium. Quę augentur plurimum habent innatum calorem. Datus autem

eſt mihi Lyci liber, poſt ſcriptos a me commentarios, unde ego poſtmodum his hęc uerba ſubiunxi, quę non ſunt in his, quę prius edideram. Seorſum autem in alio uolumine defendi Hippocraté, in his in q̃bus, fuerat a Lyco reprę henſus. .xv.

N On parum etiam tempora anni conducunt ad uictus rationem inueniendã. Nam hiberno tempore plus appetunt homines, et cibũ facilius cõcoquunt. Contra in ęſtate, cuius rei cauſam ipſe Hippocrates reddidit inquiens. Ventres hieme, et uere calidiſſimos eſſe. Quid aũt ſit, quod, natura, dicitur, et ꝙ non fruſtra id uerbum adiecerit in hoc aphoriſmo, ipſe paulo poſt explanauit, inquiens. Et enim calor innatus multus. Plurimo igitur indiget alimento. Ventres itaq; hieme, et uere calidiſſimi ſunt, non

.xv.

U Entres hieme, et uere natura calidiſſimi ſunt, et ſomni longiſſimi, quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Et enim tunc calor innatus plurimus eſt, unde et pluribus egent alimentis, indicio ſunt ætates, et athletæ.

ſimpliciter, ſed calido naturali, cuius ſubſtantiam antea oſtendi. Cauſam uero ob quam hic idem calor hieme augeatur, etiam Ariſtoteles dixit, refugit enim propter circũſtantem exiſtrinſecus frigiditatem, ſicuti rurſus ęſtate ad ſibi affinem protenditur. Atq; ita contingit diſſolui quidem, ac diſſipari eius ſubſtantiam tempore ęſtiuo, contineri, ac cohiberi, et in profundum ſecedrere hiemali. Ob hoc igitur et coctiones, et ſanguificationes, et nutritiões, hiſce tẽporibus ſunt meliores. Addidit autem et aliud ipſis contingens, ꝙ uidelicet ſomni longiſſimi fiunt, ob noctium, uidelicet longitutdinem, quod neq; ipm̃ parũ confert ad naturę opera. Quod uero in fine adiicitur. Inditio, ſunt ętates, et althelę, pro argumẽto ponitur, ꝙ plurimum alimentum ſit neceſſarium, ubi calidum ſuperabundat. Pueri ſi quidem quia calidum plurimum habent, idcirco et pluribus indigent, et plura concoquunt. Athletę uero quia exercitiis augent calorem natiuum, ob id multis frui poſſunt alimentis. Quę igitur per aphoriſmum dicũtur, ſufficienter expoſuimuſ. Si quis uero de ipſis ueritatem diligentius examinet, non ad omnia animalia ſermonem extendat, ſed ea excipiat, quę in latibulis degunt. Hęc enim cum ſe recondunt, non egent plurimo alimento, ſi quidem et ſine cibo poſſunt perdurare. Et ſi ſuppoſuerimus ea tãto uti cibo, quanto anteq̃ reconderentur, male ipſum concoquerent. Quod enim hominibus contingit, ex aqua frigida lotis, id etiam animalibus accidit hieme. Contingit autem hominibus, qui aqua frigida perluuntur, ſi debile corpus habuerint, refrigerari, atq; offendi. Si uero robuſtum, primum quidem innatum calorem ad interiora refugere, et ſe ipſum colligere, poſtea uero ad exteriora remeanté, multo q̃ priuſ erat, fieri fortiorem. Sic et animalium quęcũq; ſunt natura frigidiora, his calor innatus a frigore hiberno ſuperatur, adeo ut fere extinguatur, quare plurima ipſorũ ſimilia mortuis apparent, cum ſine ſenſu, ac motu, in latibulis iacent, quędam uero omnino, et in hoc ipſo affectu moriuntur. Quę autem plurimo ſanguine abundant, atq; calore, tale quid hieme patiuntur, quale accidit corporibus fortibus aqua frigida lotis, nam calor eorum ad interiora ſe colligit (nõ per iouem carnibus ad hęc, prima ſede derelicta, refugientibus) ſed ſpiritu una cum ſanguine. Tria autem erãt corpora, quę primę noſtrę naturę ſubſtantiam compleuerunt, ſpiritus, ſanguis, et aerea humiditas, ex qua in primo ortu, ueluti in libris de ſemine diximus, fiunt partes animalis ſolidiores, mox uero augumentum in iſtis perficitur. Qꝺ igitur melius hieme cibum concoquimus, ſanguine, ac ſpiritu ad profundum corporis retrocedentibus, unicuiq; eſt manifeſtũ. Non modo igitur hoc ipſum dicit Hippocrates, ſed ꝙ plura accipere confert. Hiſce enim temporibus inquit, hoc eſt hieme, et uere, plures cibi dandi ſunt. At qui ſi parum defluit, ac difflat hiberno tempore ad exteriora, plurimum alimentum non eſt corporibus neceſſarium, ſi quidem nutritio eſt eius quod euacuatur repletio. Oportet igitur alimenti quantitatem eſſe, eius quod difflat quantitati, proportionalem. Verum igitur eſſe, ꝙ quidam hieme nõ modo me

lius concoquunt cibum,ſed etiam ꝙ pauca aſſumentes refrigerantur, atque ideo offenduntur, ſi uero plura aſſumpſerint, in nullos plethoricos incidunt morbos, ipſe euentus oſtendit manifeſte. Cauſę uero inquiſitio in commune proponatur, neque enim adeo Hippocratem, quantum omnes alios, huiuſmodi inquiſitio fatigat. Nemo itaque eſt,qui non conſentiat, difflari corpora animalium, ea quę fit per ſenſui occulta foramina difflatione. Idcirco enim ad hoc deueniunt, ut egeant alimento, quoniam euacuantur.Quod ſi nihil a corporibus noſtris efflueret, ſed ſemper ęqua moles ſubſtantię ſeruaretur,nulla foret alimenti neceſſitas. Tu uero animaduerte, ſi hac in parte,aliis quidem omnibus ratio eſt inexplicabilis, ſoli uero Hippocrati, atque eius ſectatoribus eſt explicabilis.Neque enim aliud quicq̄ animal ab initio afformauit, ſicuti neque rurſus adauxit, aut uſque ad mortem enutriuit, pręter q̄ iſte calor innatus,de quo nunc habetur ſermo. Hic enim eſt omnium operum naturalium cauſa. Quia uero plurimus eſt hiberno tempore, idcirco cibi appetentiam intendit,coctiones auget,et plus ſanguinis cumulat, et craſſius efficit corpus, et ut ſuperfluitates excernantur prouidentiam habet.At calor circũfuſus, non modo ſuperfluitates, ſed omnia euacuat ęqualiter, materiam inutilem, et ea etiam quę in corpore ſecundum naturam continentur una diſſoluens, per eam quę a medicis occulta difflatio nominatur,quam calor innatus operatur.Neque enim aliud quicq̄ eſt natura animalium, pręter hoc calidum, ſecundum Hippocratis opinionem. Oſtenſum autem a nobis eſt in commentariis de uiribus naturalibus, non ſolum appetens,atque conficiens,agglutinãſque, ſingulis partibus proprium natura alimentum,ſed et huius diſſoluens ſuperfluitates, et quanto fortius extiterit calidum innatum, tanto magis difflatio effugit ſenſum.Et ob hanc cauſam Diocles inquit,ſudores eſſe pręter naturam,quoniam omnibus quę ad corpus attinent, recte adminiſtratis, et alimento a natura ſubacto, nũq̄ ſenſibilis humor per cutem excernetur.Quęcunque enim in balneis,uel uehementibus exercitiis,uel propter ęſtiuum calorem, exſudant homines, ex cauſis uiolentis originem habent.Bene igitur omnia tempore hiberno in corpore animalis adminiſtrantur,quando hiems mediocritatem ſeruauerit. Nam immoderatas intemperaturas et ipſe Hippocrates in ſequentibus damnat. Quod autem omnia bene hiberno tempore in corpore animalis adminiſtrentur, indicio ſunt naturę opera fortiora, nam cibi in uentriculo concoquuntur,quoniam calor innatus plurimus eſt,et in ſomnis longioribus ſuperfluitates expurgãtur.Quę quidem exquiſite extenuantur, per cutem. Quę uero in uapores conuertuntur, per expirationem. Quę uero ſufficientem habent craſſitudinem,per urinas.In his enim plus eſt ſedimenti,q̄ per ęſtatem, pręter id ꝙ etiam tota urinarum multitudo hieme ſufficienter augetur, et quidem nutriuntur, et ſecundum carnem augentur corpora hieme magis, et plus optimi ſanguinis cumulant, niſi malo omnino utantur uictu. Nam ſi conſideraueris ꝙ corpora noſtra paucum habentia ſanguinem auctumni tempore, atque extenuata, ſuſcipiens hiems bonis implet humoribus,et craſſiora efficit, hinc (ut puto) percipies,nos gubernantis robur facultatis,quę eſt calor innatus.Verum niſi hic abundans habeat, quo fruatur, alimentum, primus ipſe a circunſtante frigore ſuperabitur, tam ab eo qui extrinſecus ingruit, q̄ ab illo qui per inſpirationem attrahitur. Cum ipſo uero, et coctio ciborum debilitabitur, et optimi ſanguinis generatio,et partium animalis enutritio,et ſuperfluitatum expulſio . Si uero tantum habuerit alimentum, quantum poteſt peruincere,hoc copioſe perfruetur, et ipſe magis augebitur, atque omnia quę antea diximus circa corpus animalis perficiet. Verum ꝙ ex plurimo alimento oblato,quod non ſolum bene in uentriculo conficiatur, ſed etiam in uenis, et toto animalis corpore, unum quodque animal carnoſius reddatur, et plus ſanguine abundet, habent homines ſatis ipſa experientia compertum, non in ſe ipſis tantum, ſed etiam in iumentis . Nam ante ęſtatis initium,circa ultimam ueris partem, et ſibi, et illis ſanguinem detrhaunt, quoniam ad memoriam reuocant, quibus capiantur

morbis, quando repente calor ęſtiuus ſuperuenerit, hic enim amplius ſanguinem extendit, atque diffundit, et quodammodo efferuere facit,adeo ut ꝙ hactenus modicum fuerat,non poſſit amplius in uenis contineri,ſed uel diſrumpat ipſas,uel exedat, et quando impetum fecerit ad aliquam corporis partem, aliis debiliorem, uel in ipſa inflammationem, uel eryſipelas, uel aliquod aliud morbi genus operetur. Nam multo plures,ac grauiores morbi quibus plenitudo dedit occaſionem,ex humorum fiunt fuſione. Hęc igitur omnia aliis adſtipulãtur, quęcunque in pręſenti aphoriſmo Hippocrates docuit, et hoc quoque probãt, non ſolum poſſe per id tempus multos coquere cibos, ſed etiam multis indigere. Semper enim oportet alimẽta eſſe inati caloris multitudini proportionalia,niſi forte aliquãdo ex aeris ambientis qualitate fuſio adueniens (ut dixi) cogat ſubtrahere. Quare cum de uere Hippocrates ſermonem fecerit indiſtinctum, ego diſtinguam. Primum ꝙ ſuum habeat initium hiemi ſimile, magis ꝗ ęſtati, et finem contra. Deinde ꝙ nonnunꝗ talem habeat frigiditatem,qualem tempus hibernum. Aliquando talem qualem tempus ęſtiuum caliditatem.In primis igitur partibus eius, et ſi quando frigidum fuerit, hibernę, ſimilem rationem uictus adhibebimus. In poſterioribus autem, et ſi quando fuerit calidius, ęſtiuę ſimilem. Quod ſi mediam ſeruauerit temperaturam, illi uictum proportionalem inſtituemus. Hęc quidem omnia de uictus ratione;quam ſanis oportet adhibere dicuntur. Deinceps autem de illa quę ęgrotis conuenit ſermonem faciemus.

.xvi.

u

ICTVS Humidus febricitantibus omnibus confert, maxime uero pueris, et aliis qui tali uictu uti conſueuerunt.

xvi.

i

N pręcedentibus aphoriſmis de uictus quantitate doctrinam nobis tradidit, nunc uero de qualitate tranſigit, multa ſane quę in arte conducunt breuiſſimo ſermone docens.Primũ quidẽ qualis ſit adhibẽdus uictus febricitantibus. Deinde ꝙ uictuum ſanorum indicationes, in his quidem quę pręter naturam ſunt,contrarias, in his autem quę ſunt ſecundum naturam,ſimiles, facere oporteat. Febri enim,quoniam calida,et ſicca paſſio eſt (eſt enim conuerſio natiuę caliditatis ad igneam) uictum humidum conſulit. Humidioribus uero naturis, ſiue propter ętatem, ſiue propter conſuetudinem, non contrariam, ſed magis ſimilem ſeruandam ſtatuit, oportet enim naturam eorum fouere per humida, non eodem quo morbos modo demoliri. Qui uero aquam intercutem (cui febris adiungitur) in medium adducentes, ſermonem Hippocratis ſtudent per cauillum repręhendere, quoniam hic morbus non humidum exigit uictum, ſed magis ſiccum, ignorant hi artis curatiuę caput, in primis neceſſarium,quod nos uberius in illa tractatione tranſegimus. Qđ una quęque ſimplex ęgritudo, ſimplici eget curatione. Si uero inuicem, copulentur, tantum habebunt communem curationis indicationem, quantum copulabuntur, nobis ſcilicet ad id quod magis urget obuiantibus, non tamen alterius cura omnino poſt habita, cum etiam aliquando omnibus pari ſtudio auxiliemur. Quod autem de aqua intercute, et ſimul febre, laborantibus meminere, non eſt abſimile morbo laterali, in quo ſanguis expuitur. Nam et in his contrarias exigunt morbi curationes, eductio ſanguinis, et paſſio lateralis, quę ubi cuipiam ſimul contigere, ad id quod magis urget obuiare oportet, non omniuo poſt habita etiam alterius curatione. Sic itaque ſi quis ſimul febricitauerit, et ea laboret diſpoſitione quę aqua intercutem nominatur,ad ambos affectus reſpicientes,qui contrariam exigunt curationem, utriq; eorum probe reſiſtimus. Sicuti et aliis omnibus pari modo copulatis. Neq; igitur ipſi tale quicꝗ dixerimus, neq; alterum talia dicentem admiſerimus.

Verũ ſi quid per uerba ſua Hippocrates in aphoriſmo non dixit, quod tamen idem habeat iudicium cum his quę ab ipſo dicuntur, hoc quoq; fuiſſe dictum potẽtia, debemus exiſtimare. Nam et ętatis meminit, et conſuetudinis. Tu uero et naturalis temperaturę, et temporis anni, et regionis, non abſq; ratione memineris, quę et ipſe Hippocrates adiicit aliquando. Nonunq̃ uero unius, aut duorum mentione facta, reliqua quę ſunt eiuſdem naturę, atq; ordinis prętermittit. Fiunt autem, et ab his indicationes, quẽadmodum ſupra, et ab ętate, et a morbo fieri diximus, ſeruãtibus nobis, quęcũq; probari merentur per ſimilem uictum temperaturę. Quęcũq; uero improbanda ſunt, per contraria corrigentibus. Diximus autem plenius de omnibus indicationibus in libris quibus ars curatiua docetur.

.xvii.

T e QVibus ſemel, aut bis, et quibus plura ne, an pauciora particulatim oporteat afferre, cõſiderandum. Condonandum autem aliquid, tempori, ætati, et conſuetudini.

.xvii.

q Voniam de quantitate, et qualitate eorum quę offerũtur ſermonem habuit, mox docere proponit modum eorundem. Neq; enim ſufficit hoc ſolum cognoſcere, ꝙ huic plus, uel minus ſit offerendum, uel ꝙ uictu exiccãte, uel humectante utendum ſit, ſed nũquid ſemel, aut ſępius qualibet nocte, uel die cibum offerre oporteat, neceſſarium eſt conſiderare, et ad hęc ipſa, a tempore, ab ętate, a conſuetudine, ſumere indicationem, ſicuti in qualitate, et quantitate ſumebatur. Nã et ad hęc primę erant intentiones, et morbi ipſi, et uires ęgrotãtis, et preterea ętas, et tempus, et conſuetudo, et quęcũq; his ſunt proportionalia, et propterea ipſe Hippocrates illud adiunxit. Condonandum autem aliquid, liquido oſtendens per uerbum condonandum, ꝙ neq; totum, neq; maximum a talibus accipit. Nam ſi ſępius, aut raro, ſiue omnino nutrire oporteat, ab ęgritudine, et uiribus primum maxime accipitur, poſt hoc autem, et ab anni tempore, et ab ętate, et talibus. Si enim uires laborantis debiles fuerint, et ea quę in corpore eſt diſpoſitio ſit ex corruptione humorum, uel defectu, parum alimenti, et ſępius talibus afferemus. Parum quidem, quia uirium imbecillitas non poteſt totam ſimul multitudinem alimenti ſuſtinere. Sępius autem, quoniam multis indiget diſpoſitio. Defectus ſi quidem exigt adiectionem, corruptio uero contemperamentum. Si uero cum uirium debilitate, neque defectus aliquis affuerit, neq; corruptio, humores autẽ naturales ſe modice habuerint, uel etiã ſuperabundauerint, his raro et pauca afferemus, et multo magis iſtud agemus, ſi cum naturę robore humores ſuperabundauerint. Si uero cum humorum defectu, uel corruptione, uires ualidę fuerint, tunc multos cibos, atq; multoties his qui ita laborauerint dabimus, ut pote multos exigente diſpoſitione, et natura robuſta potente illos cõcoquere. Si uero acceſſiones non permiſerint, neq; multi alimenti offerendi occaſiones pręſtiterint, raro plura exhibebimus. At ſi uires ualidę fuerint cum plethorica diſpoſitione, raro pauca afferemus. Nam et ſi id quod cibum debet concoquere robuſtum habeamus, quia tamen diſpoſitio multis non indiget, ratiõabile eſt ut pauca afferamus, ſic quidem oportet, et a morbo, et a uiribus ęgrotantis ad ea quę propoſuimus ſumere indicatiões. A tẽpore autem, et ętate, et aliis, quę his ſunt proportionalia, hoc modo. Aeſtiuo quidem tempore, quantum ad temporis rationem attinet, ſępius pauca danda ſunt, quoniam et pluri egent adiectiõe, ut qui ſunt diſſoluti, et uires habeant imbecilles. Hiberno uero tempore multa quidem pp robur uiriũ, ſed raro, quia nõ ualde multa indigent adiectione laborantes, ut quibus non multa fiat euacuatio. Nam ſanos quidẽ antea oſtendimus ſufficienter hieme euacuari, quoniã plus habeãt innati caloris. Vere aũt adhuc medio exiſtente, atq; adhuc magis ęſtati ꝓximo, paucis, et ex lõgo interuallo nutriemus. Nã tẽpus id piclitatur, ne ꝓxime accedat ad plethoricã diſpoſitionẽ, pp humorũ, q hiberno temporis frigore cõcreuere, fuſionem, quemadmodum ergo in plethoricis diſpoſitionibus, ſi uires ualidę fuerint, paucum cibum, et ex longo temporis interuallo da-

mus.Sic et uere faciendum prçſertim in febricitantibus,de quibus nunc ſermo habetur ab Hippocrate.Sanorum enim uictum ãtea docuit. Auctumnus uero morbis qui ex corruptione fiunt aſſimilatur. Quapropter qui eo febricitant tempore continua optimi indigent adiectione. Et ſi uires ualidę fuerint ſępe,et multa. Si uero ĩbeciles pauca,et ſępius afferimus.Simili modo quiſpiã,et ab ętatibus,et a conſuetudine,et a regiõibus ſumeret indicatiões ad duas primas redigens intentiões. Singula enim quę diximus,aut fortes, aut debiles uires efficiunt, et corpus reddunt, aut ſuperabundans bonis humoribus, aut ſufficientibus carens, aut uitio humorum deprauatum. .xviii.

.xviii.

EState,et auctumno cibos difficili-
a me ferunt,hieme facilime,ſecundum locum uer habet. .xix.

Is qui per circuitus acceſſionem ha-
h bent nihil dare oportet,neq; cogere, ſed ſubtrahere adiectioni ante iudicationes.

On bis,ut forte quiſ-
n piã exiſtimauerit de eiſdem diſeruit Hippocrates. Nã cum ſuperius illũ ſcripſiſſet aphoriſmũ cuius principiũ eſt. Vétres hieme, et uere calidiſſimi ſũt natura.Nũc aũt rurſus ꝙ ęſtate,et auctũno cibos difficilime ferũt,hieme facilime, et uer ſecundũ habet locũ.Verũ quoniã, et ad q̃titaté uictus, et ad uſus ciborum tã in ſanis,q̃ ęgris modũ,quãdã accipit a téporibus indicationé,nó abſq; ratione eorũ in utriſq; cómeminit.Illic qdem oſtendens cibos plures ſanis dari hieme oportere, quoniã plus ineſt inati caloris qué nutriri oportet,nunc aũt,ꝙ ſi ſemel etiam multũ illis ciborum attuleris,haud quaq̃ nocebis, facile enim omnes ferunt ciborum multitudinem hieme,difficulter uero ęſtate. Quapropter hieme quidem raro, et plurimum cibi afferri concedendum,ęſtate uero quia cibos ferunt difficulter, ſi quidem is cui eos coquendi,ac conficiendi officium natura tribuit calor,inatus ſcilicet, exiguus eſt,cauédum omnino eſt,ne totum ſimul cibum exhibeamuſ.Sed ſtudere oportet,ut frequétius pauca afferamus, nam corporiſ diſpoſitio,ſimilis his qui ex humiorum defectu morbis cóſiſtunt,exigit adiectionem.Hiems quidem,atq; ęſtas talem naturam habent,reliqua uero duo tempora,auctumnuſ quidé ęſtatem ſubſequitur, uer autem hiemem, et cauſa aperta eſt.Nam refrigerari,et cogi in unum,atq; denſari corpora auctumno,laxari uero,et rara fieri uerno tempore incipiũt.Ob hanc igitur rationem non idem bis de temporibus enunciauit,uel ob illam etiam,quia in altero aphoriſmo de ſanis ſermo habebatur. .xix.

Vm tria ſint capita quibus uictus ratio comprçhéditur, et quod attinet ad
c quãtitatem,et quod ad qualitatem,et tertium quod ad uſus modum,ad duo quidem priora capita ex acceſſionibus nullam habemus utilitatem,ad tertium uero ex illis aliquid proficere poſſumus. Quare nó temere Hippocrates earũ in tertio capite meminit.Nam tempora cómoda ciborum particularium prçcipue docent acceſſiones.In morbis tamen,in quibus ordinatim obueniũt,hoc eſt per circuitus,atq; ideo Hippocrates inquit. His qui per circuitus acceſſiões habent nihil dare oportet,ut qui non ignoraret alios eſſe quibus fierent in morbis acceſſiones, non tamen per circuitus,hoc eſt non ordinatim.In hiſce igitur ratio exquiſita inueniédi temporis quo cibus offeratur, haberi nequit.In quibus uero acceſſionum ordo ſeruatur,principia earũ oportet obſeruare,hoc eſt ne eis iam factis,uel non multo poſt futuris nutriamus.Quod autem dicitur. Ante iudicatiões, uel ante acceſſiones quaſcũq; ſimpliciter,uel ante morbi uigores, uel ante illas quę proprie iudicationes nominantur,eſt intelligédum.Nam hic triplex intellectus uerus eſt. Primus autem magis uidetur ad propoſitum pertinere, ſi uidelicet ante acceſſiones intelligamus,nam de morbi uigore conſiſtentis retro dictum eſt.Et ſi de hoc intelligatur etiam de iudicatione intelligetur, quoniam magna ex parte morbo in ſuo uigore conſiſtente fiunt iudicationes. .xx.

i Am perfecto de uictus ratione ſermone,ad alterũ caput tranſcendit,in quo docet,quando ſit totum ipſi naturę permittendum,qđ ad regimen pertinet ęgrotantis,nihil aliud nobis agentibus,niſi uictum conuenientem inſtituentibus,quando etiam non ſit totum naturę permittẽdum, ſed et aliquid nos oportet operari. Vbi igitur inquit, uel integra iudicatio facta eſt,uel adhuc ſit,totum naturę permittere,et nihil nos nouare oportet, ubi uero non integre iudicatur,id quod đficit ſupplere nos cóuenit.

.xx.

q Væ iudicantur, et iudicata ſunt integre,neque mouere,neque nouare aliquid,ſiue medicamentis,ſiue aliter irritando,ſed ſinere. .xxi.

q Væ ducere oportet, quo maxime natura uergit per loca conferentia, eo ducere.

Hoc autem et ipẽ dicebat in libro de humoribus,per hęc uerba. Quę perfecte iudicantur non mouere, neq; medicamentis,neq; aliter irritando nouare quicq̃. Nam ꝙ in aphoriſmis ἀρτίως,ideſt integre dixit, hoc in illo libro ἀπαρτὶ,ideſt perfecte nominauit. Eſt autem huius nominis, ἀπαρτὶ apud antiquos ſignifcatum pro perfecte,et cumulate, atq; ſufficienter,quę omnia etiam hoc loco per ἀρτίως, ideſt integre debemus accipere,neq;.n. per id uerbum dies pares oportet intelligere.Eſt enim in propatulo falſum ſi quis in diebus paribus, uel iudicatus eſt, uel iudicatur,nihil,in his nouandum eſſe,neq; etiam hęc dictio ἀρτίως hoc in loco ſignificat nuper,quod maxime oſtendunt uerba ſequentia. Neq; enim ſimpliciter dixit nuper iudicata, ſed quę iudicantur,et iudicata ſunt,quorum alteri,ſcilicet iudicata,aduerbium nuper poſſit conuenire,alteri uero,iudicantur,nullo modo,ſed et hoc ipa rerum euidentia demonſtrat. Neq;.n. ſi quid paulo antea ſit iudicatum hoc nouari nõ debet,ſed ſi perfecte, et indeficienter,et integre,tunc uerum quod dicitur.Si uero quicq̃ deficiat, id qđ deficit oportet adiungere.Nam quę poſt iudicationem reliquuntur faciũt recidiuas. Quę nam igitur eſt perfecta,et indeficiens iudicatio ? an quę ſcilicet ꝑ oĩa bene fit,et cui nullus numerus deficit iudicatorius?Primũ enim melior eſt iudicatio quę fit per euacuationem inferiorem,q̃ quę per abſceſſum,deinde per quam humor noxius,q̃ per quam alter euacuatur,tertio loco quę recto fit tramite,et poſt has quę facile toleratur, deinde quę cum coctione, et in decretorio die . Hęc omnia adeſſe conuenit perfectę iudicationi,cui ſi quid deſit,uel plura,neq; exquiſita,neque integra fuerit iudicatio.

.xxi.

q Vę nam unq̃ illa fuerint quę ducere oporteat,quę uidelicet, neq; iudicẽtur, neq; integre ſunt iudicata. Hęc igitur per quam partem ſint euacuanda,docet,duplicem nobis dans intentionem,et ipſam partis naturam,et humoris motum.Ad quem enim locum ex conferentibus uergit,eo ducere conuenit,ſunt autem euacuationibus conferentia loca,inteſtina,uẽter,atq; ueſica,uterus,et cutis uniuerſa.Ad hęc,et palatum,et nares,quando uidelicet,uel cerebrum expurgamus,uel per profluuium ſanguinis fit excretio,pręcipue uero ſi recto tramite,hoc eſt per directum ad locum patientem.Nam quę contra fiunt profluuia ſanguinis,mala. Motus uero humoris noxii ad loca inutilia ſunt, ſi quando uidelicet hęc ipſa loca aliquem habuerint ſuapte natura principatum, et maius ex ipſis damnum eſt ſubſequuturum,q̃ morbus, qui iudicatur, expoſtulet, uel nullam habeant efluxionem. Exempli gratia.Vbi hepar humores infeſtant, quos oporteat euacuari, duę ſunt cõmodę ipſorum motiones, prima per uentrem, et ex hac ipſa illa quę fit per aluum inferiorem,altera quę fit per uomitum,melior exiſtit.Secunda per renes,atque ueſicam,non tamen qui ad pulmonem,atque thoracem,et cor,motus,eſt bonus. Oportet itaq; medicum naturę motum animaduertere, et ſi quidẽ idoneus fuerit,ei conuenit adminiculari.Si uero contrarius,et noxius,hunc prohibere transferre,atque diuertere oportet.

.xxii.

Onſueuit Hippocrates dicere, medicari, pro uti medicamento purgãte. Ver
c bum autem, turgere, translatum eſt ab animalibuſ ad humores, nam ſicuti il la ſtare loco non poſſunt quodãmodo titilantia, atque impulſa, concitataq; a paſſione, ſic et humores plerũq; in motu uehementiore, atq; trãsfluxu, ab una parte ad aliam, in morbi principio, hominem infeſtant mouentes, faſtidientes, titilantes, et quieſcere non permittentes, cum et ipſi pariter moueantur, et trãsfluant, et tanto motu de loco ad locum, ęgrũ moleſtent. Tales itaq; humores euacuare cõuenit, hoc eſt qui agitantur, et de loco ad locũ mouentur, ac trãsfluũt, eos uero q ſunt in aliqua corporis parte firmati, neque alio auxilio mouere oportet, neq; medicari ãte coctioné. Tunc enim et naturã ipſam habemus euacuationi adminiculanté, uidetur ſiquidem et ipſa poſt coctiones, humores diſcernere, et ſuperfluitates expellere, quo in tempore fiunt iudicatiões. Sed cũ perfecte ipa mouetur, medicamento opus non eſt, ſi uero mediocrius, atque imbecillius agat, id ꝙ deficit oportet ſupplere, ut ex utroq; noxii humoriſ fiat euacuatio, natura quidem expellente, medicamento uero attrahente. Oſtenſum enim eſt a nobiſ i cõmentariis de potentiis naturalibus, naturam uniuſcuiuſq; particulę quatuor uti potentiis, et attractiua proprii alimenti, et eiuſdem retentiua, et pręterea concoctiua, et quarta alienorum expulſiua. Singula uero medicaméta proprium ſibi atthraunt humorem. Bene autem ſermoni addidit, plurima uero non turgent, et diſcere oportet hoc ab experientia, ꝙ uidelicet humorum trãsfluxus ab una parte ad aliam raro contingunt, ſed frequentius quietem habent, et in una aliqua parte conſiſtunt in qua etiam concoquuntur toto morbi tempore uſq; ad eius ſolutionem. Scire autem oportet, ꝙ in quibuſdam exéplaribus hic aphoriſmus ſcriptus non eſt, in libro autem de humoribus paſſim ſcriptus inuenitur.

.xxii.

Oncocta medicari, atq; mouere non
c cruda, modo non turgeant, plurima uero non turgent.

.xxiii.

Eiectiones nõ multitudine ſunt æſti
d mandæ, ſed ſi talia deiciantur qualia conueniunt, et ægri facile tolerãt. Atq; ubi uſq; ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, ſi æger poſſit tolerare.

.xxiii.

Iue a natura, ſiue a nobis euacuatio fiat, omnino metiri oportet quantum ſit
f euacuandum. Sicuti enim qualitatem elligimus, humorem noxium, atq; moleſtum euacuantes, ita quãtitatem oportet eiuſdem humoris noxii multitudini facere congruentem. Sed qualitatis quidem indicia ſuperius diximus, ubi illũ aphoriſmum expoſuimus, cuius principium eſt. In perturbationibus uentris. Quãtitatis uero nullum habemus indicium, ob hanc igitur cauſam nobis dedit Hippocrates de eadem quantitate iudicandi uiam, ex facilitate tolerãtię. Nam ſi humor ſuperexcedens euacuetur, tunc ipſum ſe ipſo ęgrotum fieri leuiorem, et melius tolerare eſt neceſſarium, quod ſi aliquod etiam ex his quę natura conſtant, excernatur diſſolui, ac debilitari ęgri uires, et quandam ſentire afflictionem. Quare non promptam eorum quę euacuantur quantitatis phantaſiã oportet attendere, ſed duas quę dictę ſunt, ſignificationes. Si qualia oportet euacuantur, et ſi facile tolerant. Quod autem poſtea ab ipſo ſubiungitur. Atque ubi uſque ad animi defectionem expedit ducere. recte quidem ab ipſo dictum eſt, ſed adiicere oportet uſus ſignificationes. Quia uero ipſe prętermiſit, nos ex quibus ipſa experientia, et ratione uidemur inueniſſe diſpoſitiões, in quibus expedit uſque ad animi defectionem euacuare, dicemus. Et primum uſque ad quam animi defectionem dictum ab ipſo fuerit, diſtinguere oportet. Neq; enim tales dicit animi defectus, qui et expaueſcentibus aliquando ęgris uenę ſectionem, uel tale auxilium aliquod ſolent accidere. Neq; uero cum in ore uentriculi humores mordaces aliquando fuerint, uel prius in ipſo coaceruati, uel qui in ipſo remedii uſu ad ipſum defluxerint, cauſam dederint animę defectionis. Solent enim et hoc tempore pati animi defectionem, non tamen hu-

iuſmodi animi defectio eſt ſufficiens menſura euacuationís quę nonnunq̃ citra ne ceſſitatem contingit, ſicuti febricitantes pleriq;, uel inter ſurgendum,uel reſiden/ dum,animo defecerunt,ob quam cauſam accumbentibus ipſis ſecamus uenam . Ea igitur quę fit animi defectio ratione euacuationis,nūc ab Hippocrate dicta eſt, eſſe menſura euacuationis,et in maximis inflām̄ationibus,et in addurentibus febribus, et uehemētiſſimis doloribus.Oportet autem,ſicuti et ipſe inquit uiribus integris, atq; ualentibus tantam moli ri euacuationem, et nos ſępi us huiuſcemodi euacuatio/ nes prodeſſe plurimum, ex/ periētia didicimus. Nam et in ardentiſſimis febribus,ſi uſque ad animi defectionem ſanguis mittatur,ſtatim totius corporis habitus refri geratur,et febris extinguitur,et plurimis etiam aluus citatur,et ſudores emanant, et quidam eorum ex his ſanitati ſunt reſtituti,alii adiuti plurimum, uehementiam ęgritudinis abſciderūt.In maximis uero doloribus nullum maius inueni remediū, q̃ uſq; ad animi defectionem euacuare, adhibita diſtinctiōe, an mittere ſanguinem, an purgare oporteat, uſq; ad animi defectionem, quemadmodum in libro de uenę ſectione monſtrauimus.

.xxiiii.

In acutis paſſionibus raro,et in prin cipiis medicinis purgantibus uti, et hoc cum præ meditatione faciendū.

.xxiiii.

Paulo antea dictum erat Cōcocta medicari,et mouere nō cruda,neq; in prin cipiis,ſi non turgeant,plurima uero non turgent. Nunc autem,ꝙ circa prin cipia acutarum ęgritudinum tantum contingit purgare utiliter,nos docet Hippocrates,nam in longis morbis ſemper oportet expectare coctionem,in acutis uero,cum turgent,etiam ab initio poſſumus uti medicamentis purgantibus, et hoc ipſum cum multa cautione,et pręmeditatione facere.Vnde mihi uidetur Hippocra tes recte adieciſſe,et cum pręmeditatione facere. Siue enim per hoc uerbum dili/ gentem intelligat examinationem,ſiue ęgroti pręparamentum,ſiue recti iudicii ex pectationem,ſiue horum aliquid,ſiue omnia unius uocabuli ſignificatione comprę hendantur,quantum huiuſcemodi uereatur purgatiōes,manifeſtat. Neq; enim peri culum minimum in morbo acuto,uti purgante medicamento,cum omnia id gene/ ris ſint potentia calida,febris uero quatenus febris eſt, et ſui ratione nō calefacien tibus,atq; exſicantibus,ſed potius contrariis,hoc eſt humectantibus, et refrigeran tibus egeat.Non igitur ob igneam febris caliditatem purgationē adhibemus,hanc enim ſcimus ſui ratione nocituram,ſed propter humores illā efficientes.Quare ma iorem oportet ex noxiorum humorum euacuatione fieri utilitatem,q̃ id quod neceſ ſario conſequitur ex purgantibus medicamentis detrimentum,ut uero hoc fiat pri mo oportet conſiderare,nūquid ęger idonee ſe habeat ad huiuſmodi purgationem. Nam quicūq; multa cruditate laborant,uel qui tenaces, ac craſſos cibos aſſumpſe/ rūt,quibus itidem ilia extenta,atq; inflata ſunt,aut ſupra modum calida, atq; ignea exiſtunt,et hoc ipſo in loco aliqua eſt uiſcerum inflāmatio, omnes hi haud quaq̃ ſūt apti ad purgatiōes,hęc itaq; abeſſe oportet. Humores autem q̃maxime fieri poteſt eſſe fluxui paratos, hoc eſt tenues, et nullum lentorem participantes, et aperta eſſe foramina per quę debet purgatio fieri,et nullam habere obſtructionē. Nam et nos iſta antea paramus,cum quempiam ſumus purgaturi. Et hoc eſt ꝙ ab ipſo Hippo/ crate dicitur in illo aphoriſmo.Corpora ubi quis purgare uelit,oportet fluida face re,uerum i acutis morbis circa principia ſtatim,circa primum uidelicet diem, uel non ultra ſecundum,ſi ſumus uſuri purgantibus medicamentis, quādo turgent, nō datur facultas iſta prępatandi,niſi quis forte arripiat occaſionem propinandi meli cratum, in quo decoctum ſit aliquid hyſſopi, uel origāi,uel tragorigani,uel thymi, uel pulegii,ſiue quid huiuſmodi uim habens humoreſ extenuandi.Quare non ſine ratione dixit. Raro circa principia morborū acutorum nobis uenere in uſum pur gationes,quoniam non ſemper turgeant humores in principiis,neq; ſi quid iſtorum adſit ęgro ſatis ad purgationem parato,neq; dante morbo nobis temporis occaſio/ nem quo poſſimus ex imparato paratum facere.

.xxv.

n On eſt dubium hunc aphoriſmum in illo cótineri,in quo dicebatur.In perturbationibus uẽtris,et uomitibus ſpontinis,ſi qualia oportet purgari purgentur,confert,et facile tolerant,ſi uero nó,contra.Verum quia in hac libri parte de purgationibus a medico factis loquebatur, et oés fere neceſſarias diſtinctiones cómemorauit,non piguit ipſum hunc quoq; adiungere aphoriſmum, in quo nihil magis nouum edocetur,ſed ad memoriá reuocantur ea quę prius in alia libri parte enunciauerat,de ſpontinis euacuationibus,ut hoc etiam in loco totus ſermo de purgationibus eſſet abſolutus.

.xxv.

ſ I Qualia oportet purgari purgentur,confert,et facile ferunt, ſi contra difficulter.

.i.

q VOD QVIDEM labor apud ipſum núc lęſioné ſignificat,clarum eſt ex eo qđ opponitur. Inquit enim.Si uero iuuerit nó mortale. Cú uero duplex ſit ea quę ex ſomno fit lęſio, altera cómunis quę in principiis fit acceſſionum,quas annotationes uocant, altera propria,ut in quibuſdá morbis,quando in aliquo alio tempore ſomnus nocet,de hac ipſum dicere eſt exiſtimandum. Altera enim neq; mortem, neq; aliquod aliud graue ſignificat,cum naturam temporis conſequatur.In principiis ſi quidem acceſſionú,et calor naturalis totus, et humores in profundum corporis uergunt,quéadmodum ipe docuit, et pręcipue in quibus horror, uel rigor, uel fortis partium exteriorum refrigeratio contingit. Et propterea,ſi in principiis dormierint,caſus illis protenduntur, et uix febres ad conſiſtentiam perueniunt.Si qua uero inflámatio ſit circa uiſcera,rationabile fit ipſam adaugeri, et ſi humores aliqui ad uentré confluant,non ęque,atq; in aliis ſomnis concoquuntur,ſed plures fiunt incocti permanentes.Ob hanc.ſ.cauſam,ęgrotis uigilias pręcipimus tépore illo,quę fit ex ipſis,ſpiritus,ſanguiniſue, atq; caloris habitantis in eis ad exteriora motionem uolentes opponere,táq̃ maximum auxilium aduerſus illam quę fit in acceſſionum principiis ſanguinis ſpiritus, et caloris naturalis ad interiora retractionem.Quare nó ſine ratióe dixerit quiſpiam huiuſcemodi lęſiones hoc tempore accidere ex natura acceſſióis,et ex uigilia prohiberi. Cum uero hac priuati fuerint ęgrotantes tunc damnú ſentiunt manifeſtius,non quia altera lęſio accedat ex ſomno,ſed quia deeſt illa quę ex uigilia habetur utilitas.Hic quidem ſermo oſtendit nullam fieri in acceſſionum principiis,ex ſomno lęſionem, ſed hoc ipſum tantúmodo carentiá utilitatis. Eſt uero et alter ſermo concedens ex ſomnis fieri hoc tempore lęſionem, et uult núc Hippocratem docere de his qui in aliis temporibus dormiunt, in quibus in totum manifeſta utiltas ex ſomno cóſequitur pręſertim ubi morbo declinante adhibeatur.Nam et aliquando morbo iá conſiſtente adhibitus manifeſtam affert utilitatem,et quandoq; in extremis partibuſ augméti,quę ad conſiſtentiam copulantur.Sed manifeſtiſſima omnium utilitas in declinationibus fit, et quidem cum ſomni nocent,minus quidem exitiales ſunt iam conſiſtente,atq; increſcente acceſſione,pręcipue uero in declinatióibus pernicioſi. Nam quo tempore aliquod eſt utilliſſimum,ſi pręter id ꝙ nihil prodeſt,etiam nocet,mortem nó ſine ratione ſignificat.Ex ſomno autem lęſiones contrarię ſunt utilitatibus, ꝙ uidelicet febres ex ipſis non diſſoluuntur, uel etiam excitantur, et ꝙ dolores intenduntur,et fluctiones multiplicantur,et creſcunt inflámationeſ.Quidam uero,ex ipſis inter dormiendú delira loquútur,et ubi expergefacti fuerint multo tempore in delirio perſeuerant. Quoſdam ſomnus grauiſſimus dormientes occupat, et uix cum púguntur,excitantur.Hęc uero omnia cótingunt propter humorú prauitatem

## GALENI IN HIPPOCRATIS aphoriſmos liber ſecúdus, íterprete Nicolao Leoniceno.

.i.

i N QVO MORBO SOMnuſ laborem facit,mortale.Si uero iuuat,non mortale.

quos ubi calor innatus fortior extiterit,per ſomnos concoquit. Quando uero debilior,ſuccūbit,et ab illis uiſcera aggrauantur,et dictis affectibus homo corripitur. Ipſe et.n.Hippocrates uult hominem uigilantem extrinſecus eſſe calidiorem,dormientem uero contrario modo ſe habere,id nos edocens,q̄d etiam quibuſdam aliis rerum naturaliū ſtudioſis uiſum eſt,ſomnū,atq; uigilias fieri ſecūdū innati caloris motiones. Non abſq; ratione igitur euenit, ut cū in uiſceribus iſte collectus,cauſas morbificas nequeat euincere,pernitiem ſignificat.Si tamen euicerit, non propterea certę ſalutis eſt ſignum, niſi qꝰquiſpiā,q̄tum ad talē affectū attinet,ęgrotū dixerit nō piclitaturū,qui tamē ex alio poſſit interire. Nam ſi qua inflāmatio aliquā ex partibus principalibus poccupauerit ſolui difficilis,cōtingit ęgrū q ita ſe habeat interire.Quare ſecurius pronūciandū eſt.Vbi ex ſomno lęſio aliqua aduenit, lętalem eſſe notam, Cum uero prodeſt,non lętalem. Quod uero ex ſomnis aliquę accidant lęſiones,ipſe in libris quos Epidemia inſcripſit,oſtendit,his uerbis.Inter hos multi erant graui oppreſſi ſomno,et delirātes,nōnulli uero ex ſomno tales fiebant. .ii.

.ii.

u VBI ſomnus deliriū ſedat,bonū. .iii.

ſ SOMnus,atq; uigilia, utraque ſi modum exceſſerint,malum. .iiii.

n NON ſacietas, non fames, neq; aliud quidq̄ quod modum naturæ exceſſerit. .v.

ſ SPOntaneæ laſſitudines morbos prænunciant.

ſ

SI ambos dixerimus aphoriſmos,et hūc.ſ.et antecedentem,inuicem iungi,totus ſermo talis utiq; fiet. Inquo ſomno morbus laborem facit,mortale,ſi uero iuuat,nō mortale.Vbi igitur ſomnus deliriū ſedat bonū, ut quoddam uel uti exemplum particulare ſubiungat ſermoni antecedenti uniuerſaliter dicto. Tāq̄ ſi ita dixiſſet.Vbi dolorem ſomnus ſedat, bonū. Vbi igitur febrem ſomnus ſedat,bonum.Vbi igitur inflāmationem ſedat ſomnus,bonum. Sed ſatis fuit ei tantū periculoſiorem morbum nominare. Nam ueritas ſermonum uniuerſaliū, ex huiuſcemodi exemplis magis dilucet. .iii.

n

NOnnulli ex medicinę pfeſſoribus exiſtimarunt, uigiliam modū excedētem malū eſſe,et ſignū,et cauſam,nō tamen ſomnū. Hunc.n.ſemp bonū eſſe, et ſignū,et cauſam,et nūq̄ fieri ſomnū modū excedentem,plurimos uero decipi arbitrantes ſōnulentas,et graues diſpoſitiones incipientes,ſomnū eſſe longū. Verū hi a nobis diſcentes,ꝙ nōdum ſōnus grauis nominatur,niſi difficilē habuerit expergefactionē,cōcedāt recte ſōnū longū noiari,q̄do ſolū tēpore exceſſerit modū naturę conuenientē,et nōdū habuerit difficilē expgefactionē. Fit aūt huiuſcemodi ſomnus refrigerato primo ſenſitiuo,hoc ē cerebro ipſo, q̄ refrigeratio cū fortis fuerit mixta qdem humiditati facit lethargicas paſſiones.Cū ſiccitate uero eas q̄ gręco uocabulo catalepſes.i.dephenſiones nominātur. Sic et uigilię fiunt qdem pp calorē primę partis ſenſitiuę,ſed uel ex ſola intempatura, uel ex humoris biliosi abundantia. Horū uero taliū omniū demōſtrationes in noſtris ſunt ſcriptę tractatibus. Nūc aūt ſufficiat ſola eorū capita tetigiſſe.Sicuti autē qdam fuere qui ſolū ſomnū ſemp fieri cū modo exiſtimarunt,et nūq̄ extra modū,ſic nōnulli rurſus aiunt uigiliā nūq̄ eſſe moderatā.Sed hoc nomē ſolam imoderantiā ſignificare, obliti eius q̄ in uſu uitę ſeruatur cōſuetudinis, quoniā et mala nōnūq̄ mediocria dicimus magnorū cōparatione. Sic igitur audire oportet uigiliā mediocrē,ac ſi ſignificet paruā. .iiii.

r

RVrſus hic aphoriſmus,ſicut et alter q antecedit q̄d in una materia. idē uult intelligi in oibus.Nam cū ſanitas moderantia quędā ſit, neceſſe eſt oēs imoderantias quę plurimum a modo receſſerunt iam ęgritudines eſſe,quę uero nōdum id q̄d plurimū obtinēt, ęgritudinū generationem oſtendere. .v.

n

NOn eius quę fit ex motionibus immoderantię nomen eſt laſſitudo, ſed eius quę aduenit in corporibus animaliū diſpoſitionis,neq;.n,laſſitudinū meminit,quę ex talibus accidūt motionibus,ſed quę ſponte cōtingunt. Cū igitur

a bſq; motu huiuſmodi euenerit diſpoſitio,nó ſimpliciter laſſitudo, ſed laſſitudo ſpótanea nominatur.Sed cum tres ſint laſſitudines,queádmodum i ſalubribus declarauimus,prima quę ulcerum,ſecunda quę tenſionis, tertia quę inflãmationis ſenſum habet, quę ex iſtis cóponitur. Prima quidem ex uitiatis humoribus ortum habet, ſecunda ex plenitudine, tertia ex utriſq; ſimul coniunctis. Sic enim a nobis eſt de/monſtratum in ea quę de ſalubribuſ inſcribitur tractatione.Q uare non temere dictum eſt ſpontaneas laſſitudines morbos nũtiare. .vi.

.vi.

q VIcunq; dolentes parte aliqua cor/poris omnino dolorem nó ſentiunt, his mens ægrotat. .vii.

q VAE longo tempore extenuantur corpora,lente reficere oportet, quæ uero breui,breuiter. .viii.

ſ I a morbo cibum aſſumens quis non corroboratur, pluri alimento cor/pus uti ſignificatur,quod ſi non aſſumente cibum hoc accidat,ſcire oportet ꝙ in/diget euacuatione.

d Olores ſolet nominare nónũq̃ diſpoſitiones ipſas in quibus dolemus,in quem ſenſum dicebat i libro epidemiarum, ꝙ i cranone antiqui dolores frigidi,noui aút calidi, haud q̃q̃ dolores calidos, frigidos ue, ſed diſpoſitiones ex qui/bus fiát, ita nominás.Et hoc in loco igitur eodé modo dolores ipſas diſpoſitiones no/minauit, quęcũq; cũ dolore fieri ſunt natura aptę,quéadmodum eriſypelas, inflãmationem,et uulnus, et fractionem,atq; rupturam,et cóuulſionem,et quodcũq; tale aliquid,quod ſi adſit,et ab ęgroto non ſentiatur,mentem indicat ęgrotare.Siue aũt métem,ſiue animũ dixerit,nihil ad ꝑſentia refert. .vii.

q Vę.n.pauco tempore extenuata ſunt corpora ob humorum,et ſpirituum euacuationé,non ex ſolidorũ colliquatione id perpeſſa ſunt,quę uero longo tempore extenuantur,his carnes contabeſcunt.Graciles etiá redduntur alię partes per quas concoctio in animalibus,et diſtributio,et ſanguificatio,atq; nutritio ꝑficitur,quare tantũ non poterit concoqui alimétum,quãto indiget corpus. Q uã ob cauſam talia corpora lógiori tempore reficere oportet,atq; tenuiter, q̃d lente nominauit.In q̃bus aũt ſoli humores,et ſpiritus ſunt euacuati, in his celeriter,ac pleniuſ contingit reficere,cũ fidutiá nobis ꝓſtet ſolidarũ partiũ robur. In fine aũt aphoriſmi duplex ſcriptura inuenitur,et idem utraq; ſignificat,ſiue breui caſu ablatiuo,ſiue breuiter aduerbialiter ſcriptum ſit. .viii.

p Ropter breuiloquium,et uſum quédam dictionis,qui etiam eſt apud nos in multis ciuitatibus Aſię,hic aphoriſmus habuit obſcuritatem.C óſuetum.n. eſt nobis dicere nó aſſumere cibum illos qui ſine appetitu,aſſumere autem appetentes,ac paſtos uſq; ad ſacietatem.Q uicũq; igitur appetentes,et abundans alimentum accipientes non poſſunt ſalubres uires recuperare,magis ex eo grauãtur, et nó nutriuntur. Q ui uero neq; quod ſatis ſit poſſunt aſſumere, uitioſos humores habent,quos niſi euacuauerint,fieri non poteſt,ut robur recuperent ſanitatis.Hip/pocrates uero non hic tantum, ſed et in aliis ſuis commentariis, quando inuicem proportione ſeruata humores omnes augentur, miſſione ſanguinis auxiliatur. Vbi uero unus aliquis ex ipſis ſuperabundat,illi purgatorium dat medicamen. Vt igi/tur iſta cognoſcens,et qui ſępius in ſuis commentariis eadem tradiderit,recte duos ſequentes aphoriſmos ſubiungit in quibus de eadem docet diſpoſitione,de qua etiá in hoc antecedente docuit aphoriſmo,inquiens.Si uero nó aſſumente ęgro hoc fiat, ſcire oportet ꝙ indiget euacuatione. Et ordiné q̃dé duorũ ſequentiũ aphoriſmorũ puto eé deprauatũ i multis aliis exéplaribus.Illa uero rectius ſe habét i q̃bus alter ſcribitur prior.Ille uidelicet.Nó pura corpora q̃to magiſ nutries táto magis lędes, ut totus ſermo talis exiſtat. Si uero nó aſſumére hoc accidat,ſcire oportet ꝙ indiget euacuatióe.Nó pura.n.corpa q̃to magiſ nutrieſ magis lędeſ.Nos uero illũ ſeq̃nteſ ordiné,qué i pluribꝰ exéplaribꝰ ſcriptũ iuéimus,ſic eorũ fecimus expoſitioné. .ix.

Vltí quidem uolunt corpora fluida fieri, ubi p medicamenta uomitoria eua
m cuatio eſt facienda,cum his quę ad uomendum irritant.Vbi uero per deii/
cientia,continuo aluũ ſubducendo. Et ideo totam diſpoſitionem utriuſq;,his
quidem ad alui ſubductionem, his uero ad uomitum,faciunt habiliorem. Ego uero
Hippocratem puto,non minimũ id,ſed aliquid maius hoc in loco nos docere uoluiſ
ſe,quod nos longa experientia didicimus ita ſe habere.Si quis.n.extenuet,atq; inci
dat craſſos, atq; tenaces hu/ .ix.
mores qui in corpore ſunt,
et meatus aperiat per quos
iſti traſmittũtur, atq; trahũ
tur a medicamẽtis quę uim
purgatoriã habent,tunc pur
gatio in oĩbus recte ꝓcedit.
Qui uero iſtud neglexerit,
et uomitus, atq; alui ſubduc
tionẽ ꝓcurauerint,his diffi/
ciles ueniũt purgationes,nõ
ſine torminibus,et quadam uertigine,faſtidioq; multo,et malo pulſu,ac diſſolutiõe,
et difficultate.Nos uero extenuante utimur uictu,de quo integrũ ſcripſimus librũ,
et nihil horũ contingere conſueuit,ſed eorũ quę in corpore ꝑter naturã continẽtur
ſine ulla moleſtia,ac celerrime,fiunt euacuationes.Idcirco Hippo.dicimus ſuo adie
ciſſe ſermõi.Vbi quis uoluerit purgare corpora,oportet fluida facere,ac ſi ita dixiſ
ſet.Siue per uomitus,ſiue per alui ſubductiõem purgare uelis,fluidũ totum corpus
efficiens,ſic purgabis optime. Erit autem fluidum, ut diximus,omnibus meatibus
reſeratis, humoribus uero inciſis,abſterſis,atq; extenuatis, ſi quis fuerit humor in
corpore craſſus,ac glutinoſus. .x.

CRPora cum quiſpiam purgare
c uoluerit,oportet fluida facere. .x.
ON pura corpora,quanto plus nu
n tries,tanto magis lædes. .xi.
f Acilius ẽ impleri potu,q̃ cibis. .xii.
VAE relinquuntur in morbis reci/
q diuas facere conſueuerunt.

Orrumpitur.n.adueniens alimentũ corpori malos humores habenti, ita ꝙ
c ipſius qdẽ q̃titas augetur,q̃litas uero ſeruatur. Hoc uero ꝑcipue fit q̃do uẽ
triculus qbuſdã humoribus uitioſis plenus extiterit, ex qbus paulo ãtea dic
tus reualeſcẽtibus accidit caſus,nõ poſſe uidelicet cibum aſſumere. .xi.

Vm ſermo ipſi de his q indigẽt corporis refectione antea ſit habitus, ꝑpea
c nũc ſcripſit materierũ diuerſitates ex qbus nutriũtur.Scriptũ aũt eſt ab ip
ſo et in libro de alimẽto ſic.Quicũq; indigẽt citiſſima adiectione,humidum
remediũ ad recuperãdas uires optimũ eſt.Vbi aũt adhuc citius,ꝑ odoratũ.Oportet
aũt non ſimpliciter intelligere in utroq; libro,uel in illo humidũ,uel hic potũ, ſed
humida,et potus,q̃ ſuapte natura apta ſunt nutrire corpus.Nã ſi nõ ita nutriũt,ſicu
ti ſolidiora,ſupant tamẽ nutriẽdo celeritate,ſicuti uina craſſiora,nã aquoſa (ſic autẽ
noĩant alba,et tenuia) ſicuti aquę ſimilẽ formã habẽt,ita ẽt uim,quare urinã ciẽt,
et minime nutriũt,quę uero,et craſſa ſunt,et colore rubea,plus alimẽti habẽt q̃ reli
qua uina.Ineſt aũt eis,et citiſſime iplere corpora euacuata.et ob hoc idigẽtia adiec
tione.Quod uero humidũ alimentũ,et ꝑcipue natura calidũ facilius nutriat,mani/
feſtum his qui norunt quomodo,et coctio,et diſtributio fiant. .xii.

Ic ẽt aphoriſmus antecedẽtibus iungitur.Nã cũ Hippo. dixerit.Si a morbo
h cibũ aſſumens qs non corroboratur,pluri alimẽto corpus uti ſignificatur,
quod ſi nõ aſſumente cibũ hoc accidat,ſcire oportet ꝙ indiget euacuatione.
Et ob hãc cãm cũ deinceps de euacuationibus ſermonẽ habuiſſet, nũc cãm aſſignat
ob quã oporteat euacuare eos q poſt morbũ non appetunt, ac ſi totus ſermo ita ab
ipſo trãſigeretur.Quod ſi nõ aſſumẽte cibũ hoc accidat,ſcire oportet ꝙ indiget eua
cuatione. Quę.n.relinquũtur in morbis poſt iudicationẽ recidiuas facere cõſueue
re,per ea quę relinquũtur in morbis malorum humorũ reliquias intelligens, quas
neceſſariũ eſt tẽpore putreſcentes febres accẽdere, ſi qdem oĩs humor alienus a na
tura corporis in quo continetur,neq; aptus natura eſt ad eius nutricionẽ, quare re
linquitur,ut neceſſario ad putredinem cõuertatur.Cũ uero et locus calidus erit in
quo fuerit collectus,tunc celerrime putridus fit. .xiii.

i Vdicatio eſt ſubita ĩ morbo,uel ad ſanitatem,uel ad mortem mutatio, ſit autem natura ſeparante,a bonis mala,et ad excernendũ ꝑparante. Nõ temere igitur in tali turbatione grauiter ſe habent, et grauitas hęc noctu ſit maniſeſtior.Nã hoc tẽpore dormire conſueuimus.Somnis ergo a turbatione interruptis clarius grauitas illa percipitur,licet ſimilis fiat interdiu quãdoq; turbatio,quando nocte ſequẽte eſt iudicatio futura.Q uod autem ĩ fine aphoriſmi ſcribitur. Q uę uero ſubſeqtur magna ex pte leuior exiſtit,in multis exẽt plaribꝰ nõ habetur. Vult ẽt docere nos,ꝙ ſubſequẽs magna ex pte poſt iudicationẽ facilior exiſtat,quoniam plures iudicationes bene termi nantur. Nouimus .n. plures eẽ ex ęgrotis ſanatos,q̃ mortuos,niſi ſit peſtilens conſtitutio. .xiiii.

m Vtationes excrementorũ quę multis formis uariãtur exquiſitius corpus expurgant, niſi adſint ſigna colliquationis,aut putredinis, de qbus in prognoſticis dixit, ubi et pinguium, et fetidorum, ac male olentium meminit excrementorum. .xv.

.xiii.

q VIbuſcunq; criſis .i. iudicatio fit,his nox grauis ante acceſſionem. Quæ uero ſubſequitur magna ex parte leuior exiſtit. .xiiii.

i N profluuiis alui mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat. .xv.

u BI fauces ægrotant, aut tubercula naſcuntur in corpore, excretiões inſpicere oportet.Nã ſi bilioſæ fuerit, corpus una ægrotat. Si uero ſimiles ſanis, tutum eſt corpus nutrire. .xvi.

u BI fames, laborandum non eſt.

d Vos inuicẽ ſermones ex aduerſo ponens in utroq;,id qđ conſeqtur ꝑtermiſit. Q uare ſi utriq; id qđ deſt adiũgatur,erit uniuerſa oratio huiuſcemodi.Vbi fauces ęgrotant, aut tubercula naſcuntur in corpore,inſpicere excretiones oportet.Si.n.bilioſę fuerint,corpus una ęgrotat,neq; tutũ eſt ipm nutrire.Si uero ſimiles ſanis,neq; corpus una ęgrotat,et tutũ eſt ipm nutrire.Ex qbus uero mihi uidetur Hippo.ipſe ſibi ipſi pſuadens,in hũc modũ ſcripſiſſe,iam dicam.Animalium natura nõnũq̃ ex principalibus mẽbris humores malos euacuãs,alios p urinas, uel uomitus,uel aluũ inferiorẽ excernit, quoſdam uero extra trahit, ut ad cutim, et cũ non poſſit euacuare pp eorũ craſſitudinẽ,ibi reponit,atq; hoc mõ tubercula naſcuntur in corpore,ſępius et fauces ex capite fluentes humores ſuſcipiẽtes infeſtantur. Tũc igitur cõſiderandũ eſt,ac diſtinguendũ,nũqd natura totã reponat patientibus partibus ſupfluitatẽ, an adhuc ẽt corpus uitioſis humoribus ſupabundet,qđ excrementa indicabunt. Nã ſi oio natura mota eſt ad expurgandũ corpus, bilioſa apparebunt, quoniã tubercula ſanguine calefacto a bilioſo humore fieri,naturã habẽt.Et liquet prius eſſe purganda,non nutriẽda huiuſcemodi corpora. Non pura.n.corpora quanto magis nutries magis lędes.Si uero excretiones ſunt ſimiles ſanis, totum corpus bonos habere humores indicatur,et ſine ullo piculo nutriri põt. .xvi.

f Amescere illos dicimus q ob ciborũ inopiã ad extremã eſuritionẽ pueniũt. Sic igitur Hippo.ipſe ſecũdo libro Epidemiarũ dixit.In oppido Aeno q ob famẽ leguminibus ueſcebãtur,crura debilitata ſũt.Et quidẽ oẽm eximiũ ciborũ defectũ, ſi ẽt citra penuriã ex ellectione,uel iuſſu fiat,famẽ conſueuit appellare,ueluti cũ ait.Carnes humidas habentibus famẽ adhibere cõuenit,Fames.n.exiccat corpora. Et cũ ĩ prognoſticis inqt.Interrogare oportet nũqd uigilauerit hõ, uel aluus fortiter exinanita fuerit,uel ſi fames obſederit,pro defectu ciborũ famẽ accipit.Et hoc ẽt ĩ loco ſic dixit.Vbi fames,nõ oportet laborare,ac ſi ita dixiſſet.Q ui nõ ſunt reficiendi cibo, neq; illo die aliquẽ laborẽ iniungere oportet.Hic aũt p laborẽ oportet intelligere uehementẽ motũ quem exercitiũ nominant.In hanc igitur ſententiam ipſe dicebat labores cibũ antecedãt. Eſt aũt ipſi ſermo cõmunis ad ęgros,

et ſanos. Sanis.n.nō ſunt pręcipienda exercitia ſimul cum inedia, neq; etiam ęgris aliqs uehementior motus adhibendus una cū cibi abſtinentia, neq; ſanguinem mittere oportet, neq; citare uomitū, neq; purgare, neq; multa uti frictione, neq; in uniuerſum aliquo forti motu, uel corporis alteratione. In talibus ſi qdē motibus oibus ubi cibus defuturus ſit, uires diſſoluuntur, ſiue ęgrotent, ſiue ēt ſani ſint homines. Vbiq; uero Hippo. magnū ſtudiū habet ſeruare fortem eam quę regit animalia potētiam. Siue igitur numero ſingulari potentiam dixerimus, ſiue plurali potētiaſ, nil refert. Et hoc ipſum in libro de alimento Hippo. dixit, potentia una, et non una, genere quidem oſtendens unam eſſe potentiam, ſpecies autem plures.

.xvii.

VBI cibus prǽter naturam plus ingeſtus eſt, hic morbum facit, oſtendit autem ſanatio.

.xvii.

QVod in altero aphoriſmo uniuerſaliter dixit, hoc nunc in una ſpecie docet. Vniuerſalis.n.ē hic ſermo. Nō ſatietas, nō fames, neq; aliud aliquid bonū qđ modū naturę exceſſerit, uerū propoſitus aphoriſmus, de una re.ſ. ſatietate, ꝓnunciat. Plus.n. cibi q̄ modo naturę conueniat, repletio nominatur. Semp igitur id qđ plus, ad aliqd dicitur. Verū in noſtris corporibus duplex ē, unū q̄tum ad uaſorū amplam capacitatē, alterū quātum ad illam quę nos gubernat naturā, de quo nunc Hippo. docens dixit. Cibū excedentē eſſe ꝑter naturam, ne eos q ita cibo ſunt repleti, ut uenter extendatur, omnino ex hoc arbitremur ſenſuros lęſionem, neq; eos quibus aliquid deeſt ad conceptaculi menſurā, pauca aſſūpſiſſe, et omnino illa bene cōcocturos. Nam priores contingit quę pleno uentriculo continentur cōcoquere, ſi natura fortis extiterit. Secūdos uero non poſſe concoquere ꝑꝑ imbecillitatē, tunc pręſertim cū priores aſſumpſerint cibos concoctu faciles, ſecundi uero concoctu difficiles. Sic et in diſtributione alimēti, potentia ſanguifica illi proportionalis quę in uentre cibum concoquit, nōnūq̄ ex imbecillitate non alterabit humorem ad uenas diſtributum, etiam ſi modicus eſſe uideatur. Aliquando uero iſtius multiplicem prompte in ſanguinem trāſmutabit, et ex ſui robore, et ex cibi natura ad coctionē idonea. Eodem modo et tertium alimētum, qđ maxime proprium alimentum nominamus, qđ ſcilicet partibus animalis adiicitur pro natura potētię, uel excedere, uel non excedere dicetur, et uel bene concoquetur, et nutriet, et iuxta hoc, uel ab ipſa obtinebitur, uel non obtentum corrumpetur, et morbum generabit. Vna igitur expoſitio hęc eſt. Illud qđ pluſ eſt, quantum ad potentiam a qua animalia reguntur nobis intelligentibus. Altera quantum ad qualitatem pręter naturam uera, et ipſa. Nutritur ſi quidem pars unaquęq; ex proprio alimēto qđ recte diceremus eſſe illi ſecundum naturam. Cum igitur aliquado ad ipſam peruenerit aliquis humor qui alteri quidem ſit ſecundum naturam, ipſi uero alienus, et pręter naturam, malum quidem hoc exiſtit, non tamen ex neceſſitate ſequetur morbus, ubi exigua portio fuerit. Nam cum neq; illa medicamēta quę naturam habent exitialem, ſicuti mandragora, papauer, atq; cicuta, poſſint ſine quātitate nocere, multo minus huiuſcemodi humor qui pręter id ꝙ non eſt exitialis, etiam alias partes enutrire poteſt, alioquin neq; alimentum uocaretur niſi tali eſſet natura pręditus. Sicuti igitur, ſi parum aliquid aeris per gulam ad uētriculum deferetur, aut potę humiditatis pauxilum ad pulmonē per aſperam arteriā dilaberetur, neq; uētriculus quo ad hoc ęgrotaret, neq; pulmo. Eodē mō ſe res habet ēt in aliarū partiū alimēto. Et qdē alia ē tertia expoſitio dicta a qbuſdā q nos audire iubent ꝑter naturā ꝓ ualde, et exuperāter, ac ſi ita diceretur. Vbi cibus exuperanter intrauerit, hūc facere morbū. Nā cibum paululū mediocritatē excedētē nōdū poſſe facere morbū, ſed adhuc ſeruare corpus intra latitudinē ſanitatis. Vera qdem et hęc ſentētia. Oportet ſi qdē cibū q morbū facturus ſit, nō paruo aliquo excedere exqſitā mediocritatē, uerū non ē mos ob hoc ſermonē diſtinguere. Solēt.n. ipm tantūmodo genus enuntiare, uel humorū corruptionem, uel exuſtionē, uel frigefactionē, uel cruditatē, et quęcūq; alia huiuſcemodi morbū facere dicentes, quaſi nos in ſingulis horū effatu dignā q̄titatē ſubintelliga-

mus.Eodé igitur mõ,et cibũ exçedenté dicunt facere morbũ,nõ adiicientes multo,
cũ nos non lateat,ꝙ ſi quintadecima unius drachmę parte mediocritaté exceſſerit,
nondum poteſt morbum efficere,uerum ſi hic exceſſus multiplicetur,faciet et ipſe
aliquando morbum,ex genere enim cauſarum eſt maxime quę morbos cõmittendi
uim habent. Secũdũ hęc igitur tertia expoſitio,et ſi q̃ maxime uera ſit,mihi tamen
uidetur eſſe curioſior,q̃ deceat ueterum conſuetudinem,pręter id qđ uiolentius ex
ponit uocis illius,pręter naturam,ſignificatum.Verba autem quę in fine aphoriſmi
ſcribuntur,ubi ait.Oſtẽdit autem ſanatio,melius ſcriberentur cum cõiunctione,et,
hoc modo.Oſtendit autem et ſanatio.Neq; enim ſola ſanatio oſtẽdit cibum ubi plus
modico ingeritur facere morbum,ſed ut rei natura indicat, atteſtãte ſimul etiam ſa
natione,in omnibus ſi quidem artibus his quę ſunt recte excogitata,accedit etiam
ex euentu teſtimonium. Quodnam igitur illud eſt in pręſenti ſermone ? ea quę ſeq
tur ad noxiorum humorum euacuationes ſanatio,quam etiam Herophilus in tri-
temporea ſignificatione uocata compręhendit. Si quis enim plus conſueto aſſump
ſerit cibi,ęquali autem prioribus,aut etiam minori utatur exercitio,mox aggraua
to corpore cum rubore,atq; tumore uenarum incipiat febricitare, non abſq; ratio
ne quiſpiam illum ex multitudine febricitare exiſtimauerit.Si igitur euacuatus in
de iuuatur, ſtatim exiſtimatio de multitudine confirmabitur, et creſcet audatia in
eiſdem ſimili modo euacuandi, non expectantibus empiricorũ obſeruationem,quã
ipſi aiunt eorum eſſe quę ſępius in eiſdem eodem modo contigerunt . Forte igitur
et in aphoriſmo adiecta erat cõiunctio,et,deinde aliquis tanq̃ ſuperfluam abſtulit.
Forte autem et ipſe Hippocrates ab initio ſimpliciter ſcripſit abſq; coniunctione.
Oſtẽdit autem ſanatio, ac ſi ita dixiſſet.His enim quę prius dicta ſunt,ita ſe haben
tibus,ut dictum eſt, hoc eſt plurimo cibo pręter naturam compręhẽſo in corpore,
ubi adhibita euacuatione ęgrotus leuabitur, argumento erit morbum aduenisse ex
multitudine cibi.Qđ autem euacuationem ſimpliciter Hippocrates dicere conſue
uerit,quando humores omnes ęqualiter euacuantur, purgationem autem quando
praua affecti qualitate,meminiſſe oportet,et ꝙ pręſens ſanatio,non a purgatione fa
cta,ſed euacuatione,atteſtatur illi quę fuit de multitudine exiſtimationi. Euacuatio
autem omnium humorum ęqualiter quę quidem exquiſitiſſima eſt,fit per uenę ſec
tionem.Proxima autem huic eſt quę per tibiarum ſcarificationé,ut nos facere con
ſueuimus,et quę per exercitia,et frictiones,et balnea, et pręterea ex accidenti per
inediam.Dixi autem ex accidenti,quoniam non per ſe ipſam inedia euacuat, ut ſin
gula antea dicta,uerum euacuatio fit modo naturali tranſpirationis,nullo uero acce
dente aliméto in locum eius qđ fuit euacuatum, tunc ſenſu manifeſte depręhéditur
q̃ tamé antea latuerat.Hęc igitur ſufficiãt ad aphoriſmi expoſitioné. Qui uero uult
ſermoné de multitudine diligentius plegere,unũ habet uolumen integrum a nobis
conſcriptũ,cui titulus eſt.De multitudine. Nunc uero hoc tantum ſufficiet adiunge
re,his quę prius a nobis ſũt enarrata ꝙ incipere quidem poteſt ea quę ad uires re-
fertur multitudo abſq; corruptione,uerum non poteſt optima permanere,nam om
nino neceſſe eſt,ut ſecundum qualitatem trãſmutetur,et proceſſu temporis corrũ-
patur, uerum et ſi iſtud fiat, interim multitudinem ipſam nominabimus donec ex
ſuperflui euacuatione reſiduum optimum fieri poſſit.Qđ enim in uinis accidit ace
ſcentibus, tale quoddam et in ſanguinis alteratione contingit. Quod autem in ui-
nis accidit tale eſt. Vbi ex toto acida facta ſunt, non redeunt rurſum ad uini natu-
ram, paruo autem in ipſis facto momento, ita ꝙ acidum quidem habent ſaporem,
nondum tamen acetum ſunt, multa ſępius ex his priſtinam naturam recuperarũt.
Hoc idem in ſanguine euenit,nam et ipſum ubi magna in eo ſit facta corruptio,nõ
redit amplius ad habitum naturalem. Si uero paulatim fiat, ubi id qđ ſuperfluum
fuerit euacuatum,qđ reſſiduum exiſtit ad ſuam naturam reſtituitur. Et quidem cõ
ſuetum eſt huiuſcemodi diſpoſitionem non corruptionem, ſed multitudinem nomi
nare,illa ut dixi ſola uocata corruptione quę tam effatu dignam habet eam quę ad
naturę contrarium euerſionem,ut non poſſit iterum ex naturę coctione ad primam
humoris redire bonitatem. .xviii.

u Elociter quidem nutrire audiédum eſt ab ipſo dici,ea quę paruo poſt aſſūptionem tempore ſtatim nutriunt,ſuę naturę ratione,quā in his exploramus qui integra ſanitate fruūtur.Vniuerſim aūt quę poſtq̄ alere coeperunt exiguo tempore totū ex ſe pręſtant corpori alimentū. Talia igitur q̄tum ad hoc ſolum attinet,ꝙ uniuerſim nutriunt,etiā uelocеſ habebunt excrectiones.Si uero aliqua adſit acritudo excitās ad excretioné,aut lentor ob quem magis retineatur, hęc qdem uelocius ad excretióem prorūpent,hęc uero tardius.Celerrime igitur,et uniuerſim maxime uinum alit,tardius āt et paulatim caro bubula, et cochleę,et uerticeli marini,ſquillę,cāmari,atq; locuſtę.Et (ut ſumati cópręhédā) quęcūq; dura carne conſtant,eādem cū his naturam habent,et caſei duri, carnes ſalitę,létes,ac bulbi,nec nó oua uſq; quo indureſcant elixata.Hęc.n.omnia multo poſt aſſūptionem tépore,atq; paulatim nutriunt.Indicium aūt tibi ſit uelocis nutritióis ex aſſūpto cibo,in pulſibus quidé fortitudo, ac magnitudo,in motibus aūt uoluntariis robur nutritis adiectū . Ipm uero p̀cipue oportet explorare in illis qui ex euacuatione aliqua ſenſibili ſunt diſſoluti, uel pp euacuationé aliquā ſenſu pceptibilé, uel propter laborem ſuperfluum, uel propter inediam. In hiſce igitur quę antea diximus omnibus tarde fiunt excretiones,hoc eſt longo poſt aſſumptionem tempore, in cótrariis uero ueloces.Maxime autem omnium,cótrarium eſt uinum,celerrime, ut diximus nutriens,poſt ipſum uero per ordinem alia,de quibus ſermoné faciam. Et primum de uinis ipſis percurrens. Et enim aquoſa ex eis exiguum prębent corpori alimentum.Sunt hęc colore quidem alba, tenuia uero ſubſtātia. Craſſa autem et fuſca multo magis corpus alūt.Tantum uero uincūtur a nigrioribus in nutriédo plurimum,quantum ſuperant in pręſtando uniuerſum,et uelox alimentū. Quęcūq; uero uina alba ſunt, ſed et craſſa,minus quidem his alunt, plus autem tenuibus, et albis, ſed neq; uelociter, neq; uniuerſim alunt. Quantum uero in hiſce differunt, tantū et in excretione. Aquoſa.n.celeriter p urinam excernūtur,qa celerrime tota fere anticipant relūmi . Ex aliis uero omnibus quātū aliqd uentrem ſubierit,manifeſtę ꝓportionalé nutritióis tépori habet excretioné,Hoc idé in aliis oibus accidit. Nā ſuccus priſanę nó multo poſt aſſūptioné tépore uidetur nutrire, nó tamé multū p̀bere corpori alimétum,id uero breui tépore p̀bere uniuerſū.Alica uero neq; paucū,neq; uniuerſū affert alimentū, ſed multo tépore multū affert alimétum.Oportet aūt et ea q̄ inuicé cóparantur eé ſecūdū ſubſtantiā ſimilia,et nó eé, hoc qdé exqſite humidū,hoc uero extreme ſiccū. In priſana igitur, et alica, et huiuſcemodi oibus q̄cūq; parantur ex miliis,uel fabis,uel aliis fructibus,eodé mó ſe habeāt q̄ cóparātur ſecūdum ſubſtātię qualitaté.In carnibus aūt ꝓpria é uniuſcuiuſq; cóſiſtentia.Cóparare igitur ipſa oportet ſecūdum modum quo parantur,uel utriſq; aſſis, uel eodem modo elixatis.Aufere autem oportet,et dum parantur mordaces humores, quéadmodum in braſica,ac in leguminibus ſi certam uelis habere experiétiam eius quę in ipſis alit, ſubſtantię. Auferuntur autem humores dicti, ſi dum elixātur ab una aqua ad aliam transferantur.Si igitur adhibita diſtinctione diligentem omnium feceris inquiſitionem,inuenies omnia quę in pauco tempore nutriunt,hoc autem eſt uniuerſim,et paruo poſt aſſumptionem tempore, hoc enim eſt uelociter,etiam uelocem habere excretionem,quando hominibus eodem modo affectis exhibētur.Nam et hoc in talibus omnibus oportet pręfinire. At quę contrariam naturam habent tarde excerni. Cauſam horum inuenies ex his quę oſtenſa ſunt in cómétariis de potentiis naturalibus. In his uero oſtendebatur uentriculus prior, propriū ſibi ipſi, ex cibis alimétum attrahere,et ſuis apponere tunicis.Mox ubi hic fuerit ſaturatus tunc ipſos emittere ad excretioné. In hoc aūt tépore,et hepar oſtédebatur ex cibis attrahere, ubi indigeret alimento. Nam ſi nó egeat,illo quod prius aderat perfrui. Eodem autem tépore trahere rurſus ex hepate totum corpus quo tépore ſcilicet et hoc indiget alimento. Vnde in quibus totum corpus eſt uacuum,quiſpiam maxime

.xviii.

e Orū quæ uniuerſim, et uelociter nutriūt,ueloces quoq; fiūt excretiōes.

poſſit experiri qui cibi ſint uniuerſim,et uelociter nutriētes, quibus et illud ineſt celeriter tendere ad excretionem,quantū ad id attinet. Verū nōnulli dixere eā quę fit ex toto corpore euacuationem, ab ipſo excretionem nominari, ut idem ſit quod hāc docetur,ei qđ dixit in libro de alimēto, ubi inquit.Cibus qui difficulter altera tur,difficulter abſumitur,q facile appōitur, facile abſumitur. Qđ dictū uerīſſimū quidem eſt, non tamen proprie uidetur audiri ſub appellatione excretionis. Nam magis ꝓprie dicitur ſolū de ea quę fit per uētrem, poſſu mus quidem et ipſam audi re de ea quę fit ex toto cor/ pore.Differt.n.excretionem, uel ſubductionē dicere. Sub ductio igitur ſolum de hiſ di citur quę per aluū deiciun/ tur . Continḡit autem excre tionis uocabulum eſſe cōmu ne.Carnes itaq; ſuillę,et quę cūq; lentos,ac craſſos humores habent in tempore faciunt ex toto corpore tranſpi/ rationem. Olera uero,et piſces ſaxatiles,et ſimpliciter quęcūq; tenuem habent hu morem diſtribuendum,celeritate quidem diſtributionis, atq; appoſitionis exupe/ rant,ſtabilem uero naturam non habent, ſed facile diffiant.

.xix.

a CVtorum morborum non omnino ſunt certæ prænunciatiōes, aut ſalu tis,aut mortis.

.xx.

q VIbus iuuenibus adhuc aluus hu/ mecta eſt, his ſeneſcentibus exicca tur. Quibus uero iuuenibus adhuc aluus ſicca eſt,his ſeneſcētibus humectatur.

.xix.

a Cuti morbi, pręter id ꝙ celeriter iudicantur, ſtatim etiam magnitudinem habent.Nam febres diarię quas gręci ephemeras uocāt, licet cito finiatur, non tamen acuti morbi nominantur.Duplex autem eſt acutorum morborū natura. Vel.n.in humoribus calidis ſolis qui nullū obſedere locum,ſed ęqualiter in oibus aialis ptibus apti ſunt ex ſua natura generari, uel loco aliquo patiēte fiūt, ut in morbo laterali,pulmōis inflāmatione,angina,et oio in acutis morbis ſunt febres cōtinuę. Rari.n.ſunt ex ipſis qbus febres nō adſint, ut morbus attonitus,quē gręci apoplexiā uocant.Morbi uero longi ob craſſos,lētos,ac frigidos fiunt humores, qui nō facile cōquoqui poſſunt,et in patiētibus ptibus impacti ſūt,atq; agglutinati, ita ꝙ eorū diſpoſitiōes magis ꝑduris tumoribus q̄ inflāmatiōibuſ aſſimilātur.Pauci ue ro ex ipſis fiūt ꝑ cōpaſſionē,et abſq; loco patiente, i qbus uenę oēs ęqualiter habēt humores putreſcentes,uel atrę bilis,uel pituitę naturā ꝑſeferentes.In his oibus ui detur Hippo.fidere ꝓcognitionibus,in acutis uero non oibus. Verū eſt aliq̄do,ꝙ et falli ꝓcognitionē cōfitetur. Tale.n.qd ē qđ dicitur,nō oio,hoc eſt nō in oibus,qđ ge nus ſermōis uſurpare cōſueuerūt,q̄do paucos ex multis uolūt excipe,ut cum dicūt non oēs hoies mali.Qui.n.hoc dicit oſtēdit pauciſſimos eē bonos. Ita igitur et nūc Hippo.oſtēdit,inquiens,non oio certas eē in morbis acutis ꝓnūciatiōes, cū aliq̄do, q̄uis raro cōtingat medicū optimū aberrare, hoc aūt fit ꝑp ſubitā in iudicatione ꝑ mutationē, quę naturā humorum ſequitur morbificorum, et quia nonnūq̄ humor noxius,ex uno loco transfertur ad alterum.

.xx.

q Vod qdē hoc ex magna pte fiat,et nō ſemꝑ,oſtēdit ipe iter ſequētes,hūc ſcri bēſ aphoriſmū.Quorū aluus humida ē,ſi iuuenes fuerint meliuſ cōmutant, q̄ hi qbus ē ſicca,in ſenectute uero deterius, nā magna ex pte ſeneſcētibus exiccatur. Oportet aūt humidaſ,et ſiccas aluos itelligere,nō ſimpliciter,ſed eadem uictus ſeruata rōe.Si qs.n.in iuuētute alexādrinorū uictu uteretur,ſalſis utēs cibis, et porris, zythūq; ſupbibens, in ſenectute uero nihil horū aſſumeret, lentē aūt eſi/ taret,et uinū auſterū potaret,quo pacto diceremus huius hominis deiectiōes ętatis rōe ꝑmutari?Sic et q in iuuētute lētibus ueſceretur,et meſpilis, et uinū auſterū po taret,in ſenectute aūt uictu uteretur alexādrinorū,atq; ita cū uictu excretiōes mu taret,nō recte ex deiectiōibus iudiciū fecerimus.Sed cū oia alia,nō ſolū q̄ ad cibos attinēt,paria agētur,et deiectiōes cōmutabūtur,tunc rectū fiet iudiciū de his q̄ ab Hippocrate in hoc aphoriſmo dicūtur. Variantur autem deiectiones ętatū ratione ſecundū eas quę in corpore mutantur diſpoſitiones,ex quibus aluus ſiccior humi/

diorue fit. Quę nam uero ſint hę diſpoſitiones, unum eſt ex his quę quęruntur, atq; adeo longum mihi futurū ſuper hoc ſermonem exiſtimo, ſi proprias ſtud uero adhibere demōſtrationes, quod unus integer liber erit neceſſarius, Sed hoc alias forte a nobis fiet. Nunc breuibus capita expediam, his utens quę in cōmentariis de potentiis naturalibus, et de cauſis accidentiū demōſtraui. Pluſq̄ modo cōueniat, fit aluuſ humidior, quando cibus in chylū conuerſus, in ipſa partius diſtribuitur. Siccior uero rurſus, omni humore in ipſa contento ad hepar relato. Cauſa uero ob quam partius diſtribuitur eſt, aut quia plus cibi aliquando aſſumimus q̄ hepar indigeat. Cōtingit aūt quādoq;, ut citius deiiciatur. Nam cū cibus modū excedit, eius ſuperfluū derelinquitur, ubi hepar tātū ad ſe attrhaxerit, quāto indiguerit. Cū uero properat ad exeundū, non ꝑuenit hepar tantū attrahere, quantū ipſi eſt neceſſariū. Citius aūt feſtinat ad exitum id qđ excernitur. Nōnūq̄ ob multitudinem bilis ad aluū defluentis quę irritat ad excretionē, nōnūq̄ uero ipſa alui potentia retētiua facta debiliori, expulſiua uero eius atq; inteſtinorū forti exiſtente. Plura igitur appetimus cum os uentriculi (in hoc.n. uis appetendi ꝑcipue conſiſtit) frigidiorem habuerit temperaturam. Sic uero et hepar minus attrhait propter frigiditatem. Vim autem retētiuā habet uentriculus imbecilliorem propter humiditatem, ſicuti expulſiuā fortiorem propter ſiccitatem. Senum igitur corpus cū frigidū efficiatur, tantū augeri contingit in ore uentriculi frigiditatem, ut appetitus deficiat, atq; ita excremēta exiccentur, inopia eorum quę diſtribuuntur. Sic et quicūq; ob multitudinem, uel naturam humoris bilioſi aluum humectam habent, ad contrariū tranſmutantur, cum hic humor in ſenecture deficiat. Quibus uero ob uirtutis retentiuę debilitatem aluus humectatur, non omnibus tranſmutatio aduenit, ſed pro quantitate caloris adiuncti. Si.n. ſtatim ab initio frigidiorem habuerit aluus temperaturam, mox ad immodicā ueniens in ſenectute intemperiem, ſecundū frigiditatem, uirtutem retētiuam, ęque habebit imbecillem, quoniam omnis immodica intemperies operationem exoluit Quod ſi exquiſite calida fuerit in longo ętatis proceſſu forte habebit operationem retentiuam, ut quę neutram habeat exquiſite intemperiem, neq; eam quę eſt ſecūdum ſiccitatem, ſi quidem erat omnino humidor natura, alioquin nō habuiſſet debilem uirtutem retentiuam, neq; ſecūdum calliditatem, hoc.n. ſupponebatur. Liquet igitur ꝙ fere omnibus qui aluos habent natura humidiores, fit ad cōtraria ſeneſcentibus traſmutatio, qui uero ſicciores, his fient in ſenectute humidiores propter cōtrarias temperaturas, uel.n. quia minus aſſumitur cibi, q̄ potentię hepatis cōgruat, uel quia parum bilis confluit ad aluū, uel propter potentię retentiuę robur excrementa exiccantur. Ex his autem ꝙ parum appetāt, et citius impleantur fit, propter partium appetentium caliditatem. Quod uero cibuſ aſſumptus exiccetur cōtingit, uel modice ſe habēte hepate ſecundū temperaturam, uel paulo plus modico calidiore. Quod uero pauca bilis confluat ad aluū, hoc ex eo accidit, quia etiam pauca generatur ob uiſceris frigiditatem. Fortis autem iuuenibus ineſt retentiua potentia, quoniam ad ſicciorem uergūt temperaturam. Non abſq; ratione igitur in omnibus quos diximus ſenibus fit ad contraria tranſmutatio. Nam q non appetunt ob caliditatem in progreſſu ętatis plus etiam appetēt, q̄ poſſit hepar euincere. Quibus uero ob innatam ſiccitatem uirtus retentiua fortior extiterat. his ſeneſcentibus fiet imbecillior ob ſiccitatis exceſſum, et ea ratione excrementa humectabūtur, quoniā ciborum exitus feſtinat. Quibus uero propter bilis defectum tardante excretione, ob exitus moram, plurimum humiditatis abſumitur, fieri poteſt, ut eadem diſpoſitio perſeueret. Contingit etiam ꝙ propter immodicam hepatis frigiditatem, ad ſatis magnam perueniente alimenti diſtributione imbecillitatem, fiant excrementa humidiora. Hęc in pręſenti dicta ſufficiant, de cauſa earum quę fiunt in ętatibus ꝑ mutationum, quantum ad alui attinet humiditatem, ac ſiccitatem, quę propter breuitatem ſunt futura obſcura his qui in nuper dictis cōmentationibus non ſunt exercitati. Sed mox aliquando per unum uolumen integrum de eiſdem clariorem doctrinam faciemus. Quantum autem ad uſum artis attinet, hoc ſolum ſciſſe ſufficiat qđ fuit ab Hippocrate dictum, etiam ſi cauſa non adiiciatur. .xxi.

Ini potionem thorexim nominare conſueuit. In libro igitur de natura homi
u nis, et de uictus ratione in hunc modum ſcripſit. Liquet igitur ꝙ uictus ſin
gulorum non ſunt cauſa, quando omnes ſubinde morbo corripiantur, Iunio
res.ſ.ac ſeniores, uiri ſimul, ac mulieres, ſimiliter et toreſcemeni, et aquę potato/
res. Cum ergo aquę potatores thoreſcemenis ex aduerſo diſtinguat, hinc oſtéditur
ipſum per thoreſcemenos uinum potátes intelligere. Quare et thorexis uini potus

.xxi.

f AMEM, thorexis, ideſt uini potio
ſoluit.

.xxii.

q VICunq; morbi ex repletione fiunt
curat euacuatio. Et quicunq; ex eua
cuatione, repletio, et aliorum con/
trarietas.

ab ipſo dicitur, qué dicit fa/
mem ſoluere, non per iouem
quécũq; defectũ famé nomi
nans, ſicuti nõnulli arbitran
tur, ſed neq; illã quę cũ appe
titu fit, ſed eam quã habent
q hac paſſione laborant quę
uehemés, et ſedari cõtumax
ciborum appetétia dicitur,
quã et quidã medicorum ap
petentiã caninã nominant. Talé.n.famé uini potio ſanat, non eam quę ex longa ine
dia, uel alui ꝓfluuio, aut fluxu ſanguinis, aut aliqua alia facta eſt euacuatione. Nam
qui ex tali aliqua indigent cauſa, ne dũ aliquã ex uini potu capiãt utilitatem, etiam
plurimũ offenduntur, quoniã et cõuulſionibus, atq; deliriis cõfeſtim corripiuntur,
ſi anteq̃ cibos aſſumpſerint uinũ potauerint. Qui uero famem quã diximus patiũ
tur, his uini potus, non cibi multitudo, remediũ eſt. Equidem multos ipe ſanaui qui
indeſinenter fameſcebant, uinũ ipſis habundanter exhibens, ex eorum genere quę
ſufficienter calefaciunt. Neq;.n.acerba uina talem famé ſanant, ſi quidé neq; calefa/
ciunt, ſed quę coloré ſubrubeũ habent, uel rubeũ abſq; acri ſapore, maximo ſunt il
lis remedio q canino laborant appetitu. Oportet ſi quidẽ cum ad prandiũ accedũt,
primũ illis afferre pinguia edulia, atq; ut ita dixerim oleaginea, et quęcũq; alia ex
plurimo parantur oleo, ſed in primis nihil auſterũ, aut acre offerratur, poſtea unum
aliqd ex uinis quę diximus, etiam ſi nõdum ſitierint ad potandũ dari pręcipimus.
Statim.n.ſedatur fames, et talé longo tépore uictũ exhibédo, ceſſat oio, et hoc mihi
magis uidetur i pſenti aphoriſmo Hippo.docere. Cũ.n.canini appetitus, uel pp ſo
lã itéperaturã frigidioré, uel pp humores acidos fieri cõſueuerũt quos exſorbuit os
uentriculi. Hęc uero ãbo ſanare põt uinũ qd diximus, nõ ſine ratiõe ceſſare facit ca
ninos appetitus. Qui uero putant uehementem eſuritionẽ quã gręci bulimó uocát
fuiſſe nũc famé ab Hippo.nominatã, nõ ſatis recte mihi uidétur ſermoné accipere.
Primũ qa ipm pro generali, atq; uniuerſali faciũt ſpetialé, ac magis pticularem. De
inde ét mentiũtur nã paſſio bulimos nominata, eſt caſus potẽtię ex frigiditate exte
riore q a fame qdé inchoauit, ſed nõ habet eã amplius adiunctã. .xxii.

On ſi qd factũ ex repletione, neq; ipſa, nõ amplius exiſtente, ſi qd remãſerit
n curat euacuatio, ſed quęcũq; eo ipſo quo fiunt tempore curare aggredimur
euacuatione indigétia, ꝙ qdé igitur multitudo morbũ efficiat, antea dictum
eſt, ꝙ aũt euacuatio ſit eius curatio, nõ opus eſt dicere, ſicuti neq; de oibus aliis cau
ſis quę morbos comittunt, ꝙ p cõtraria curentur. Neq;.n.aliud quicq̃ quimus exco
gitare, pter cõtrariũ cauſis ipſis efficiétibus morbos, ſicuti in morbis ipis iã factis
rurſus cõſiderabimus, quéadmodũ et in caſibus q̃ ad eos ex neceſſitate cõſequũtur,
ſed nũc de his q adhuc fiunt, ſermo a nobis habetur. Liquet igitur ꝙ una cũ cauſis
ipſos faciétibus deſtruũtur, cauſarũ uero facientiũ abolitio fit ex cõtrariis. Si.n.ex
refrigeratiõe morbus fiat, curatio eſt p calefactioné, ſi uero ex calefactione, p refri
gerationé. Sic et ſi pp repletioné morbus cõſtituatur, tũc oportet multitudiné eua/
cuare, ſicuti et ſi pp euacuationé, reficere ꝓtinus cõuéit. At q nõnullis uidetur nũq̃
fieri ab euacuatione morbũ, exiſtimãt aũt ut apparet huiuſcemodi hoies, ſolã febré
eé morbũ, ꝙ ſi didiciſſent q̃libet lędéré oparationes diſpoſitioné, morbũ eé, et ꝙ a ue
hemétibus intépaturis oparationes lędũtur, haud quaq̃ dubitarét, an fortes euacutio
nes morbos efficiãt. Sãguis.n.cũ ſupramodũ, aut ex utero muliebri, aut ex uenis q̃

hęmorrhoides appellãtur,aut ex ulcere fluxerit,tũc uel omnes,uel plurimas operatiões hi q ita affecti ſunt offenſas habent. Nõnulli uero ipſorũ non modo hęc patiuntur,uerũ etiã aqua intercuté corripiuntur. Longę autem inedię his qui calorem habent ad igneam naturam propenſiorem,prçter alia mala,inſuper afferunt febrem. Quantum ueritas ipa,atq; utilitas exigebat dictum a nobis eſt. Sed et his addamus aliquid propter deliros,quales ſunt quidam medici recentiores,qui de nominibus altercãtur,et putant ſe de rebus ipſis habere ſermonem. Hi igitur ſunt qui aiunt cauſarum efficientium morbos, abolitionem non eſſe curationem,ſed prçſeruationem. Qui primũ quidem docẽdi ſunt, ꝙ de nomine litigant. Deinde ꝙ neq; de hoc ipſo recte. Vbi.n.cauſa non adeſt quę morbum efficiat,hic ſola curatio factorum relinquitur. Vbi uero ea quę ineſt corpori diſpoſitio, nondum aliquid facit,ueluti quę plethora .i. plenitudo uocatur, hoc ad prçſeruatiuam artis attinet partem,ſi huiuſcemodi cauſę deſtruantur. Cum uero iam aliquid agit, mixtum iam eſt huiuſcemodi opus ex prçſeruatione,ac curatione. Nam q̃d facturę erãt cauſę illę, prohibitum eſt fieri, et hoc ad artem attinet prçſeruatiuam. Quod uero iam factum eſt ex morbo,propriam exigit curatiõem. Quapropter cum mixta ſint talia ex prçſeruatione,ac curatione,proprio caremus nomine,atq; idcirco alias alia utimur appellatione,nõnũq̃ prçſeruari dicentes,ne morbus qui iam incipit generari ad complementum perducatur,nõnunq̃ uero curari,quẽadmodum in his quos canis rabidus momorderit,quę enim ipſis adhibentur medicinę duplicem habent appellationem. Nam et nõnũq̃ rabiei remedia dicuntur,ac ſi rabiem faciẽris diſpoſitionis dicerentur. Nõnunq̃ uero non remedia prçſentis diſpoſitionis appellantur, ſed a rabie futura prçſeruantia.

.xxiii.

a CVTI morbi in quatuordecim diebus iudicantur.

.xxiii.

Cuti morbi magni ſunt,et ad ſuum uigorem celerrime properant. Nõ abſq;
a ratione igitur in pauco tẽpore,et magnas faciunt permutationes,quod idem eſt ꝙ iudicari. Huiuſcemodi.n.permutationes,quando uniuerſim in morbo fiunt,Hippocrates criſes uocat.i.iudicationes,in quibus nõnunq̃ ſubito integra ſanitas reſtituitur, nonnũq̃ uero moritur ęger,aut magna fit,uel ad ſalutẽ,uel ad mortem permutatio, non tamen aut ſubito ſanantur,aut moriuntur. Ita ut quatuor ſint in ipſis ſubitę permutationes, quas ipſe docuit in primo libro Epidemiarũ,inquiens. Ad ſalutem,aut mortẽ,uel inclinatio ad melius,aut ad peius. Q̃d uero ſit neceſſarium ob morborum magnitudinem,ac caſuum uehementiam, uel cito uires proſterni adeo,ut homo moriatur, uel ſi ad noxiorum humorum excretiõem impetum faciant,et quos inuaſit, exuperent,bonam ſequi iudicationem, ſi uero exuperentur malam,unicuiq; fit manifeſtum. Propterea igitur eſt impoſſibile,ut in longum tempus iudicatio differatur in morbis acutis. Terminum igitur in hiſce omnibus Hippocrates poſuit duarum ſeptimanarum,tãq̃ nullus eorum ulterius progrediatur. Verum ante quartum decimum diem multi poſſint iudicari. Et enim undecimus,nonus,ſeptimus,et quintus,multos uiſi ſunt iudicaſſe in libris epidemiarum. Iudicat autem et ſextus nõnullo,ſed nõ bene, ſicuti in libris de iudicatoriis diebus plenius oſtendimus, in q̃bus ſi quis debeat exercitari,illũ uolumus ea cõſectari,quę Hippocrates breui ſermone perſtrinxit. Quęcũq; uero iudicationes ſunt, ueluti imperfectę,his finem imponit aliquis alius,ex eorum numero,qui deinceps ſequũtur,de quibus qualesnam ſint, in libris prognoſticis Hippocrates docuit,ſed et de ipſis aliq̃d in ſequenti docebit aphoriſmo. Eſt autem et harum imperfectarum iudicationum terminus quidam exterior, poſt quem non amplius fieri progreſſus natura poteſt, dies quadrageſimus. Quicũq; igitur morbi intra diem quartum decimum integre iudicantur,hos ſolet Hippocrates acutos ſimpliciter nominare. Quicũq; uero imp̃fecte iudicati, ſeruati ſunt in proceſſu dierum, uſq; ad quadrageſimum,hos non ſolet ſimpliciter acutos nominare, ſed appellatione compoſita per hęc uerba ſimul, acuti qui in quadraginta diebus iudicantur, uerum manifeſtius illi declarant, qui

eoſdem morbos,acutos ex decidentia uocāt. De his igitur in prognoſtico ſcribit,in hunc modum. Oportet autem exiſtimare ſpirandi facilitatem magnam habere uim ad ſalutem in omnibus acutis morbis,quicūq; febres habent adiunctas, et in quadraginta diebus iudicantur. Nunc uero in aphoriſmis de acutis ſimpliciter oſtendens,ait eos intra quartum decimum diem iudicari. Non per Iouem hoc dicens qđ nonnulli exiſtimarunt,ꝙ quatuordecim ſint numero dies qui in his morbis faciant

.xxiiii.

ſ EPtenorum quartus eſt index. Alterius ſeptimanæ octauuſ principium. Eſt autem et undecimus contemplabilis. Ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ. Rurſus uero et decimus ſeptimus cōtemplabilis ipſe ſi quidem quartus eſt a quartodecimo, ſeptimus uero ab undecimo.

iudicationem. Nam ſecundū hanc expoſitionem etiam illos qui iudicant morboſ acutos ex decidētia nominatos, dicemus eē numero quadraginta,cum idem loquēdi modus i utriſq;, hic quidem cū ait morbos acutos in quatuordecim diebus iudicari. In prognoſticis autem,quicūq; cum febribus in quadraginta diebus iudicantur. Verum hi cum non inueniant,qui poſſint oſtendere utroſque ſermones, et hunc qui in aphoriſmis ſcribitur, et alterum qui in prognoſtico ſibi inuicem eſſe concordes,hanc abſurdam excogitarunt expoſitionem. Neq; enim quatuordecim ſunt, uſq; ad quadrageſimum, dies iudicatorii,ſed cum intercidentibus quidem,plures, abſq; illis uero pauciores, quēadmodum clare in noſtra oſtenditur de diebus iudicatoriis tractatione. Sed et ipſa rerum natura ſuffragatur ei ratiocinio,quo dicitur,acutos morbos habere terminum iudicationis quartum decimum diem. Nullus enim inuentus eſt unq̄ qui ab initio uelociter moueretur,hunc tranſgredi terminum,qui aliquam ex dictis non accepere mutationem,ſicuti quidam leues,ac parui circa primos dies exiſtētes,quarto,aut quinto die,continui, uehementes,et acuti fieri incipientes,ad decimum ſeptimum terminarunt. Alii uero ſexto, aut ſeptimo die exacui incipientes,ad uigeſimum terminarunt,adeo ꝙ morbi continui acuties nūq̄ poteſt plures,q̄ quatuordecim obtinere dies. Ex his uero qui motus habent inęquales,multi extenduntur uſq; ad aliquod tempus exterius pręfinitum. Dico autem inęquales habere motus eos, qui aliquot diebus fuere uehemētiores,poſtea ſine aliqua ſignificatione torpuerunt. Deinde rurſus adaucti continuitatem acceperunt. Si quis igitur, ut dixi,faciat in ęgrotātibus obſeruationem,omnes inueniet qui duas ſeptimanas uelociter mouentur, nunq̄ ad exteriorem progredi terminum.

.xxiiii.

i Ndices,et cōtēplabiles ſolet Hippo. nominare dies,in quibus aliquod ſignū apparet futurę iudicationis indicatiuū in altero aliquo iudicantiū dierum, quos ipſe i ꝓgnoſticis,unā quāq; ſeptimanā induaſ diuidēs partes,per quaternarios digeſſit. Primū itaq; quaternariū ſeptimi diei ab initio indicem eſſe ait. undecimum autem quartidecimi, quoniam et hic ſecunda ſeptimana in duas partes diuiſa prouenit. Eadem ratione, et decimus ſeptimus uigeſimi eſt index, quoniam ex diuiſione tertię ſeptimanę in duas partes efficitur, niſi ꝙ hanc tertiam ſeptimanam ſecundę coniungit, quamuis primam a ſecunda ſeperauerit, nam eius initium diem octauum eſſe dixit,non tamen tertię quintum decimum, quemadmodum nonnulli poſt ipſum exiſtimarunt, quoniam neq; uigeſimum primum pro termino ſtatuit, ſed principium quidem tertię ſeptimanę quartum decimum, finem autem et terminum uigeſimum. Cur uero duas primas ſeptimanas ſecundum diſiūctionem inuicem ordinauerit,tertiam uero ſecundę ſecundum continuitatem, in libro de diebus iudicatoriis docuimus. Quantum uero ad pręſentia,ſufficiat etiam ſine cauſa nouiſſe qđ experiētia cōprobat. Et ipē uero Hippocrates plurimos ęgros tali ordine dierum iudicatoriorum,et in libris Epidemiarum ſcripſit fuiſſe iudicatos. Dixi autem ſecundum talem ordinem ex quo primę tres ſeptimanę ad uigeſimum,ſequentes uero tres ad quadrageſimū perducantur. Sic enim et ſexageſimum

et octuageſimum diem iudicatorios habebimus,hos pariter ipſos experientia con firmante, quemadmodum in libris de diebus iudicatoriis oſtendimus, illos qui in libris Epidemiarum notātur iudicati ſecundum talem dierum ordinem deſcriben tes. Illos uero ęgros longum eſſet hoc in loco ſermone complecti. Sufficiet autem ſo la ex prognoſticis uerba in hunc modum ſe habentia ſubſcribere. Febres iudican tur in eiſdem numero diebus,ex quibus etiam homines liberantur,et pereūt. Nam mitiſſimę febres, et quę tutiſſimis ſignis incedūt,quarto die finiuntur, uel antea, peſſimę autem, et grauiſſima ſigna pręſeferentes,quarto die interimunt,aut priuſ. Primus igitur earum inſultus ita terminatur. Secūdus uero ad ſeptimnm ducitur. Tertius ad undecimū. Quartus ad quartum decimum. Quintus ad decimum ſeptimum. Sextus ad uigeſimum. Hi igitur per quatuor ex acutis ad uigeſimum, ex adiectione finiunt. Hęc uerba oſtendūt manifeſte ꝙ tertiam ſeptimanam per continuitatem ſecundę annumerat,et ꝙ decimam ſeptimam indicem facit uigeſimę . .xxv.

.xxv.

ESTiuæ quartanæ magna ex parte
a breues,auctumnales longæ, et maxi
me quæ hiemem attingunt, .xxvi.
FBrem cōuulſioni ſuperuenire me
f lius eſt,q̄ febri conuulſionē .xxvii.
IS qui non ex ratione leuius ſe ha
h bent,non oportet fidere, neque mul
tum formidare mala quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim talia ſtabilia non ſunt,neque multum durare, et permanere conſueuere.

ON ſolum quartanę breues ęſtate fiunt, ſed et ęgritudines alię . Propterea
n ꝙ humores funduntur inutiles,et per totum corpus ferūtur,atq; diffiantur.
In quibus igitur uires ualidę ſunt,noxiis humoribus euacuatis,morbi ceſſant. In quibus uero ſunt imbecilles,una cū ipſis euacuatis et ipſę diſſoluūtur. Quare non abſque ratione nulli morbi ęſtate ſunt longi. Hippocrates uero de ſolo omnium longiſſimo fecit mentionem,ueluti exemplo de omnibus aliis ex iſto pronuntians. Sicuti uero ęſtate,et diſcuti humores,et uires diſſolui contingit,ita hieme cōtraria eueniunt,et humores intus remanere,ueluti latibulis incubanteſ,et uires ſeruari robuſtas. Neque igitur morbi ſoluuntur manentibus,his qui eos efficiunt humoribus,neq; ęgroti moriuntur,uiribus interim ſufficientibus. .xxvi.

Pſe Hippocrates in ſequentibus dicet conuulſionem fieri ex repletione, et
i euacuatione . Cum igitur aliquem ſanum contigerit repente conuelli, huiuſcemodi conuulſionem fieri ex repletione fit neceſſarium. Et quidem nerui replentur a frigidis,et glutinoſis humoribus,ex quibus etiam nutriuntur, unde cōuulſionem patiuntur. Hiſce igitur febris ſuperueniens,ſolita eſt magna ex parte calefacere, extenuare, atq; diſſoluere. Si uero ex febribus adurentibus totum corpus exiccetur, et neruis deinde ex ſiccitate cōuulſio accidat, hoc maximum eſt malum, et pene inſanabile,quoniam longum tempus exigitur ad ſiccitatem remouendam, ſed morbi acuties tempus non expectat,quin cito uires diſſoluit,et ſubito exitium affert. xxvii.

Ermo uere quidem integer de talibus omnibus i libris de criſibus, ſiue iu
ſ diciis dictus eſt, nunc uero quantum ad propoſitorum expoſitionem ſufficiens eſt dicere,a nobis dicetur. Cum morbus inuadit uehemens,mox ſubito quieſcit, neq; per ſudorem, nec uomitum, neque alui excretionem,aut profluuium ſanguinis corpore euacuato,ſed neque uiſo ſigno coctionis, ſignum inſidum exiſtimat talem quietem eſſe . Sicuti etiam ſiquis pręter rationem ſpiret difficulter, uel uehementius febricitet,uel magno rigore corripiatur. Nam et hęc quoque firmitatem non habent,tantumq; abeſt ut malum aliquid ſignificent,ꝙ nōnūq̄ bonum iudicium haud ita multo poſt futurum enūciant. Quomodo autem hęc oporteat cognoſcere,et pręcognoſcere,in libris de criſibus diximus. .xxviii.

HAEC uerba,non omnino leuiter,diſtinctionis gratia appoſuit Hippocartes.
h Si enim ſimpliciter dixiſſet,febricitantium permanere corpus, et nihil minui,malum,ſermo careret ueritate. Contingit.n.in tempeſtate frigida cuiq; ex repletione ęgrotanti,non collabi corpus,neq; extenuari,cũ febres paruę fuerint. Sed cum maiores fuerint, multam adeſſe repletionem ſignificatur. Cõtabeſcere autem pluſq̃ ratio expoſtulat malum,etiam ſi non adiiciatur.

.xxviii.

f FEbricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, et nihil minui, uel etiam pluſq̃ ratio poſtulat contabeſcere,malum. Hoc enim morbi longitudinem. Hoc uero imbecillitatem ſignificat.

Nõ omnino leuiter.Siue enim leuiter febricitauerit, ſiue non,ſignum imbecillitatis eſt,ea quę fit pręter rationem extenuatio,neque enim putandum eſt uerbo,contabeſcere,in proprio ſignificato nunc fuiſſe uſum,ſed magis abuſum. Recte autem dixit in ſecunda parte aphoriſmi. Magis q̃ ratio expoſtulat,et melius eſt, hęc quoq; uerba priori parti aphoriſmi adaptare,ita ut totuſ ſermo talis efficiatur.Febricitantium non omnino leuiter permanere corpus,uel etiam contabeſcere magis q̃ ratio expoſtulat,malum,ut cõmuniter de utroq; prędicetur.Magis q̃ poſtulat ratio. Siue enim permaneant magis q̃ ratio expoſtulat,ſiue extenuentur,malum. Melius autẽ fuiſſet ſi hoc q̃d ait,magis q̃ ratio poſtulat,quibus finibus iudicetur,aperuiſſet.Sed quia doctrinę modus eſt aphoriſticus, ſũmam ſequens breuitatem,nos exponentes uerbum,ſecundum rationem, ad febris magnitudinem referemus,et ad tempus ęgritudinis,ętatem,et regionem, et tempus anni,et illam quę tunc uiget temporis conſtitutionem,et pręterea ſenſibiles euacuatiões,uigilias,curas,inedias,motus plures.Nam maiores febres magis, et citius corpora extenuant ęgrotantium, ſicuti et diuturnitas morbi, et ex ętatibus puerilis,atque decrepita.Sed alia ambę ratione.In pueris enim propter caliditatem,atque humiditatem multum deffluunt,atque extenuantur corpora.In decrepita uero ętate hoc idem patiuntur propter potẽtię imbecillitatem. Ex regionibus autem,et anni tẽporibus,ac conſtitutionibus,calidę q̃dẽ,ac ſiccę magis euacuãt, humidę uero,ac frigidę magis adſtringũt,ac difflare corpora,atq; extenuari nõ ſinũt. De ſenſibilibus autem euacuationibus quid dicere oportet? Neminem enim ignorare arbitror ꝙ ex profluuio ſanguinis multo,atq; ſudoribus plurimis,et urina ſuperfluente,uel uomitu,uel alui excretione,cito corpus extenuetur. Adiacet autem, et dictis cauſis inedia, et pręterea uigilia,et curę ſufficienter extenuant, et plures motiones, ſed hę raro febricitantibus adſunt, nam magna ex parte iacent quieſcentes.Verum aliquando contingit moueri aliquos qui in itinere ceperint febricitare, uel urgente neceſſitate,uel ſtudio domum reuiſendi. Sed ex delirio quidam ęgroti iugiter ſe attolentes, uel iacentes quidem, ſed continuo partem aliquam corporis cõmouentes,aut etiam delira loquentes,intra paucos dies extenuãtur. Hęc quidem omnia ęgrotos reddunt macilentos,ſicuti et cõtraria his corpus in maiori mole cõſeruant.Signum autem nullum ex his eſt uirium imbecillium. Sed cauſa tãtũmodo ipſorum ſingulum.Nam ſicuti ex eo corpus cum ratione extenuatur, ſic et uires deſtruuntur. Abſq; his autem corpus pręter rationem extenuari,ſignum eſſe uirium imbecillitatis Hippocrates inquit, quam et in decrepitis pro cauſa aſſignamus,celerrime iporum corpus extenuari dicebamus.Neq; mirum uideri debet in his qui ita ſe habent,imbecillitatem quidem cauſam eſſe extenuationis, extenuationem uero eſſe ſignum imbecillitatis.Hoc enim contingit in omnibus quę faciunt,et fiunt. Hęc quidem eſt ſententia Hippocratis ſemper exiſtimantis eam quę eſt citra rationem extenuationem,ſignum eſſe imbecillitatis. Nos uero adiiciamus eius ſermoni, et aliam diſpoſitionem quę cauſa eſt in febribus extenuationis. Eſt autem hęc humorum quidem tenuitas,corporis uero raritas. Cum enim hęc ambo conuenerint celerrime corpora euacuantur,per eam quę difflatio inſenſibilis nominatur.Sicuti in diſpoſitione contraria craſſitudine humorum,et corporis ſpiſſitudine,neq; fit hu

morum euacuatio,et pmanere corpus et nihil tunc deteri de ipſius mole contingit. Hanc itaq; diſpoſitioné oſtendit Hippo. in prima parte aphoriſmi p ea uerba. Lógitudiné morbi ſignificat. Alterá uero côrrariá ptermiſit. Sed nos et hác adiicientes, iá totú ſermoné integrú pferamus. Itaq; fieri pôt breuiſſime dictú. Febricitátium nó oio leuiter, pmanere corpus. et nihil iminui, uel pluſq̃ ró poſtulat contabeſcere, malú. Ná pmanere, ex cutis ſpiſitudine accidit, et craſſitudine humorú, et ppea longitudo morbi ſignificatur. Cótabeſcere át nónúq̃ fit ob humorú tenuitatem, et cutis raritaté. Cótingit uero et ob ſolá uiriú ibecillitaté.

.xxix.

c VM morbi inchoant, ſi quid mouendum uidetur, moue, cum uero conſiſtunt, ac uigent, melius eſt quietem habere. .xxx.

c IRca inicia, et fines, omnia ibecilliora, cũ uero cõſiſtunt, fortiora. .xxxi.

e Ius q ex ægritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum. .xxxii.

o Mnes fere qui male ſe habent circa initia bene cibati nec quicq̃ proficiétes, circa finé rurſus cibum nõ appetunt. qui uero circa initia cibũ ualde nõ appetunt, poſtea bene appetétes, ii melius euadũt.

.xxix.

c VR Hppocrates hoc cóſulat, ſequéti indicat aphoriſmo, quem ſi nup dicto annexueris, totú ſermoné talé efficies. cú morbi inchoát, ſi qd mouendú uidetur, moue, cum uero conſiſtút, ac uigent, quieté habere melius é. Circa principia. n. ac fines omnia dbiliora, morbo auté conſiſtente fortiora, Oportet aút his adiicere caſus oés, ná de his dictionem attulit uniuerſalé. Diſpoſitio ſi qdem ex qua hi generátur, quá et morbú nominamus, nó oio dú morbus cóſiſtit eſt fortior. Verú in his q ſaluari debent melior multo, q̃ in morbi principio, in qbuſ etiá Hippo. cóſulit habere quieté, in morború initiis ſi qd uidetur mouentes. Nam in morbis exitialibus, non mó q̃do ſunt ſuo uigori uicini, nihil mouere oportet, ſed ét prioribus téporibus, recordátibus nobis, q deploratos nó oportet curare. ſed magis abſiſtere, et morbi finé pnútiare. Circa inicia uero illorú morború, in qbus ſperatur ęgrotú cóualiturú, tentandú maiora afferre remedia, de qbus Hippo. dixit. Si qd uidetur mouédú, moue. Sút át hęc maxime uenę ſectio, nónúq̃ uero et purgatio, quorú nihil oportet morbo iam conſiſtente adhibere, ut. n. in libro de criſibus manifeſtauimus, coctiones tunc maxime fiunt. Vt igitur hę citius eueniant, melius eſt circa principia euacuare, quo minoré iam factá materiá, facilius poſſit natura cócoquere. Morbo autem conſiſtente, cú iam natura concoquit ſuperfluum eſt euacuare. Tum propter alia, tum quia uis animalis magna ex parte eo tempore eſt fatigata, licet duę alię, uitalis ſcilicet ac naturalis fortes perſiſtant. .xxx.

c Aſus oés circa principia, et fines ait eé ibecilliores, acceſſiones uidelicet febriú, et uigilias, atq; dolores, et faſtidiú, et ſitim. Sicuti ipſas diſpoſitióes, in quibus hęc fiunt, ubi morbi conſiſtunt, neceſſe eſt eſſe meliores in his qui debent ſanitati reſtitui. .xxxi.

o Portebat et húc aphoriſmú, et illú q ſeqtur, adiunctú eé illis q ſupra ſcripti ſunt, ubi dicebat. Si qs a morbo cibú aſſumens nó corroboratur. In illo igitur aphoriſmo, p uerbo bene cibatur, inquiés cibú aſſumere, d caſu aliquid docuit. ſ. nó corroborari. Hic uero cibú aſſumere cómune utriſq; ſeruauit, caſum át uariauit, q̃dá illis ſcribens pportionale. Ná nihil corroborari, nihil pficere corpuſ ſimilia quodámó ſút. Illud. n. potétię noſtrú regétis corpus, hoc uero ipſiuſ corporiſ affectuſ é. Fit uero hoc, ut. ſ. corpuſ nó bene alatur, atq; pficiat, nónúq̃ ex potétię qua ipm nutritur ibecillitate, nónúq̃ át ex malorú humorú ſupabúdátia. .xxxii.

h Ic ét aphoriſmus de his eé dictus uidetur q ex morbo cóualeſcút. Nó pficere. n. de his dicere cóſueuerút, tum alii, tú Hippo. ipſe. Si qs igitur bene ab initio cibatus nó nutriatur, qua cá húc ſubit affectú, ex eadem fit male appe

tens cibũ. Cã uero ob quã bene ab initio cibati nihil ꝓficiant, é totius corporis uitiũ cũ partiũ appetétiũ uigore, uerũ proceſſu temporis ob cibi multitudiné aucto in toto corpore uitio, ipm ét appetédi inſtrumétum male ſe habebit, quare inappetentes fient q prius bene appetebant, quos recte bene cibatos noiauit. Dixerat aũt hoc ipm in ꝑcedétibus aphoriſmis, hoc mõ. Si uero cibũ non aſſuméte hoc fiat, ſcire oportet ꝙ euacuatióe indiget. Porro eos q ab initio male appetũt, adeo ut parũ aſſumãt cibi, poſtea uero ad contrariũ tranſeũt, melius ꝑmutari inqt. Hoc uero ideo euenit natura eo tépore, quo parũ cibi aſſumebant, ipſã q̃ cã erat iappetétię, diſpoſitioné cócoquéte.

.xxxiii.

i N Quouis morbo mente conſtare, et bene ſe habere ad illa quæ offeruntur, bonum, cõtra uero ſe habere, malum.

.xxxiiii.

i N Morbis minus periclitãtur quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tẽpori magis congruit morbus, q̃ quibus ſecundum nihil iſtorum congruit.

.xxxiii.

n Eq; cũ aliqđ bonũ dixerit eorũ q̃ ad corpus attinét, oio exiſtimandũ é ex eo hominé reualiturũ, neq; cũ malũ dixerit, oio moriturũ, nam fieri pót ut bonũ ſignũ a maiori malo ſupetur, et malũ a maiori bono uincatur. Tales itaq; enũtiationes audiendę ſunt de eo ſolo qđ dicitur. Dicitur autem ꝙ ſignũ eſt bonũ, quãtum in ipſo eſt hoc aliqd, et ſignũ malum, quãtũ in ipſo eſt hoc aliqd. De morte aũt, ac uita oportet omniũ ſignorũ uires prius bene perpendentes, ita pronũtiare, quéadmodũ et ipſe in prognoſticis cóſulit, ſic et nũc cóſtare mente, et appetitũ ꝑmanere, bonũ eſt ſignũ in quouis morbo. Q uędã.n.nó in omni bona ſunt, ut ipſe conſueuit nobis ſignificare, inquiens. Spirandi autem facilitatem putare oportet ualde magnam habere uim ad ſalutem in omnibus morbis acutis. Q uod autem conſtare mente bonũ ſit ſignum, ex iſto cognoſces, quę ad cerebrum attinent, atq; membranas, et ſpinalem medulam, nec non et ſeptum tranſuerſum, et omnino partes neruoſas, quę pręſertim ſunt iuxta cerebrũ, ſana eſſe omnia ſignificãtur ex métis conſtantia, ſicuti et quę ad uentrem attinent, et hepar, et cor, ubi adeſt promptitudo ad illa quę offerũtur. Cum uero hęc omnia robuſta ſunt, nó parua ſpeſ de ęgroti ſalute haberi poteſt.

.xxxiiii.

c Vm natura multis dicatur modis, audiédũ apud ipm iuxta illud ſignificatũ, quo in multis aliis locis uſus eſt, et in toto libro de natura hominis, in quo eam quę fit ex primis elemétis téperaturã, naturã nominat, ac ſi ita diceret. In morbis minus ꝑiclitantur quorũ primę corporis téperaturę, uel ei quę uel róe ętatis, aut habitus, aut téporis ſupuenit, magis cógruit morbus q̃ qbus ſecũdũ nihil iſtorũ congruit. Calidę.n.naturę, et ętati, et habitui, et tépori, et anni conſtitutioni, ac regioni morbi calidiores ſunt cógruentes. Frigidioribus uero frigidiores, eadé ratióe et ſiccioribus, ſicciores, et humidioribus, humidiores. Cótrariũ aũt a Diocle dictũ eſt, et in libro de ſeptimanis, cuius autores opinãtur, incitari quidem a ſimilibus morbos, ſolui uero a cótrariis, quoniam et ab ipſo Hippo. ſcriptũ eſt, contrariiſ morbis contraria eſſe remedia. Putant igitur febrem ardenté factam hiberno tempore facilius poſſe ſanari, ea q̃ fit in ęſtate, non aduertentes ꝙ uehemens diſpoſitio cauſa eſt, ut febris ardens hieme fiat, neq;.n. ab initio facta fuiſſet, niſi cauſa potentior temporis contrarietaté ſuperaſſet. Cũ igitur anni tempus cohibere non poſſit cauſę magnitudinem, cum tamen habeat ſanitatem ſibi ſuffragantem, multo minus morbo iam facto ſuperauerit, non aſſiſtente ſanitatis robore. Sed et hoc eſt ipa experientia compertum. Nam duarum febriũ ardentiũ magnitudine parium, illa quę aduenit hieme eſt pernicioſiſſima, ſicuti quando in calidiori temporis cõſtitutione ortum habuerit, ſubita autem ad frigus mutatio facta fuerit, non parum iuuatur hęc febris ardens ab ambientis aeris frigiditate, cum hęc ipſi utraq; bona ſint. Prima quidem temporis conſtitutio, in qua morbus factus eſt tãq̃ ſignum, altera uero in qua ſolutus eſt tãq̃ cauſa. Hęc igitur omnia magis atteſtantur, et nó aduerſantur ſen

tentię aphoriſmi,ſicuti neq; illud q raucedines,et grauedines in ualde ſenibus non concoquuntur. Atqui hę paſſiones ſenili ętati maxime congruunt.Primum et.n.nó idem eſt q aliquid non cócoquatur,et qđ ſit periculoſum. Deinde q nó ſimpliciter ſenes nominauit,ſed cũ adiectione,ualde.Omnia.n.in his ſunt piculoſa ob utriũ imbecillitaté.Sed neq; illud qđ ſcribitur in primo Epidemiarũ.Et maxime moriebantur quibus natura uergebat ad phtiſim,his quę dicta ſunt aduerſantur.Neq;.n.eam quę ſit ex elementis nunc dixit tempaturã, ſed corporis formã. Eſt.n.ubi et hác naturam nomināt, et ſicuti uerũ eſt calidã tempaturã minus ĩ morbiſ calidis piclitari,ita qui anguſtũ pectuſ habét,nó ſolũ magis incidere in phtiſim,ſed et iã ubi incidere,piclitari. Nónulli qdé q aphoriſmos expoſuerunt talibus decepti ſuaſionibuſ,illum cógruere naturę ęgrotátiſ morbũ dixerunt qui ſit temperatura contrarius,quaſi aptior eé diceretur, multum ut oſtendimus, et a ueritate ipſa, et ab Hippocratis ſententia decerrantes.

.xxxv.

i N Quouis morbo partes ad umbilicum, et imum uentrem attinentes, craſſitudinem habere melius é. Multum uero extenuari, ac cõtabeſcere, prauum. Sed et hoc quoq; ad inferiores purgationes, periculoſum. .xxxvi.

q VI ſalubritatem corporis habét,per medicamenta euacuati cito exoluuntur.Et q prauo utũtur cibo. xxxvii.

q VI bene ſe habent corpore,difficulter ferunt medicationes.

.xxxv.

p Artes omnes quę ad epigaſtriũ.i.locum ſupra uentrem attinét,omni uacare diſpoſitione,quę ſit pręter naturam,oportere,eſt manifeſtum. Et hoc in prognoſtico dictum fuit,ubi his utitur uerbis. Ilia optimũ eſt abſq; dolore eé, et mollia,et ęqualia,ſed et ex his ipſis quędam ſunt tenuiora,quędam craſſiora,de q bus nunc ſermoné habet.Quęcũq; quidem craſſiora ſunt,hęc meliora eſſe iquiens. Quęcũq; uero tenuia mala.Et tãq ſigna uidelicet,et tãq cauſę. Signa enim ſunt partium quę contabuerunt imbecillitatis.Cauſę uero, q coctio bona non fiat, in uentre ciborum,neq; ſanguificatio in hepate.Et.n.membrũ utrũq; a craſſitudine dictorum corporum concalefactum iuuatur.Tantum igitur ubi contabuere offenduntur eorum operationes,quãtum integris ipſis iuuabantur.Qđ autem earum quas diximus partium tenuitas ad inferiores purgationes ſit periculoſa,manifeſtũ. Oportet enim omnia quę ſunt infra thoracem eſſe robuſta, ut bene purgationibus ſeruiant, alioquin magna incómoda pariuntur.Cur auté de ſolis inferioribus purgationibus fecerit mentionem,dignũ eſt quęrere.Superiores enim,hoc eſt p uomitũ,hiſ qui ita affecti ſunt,periculoſę.An has quidem tãq manifeſtas ptermiſit,illarum uero cómeminit,ut de quibus magis poſſet dubitari?Imum autem uentrem proprie nominat, et appellat parté uentris imã q umbilicũ,ac pudéda interiacet. Ita ut in hęc tria totum epigaſtriũ, ideſt locus ſupra uentré,diuidatur,in hypocódriũ,ideſt ilia,et umbilicum attinentia,et uentrem imum. .xxxvi.

q Vi ſalubritatem corporis habent, non abſq; ratione in euacuationibus cito exoluuntur. Contabeſcunt.n.non purgantur. Qui uero uitioſo utuntur alimento, ob malorum humorum ſuperabundantiam facile exoluuntur in purgationibus.Siue autem illud qđ exterius aſſumitur,ſiue qđ in corpore cótinetur,uitioſum alimentum nominet,uterq; ſermo ueritatem habet.Quoniam cibi uitioſi ſoleant ſanguinem gignere uitioſum.Sic ergo uitioſi dicuntur per relationem ad ſanguinem qui debet ex eis generari. .xxxvii.

n On cuiuſcũq; medicamenti aſſũptioné ſolet Hippo. medicationé nominare, ſed tali uocabulo in ſola utitur purgatione.Verũ is q prius ſcribitur aphoriſmus, caſum unum qui in ea fit manifeſtat.Cito.n.inquit exolui in purgatio

nibus qui corporis habent ſalubritatem. In hoc autem generaliori uocabulo de eiſdem oſtẽdit, inquiẽs. Hos difficulter ferre medicationem. Nam et uertigines, et tormina patiuntur, et difficulter his purgatio procedit, et prçterea celeriter exoluuntur. Fiũt autem hçc omnia purgante medicamento, proprium quidem attrahere humorem appetente, uel flauam bilem uidelicet, aut atram, aut pituitam, aut aquoſam ſuperfluitatem. Quia uero iſti non ad ſunt, ſanguinem colliquat, ac carnes, ut ex ipſis proprium attrahat humorem.

.xxxviii.

p ARVM deterior potus, aut cibus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus, eſt præferendus.

.xxxix.

ſ Eniores iuuenibus plurimum ægrotant minus. Qui uero morbi ipſis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.

.xl.

r Aucedines, et grauedines in ualde ſenibus coctionẽ nõ admittunt.

.xli.

q VI frequenter, ac fortiter abſq; cauſa manifeſta exoluuntur, de repente moriuntur.

.xxxviii.

n On ob id ſolum hoc eſt faciendũ, ut çgro gratificemur. Sed et quia utilius ipſi exiſtit. Nã quçcũq; cum uoluptate aſſumuntur iſta uentriculus amplexatur, et magis cõquoqt, ſicuti illa quç diſplicẽt refugit. Vnde et nauſeç, et flatus, et fluctuationes ſubſequuntur. Quod igitur i pluribus cibis bonos ſuccos habentibus fit, quando cum uoluptate aſſumitur cibus, qui paulo deterior, nõ modo, nõ manet deterior, ſed quandoque redditur melior.

.xxxix.

n On omnes ſeniores minus çgrotant q̃ iuuenes, neque enim omnes maiorem habent circa uictum continentiam, qui uero non habent, magis çgrotant, ut qui iuuenibus ſunt debiliores. Q d' uero plures ex morbis diuturnis ipſos ad mortem comitantur, clarum eſt, ſi quidem et uis eſt imbecillis quç neque morbos facile coquere poſſit, et omnes morbi diuturni frigidi ſunt, unde et magis ſenibus, q̃ iuuenibus accidunt. Omnes ſi quidem ſimilioribus morbis facilius corripiuntur.

.xl.

ſ I ſimul iunxerimus ambos aphoriſmos, utriuſque ſermo talis erit. Senes iuuenibus plurimum çgrotant minus. Quicunq; uero morbi ipſis accidũt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem. RAucedines igitur atque grauedines in ualde ſenibus coctionem non admittunt, ita ut hic aphoriſmus ſit ueluti Exemplum quoddam antecedẽtis. Neque enim hi ſoli morbi ſeneſ comitantur ad mortem, ſed nephritis, ideſt paſſio renum, podagra, morbus articularis, coxẽdicũ dolores, et quç laxiori, inteſtino, ac ſpleni, frigidç iſunt diſpoſitioneſ, et prçterea crebri anhelitus (quos grçci aſthmata nominant) tuſſes, gibbi, recuruationes, obliquationes, et quçcunque alia morborum genera ex frigidis humoribus ortum habent, quç in quibuſdam iuuenibus ne dum in ſenibus difficulter coquuntur.

.xli.

n ON Omnes qui exoluuntur de repente moriuntur, ſed ſi tres diſtinctioneſ adieceris. Vnam quidem primam, ut ſçpius hoc patiantur, ſecundam ut fortiter, tertiam ut ſine cauſa manifeſta. Nam mulier quçdam longum in balneo tempus commorata, frequenter exoluebatur ob temporis diuturnitatem, et quoniam balneo magna ex parte ligna ſuccẽdebantur uitiata, uerum non erat hoc morbi ſignum, cum cauſam haberet manifeſtam. Altera uero quam uteri affectus infeſtibant, hoc idem patiebatur. Quidam uero alter poſt longum ieiunium in balneo exoluebatur. Alteri autem, et ſi per horam lauabatur, idem accidebat, niſi prius aliquid panis aſſumpſiſſet. Quibus omnibus, aut debile erat, aut ſenſum plurimum habebat uẽtriculi os. Quicũq; uero ex nulla tali cauſa ſçpius, ac fortiter exoluũtur hi ob uirtutis animalis imbecillitatẽ hoc patiũtur, ſicuti et ille, cui dum exolueretur,

cor fortiter palpitabat, de repéte mortuus eſt, non aliter q̃ illi qui acutiſſimis cordis affectibus, quos ſyncopas uocant, arrepti, ſubito intereunt. .xlii.

IN apoplexiis totũ corpus ſenſu priuatur, ac motu, ſolus reſtat anhelitus, qui ſi et ipſe ꝓhibeatur, maxima ė, et acutiſſima hęc apoplexia. Quicunq; uero reſpirant qdẽ, ſed magna cũ ui, fortis adeſt iſtis apoplexia. Fortis aũt adeſt et illis, ſed minus, q neq; intentũ, neq; uiolentũ, inęqualẽ tamen, atq; exordinatũ, ac ꝑterea intermittentẽ habent anhelitũ. Sicuti in qbus aliquẽ ſeruat ordinẽ debilior exiſtit, et ſi oĩa fiãt q̃ ſunt neceſſaria, cito curatur. Oẽs autem apoplexię fiunt ui aĩali nõ potẽte defluere ad ptes infra caput exiſtentes, aut pp aliquã diſpoſitionẽ ſimilem iflãmationi, q̃ in ĩpo cerebro ſit cõſtituta, aut uentriculis ipſis oppletis humore pituitoſo, uerũ cãę magnitudinẽ, ét paſſiõis magnitudo cõſequitur. Magna aũt ex pte curationẽ nõ admittit pp reſpirationis lęſionẽ, et mirari licet quomõ oĩbus aliis muſculis motu carentibus in apoplexiis, illi q thoracẽ attolunt, q̃uis difficulter moueãtur, tamẽ plerũq;. Videtur aũt hoc fieri pp reſpiratiõis neceſſitatẽ q̃ neruorũ uim excitat ad opationẽ. Et ob hãc ipſam cãm magna ex pte muſculi oẽs i apoplexiis opantur thoracẽ mouẽtes, et ſi raro prius oẽs opabãtur, quẽadmodũ et i uehemẽtibus exercitiis anhelitus plurimuſ eſt neceſſarius. Verũ in apoplexiis, nõ ob id qđ ſit adaucta neceſſitas reſpiratiõiſ, ſed qa uis ė imbecillis, ideo oẽs muſculi thoracis ſimul cogũtur opari, quẽadmedũ et in aliis q cũ febre uires habẽt imbecilles, ob hanc ipſam cãm oẽs mouere coguntur ſe ipſos, in ſũmam effatu dignam ex omnibus opationem colligentes. .xliii.

SOLuere morbum, quẽ apoplexiam uocant, fortem, impoſſibile, debilem uero, non facile. .xliii.

STrangulati, ac diſſoluti, nõdum mortui, nõ referuntur, quibus ſpuma circa os fuerit.

OMnis ſpumę generatio ex duarũ ſubſtãtiarũ mixtiõe cõficitur. Altera ſpirituoſa, altera humida. Fit aũt earũ mixtio ambabus in multa pfractis, et multis mutuo cõplexu puiſ ampullis ab ipſis effectiſ. Cũ uero tenacẽ habuerit is q pfringitur humor cõſiſtẽtiã, quo ſpiritũ circũplectẽte, ampullas cõtigit generari, nõ facile diſſolubilis, ſed ſtabilis ſpuma pficitur, qualis maxime currẽtibus eqs, uel ira pcitis capris, circa os aggregatur. Ambarũ uero ſubſtãtiã cõfractũ, ac mixtionẽ facit nõnũq̃ motus uiolentus, uel utriuſq;, uel alterius tantum, nõnũq̃ uero et fortis calor, niſi et hunc dixerit quiſpiam ſpumam per motum operari. Verum homini ea quę manifeſta uidentur confectanti, tutius eſt duplicem dicere ſpumę generationem. Ventis quidem uehementioribus mare occupantibus propter ictum fortiorem, in lebetibus autem caloris ratione. Sic itaq; et in corporibus animalium, cum adſunt ex morbo comitiali, conuulſiones, uehementia motuum ſolet ſpumam generare. In capris uero calor, in curſibus autem equorum utraque cauſa uigorem habet. Nam cum continue per reſpirationes, aer intro, atque extra feratur, et ſaliua in ipſis extenuatur, et aliquid etiam ex pulmõe, inſtar uaporiſ effertur, qđ ſaliuę miſcetur, ac circumplicatur, unde factam ſpumę ſubſtantiam augeri contingit. Qui uero opinantur hanc ſpumam ex uentre prodire, deerrant. Neque enim fieri poteſt ut ſubito tota inde proueniat, cum neque eo tempore animal euomat, neque nauſeam ullam patiatur, circa quos caſus quicq̃ efferri ex uẽtre eſt impoſſibile, et multo magis fieri non põt, ut plurimus aliquis uapor efferatur eodem mõ quo in expirationibus, cũ nulla talis ex uẽtre ſubſtãtia efferatur, q̃lis e pulmone expiratur. Et ſane ſanguis qui quidẽ e pulmone educitur ſpumoſus, eſt ſimilis uiſceri. Qui uero ex uẽtre, neq; huic proximus eſt. Sed quę una cum ſanguine e pulmone educitur ſpuma ſubito ſimul, et cũ tuſſi educitur. Qui uero ex tali humore paulatim uapor exſpiratur, non excitat tuſſim. Vbi autem laqueus collo circundatur, neceſſe eſt quidem cordi, atq; pulmoni ut fuliginoſam exſpiret ſuperfluitatem. Hoc enim a nobis oſtẽſum eſt in libro de reſpiratione. Prohibente autem laqueo, totam uiolenter impellit, quo fit

ut pars propriç humiditatis una expellatur, eo modo quo fit in ſanguinis eductioni bus. Signum itaq; eſt exitiale quoniam pulmonis uiolentiam ſignificat, quã ſtrãgu lato patitur animali. Prçcipue uero hoc fieri ratiõabile exiſtit, ꝓpter eã quç ex cor de ad ipſum impellitur caliditatem, unde et caloris efferueſcentia, et motu ſpiritus uiolento, et uehementi pulmonis conatu ad educẽdũ, ſpuma ennata ſignum ẽ mor tale. Nõnulli tamen raro ſtrãgulatorum relati ſũt quibus ſpuma circa os apparue/rat, et forte Hippocrates nõ tanq̃ ſemper intereant, ſed contra rariſſime eueniat, ita pronunciauit, queadmodum et paulo antea oſtẽderat per alterum aphoriſmum, ita in quiẽs. Quibus iuuenibus al uus humida, his ſeneſcenti/bus exiccatur. Nam hoc i lo co magna exparte dicere ꝓ/termiſit, quod tamen uer/bum inſequentibus adiecit, ubi inquit. Quicunq; aluum humidam habent, iuuenes quidem, melius cõmutant his qui ſiccas habent, ad ſenectam uero deterius cõ mu/tant. Nam magna ex parte ſeneſcentibus exiccantur. .xliiii.

.xliiii.

q VI natura admodum craſſi ſunt, citi us intereunt, q̃ qui graciles. .xlv.

q VIcunque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maxime ætatis, et temporum, et locorum, et uictuũ quoque liberantur. .xlvi.

d VObus doloribus ſimul eundem lo cum infeſtantibus, uehementior, alte rum obſcurat.

e OS qui ex prima çtate craſſi ſũt, et graciles inuicem comparans, de craſſis pronunciat ꝙ cito ad mortem perueniunt, magiſq̃ graciles. Optimũ.n. bene carnoſum eſſe natũ, hoc eſt cõmoderatũ, ut neq; craſſitudo adſit, neq; gracili tas. Tales.n. poſſunt ad lõgam ſenectã perduci. Si uero a modo recedatur, melius eſt ut ad gracilitatẽ. Nã malus eſt ad craſſitudinẽ exceſſus, anguſtç.n. ſunt horũ arteriç, ac uenç, atq; ob id paucũ oĩo ſanguinẽ habent, ſpiritũue, adeo ut cũ çtate ꝓceſſerint cito ipſis, uel paruã ob cauſam calor natiuus deſtruatur. Graciles aũt hac q̃dem ra tione non periclitantur. Quia uero partes principales ita affectç ſunt, ut nullũ ha/beant munimen, a cauſis exterioribus prõpte offendũtur. Qui uero natura quidem mediocres erant, uerũ uictu delicatiore utentes poſtmodũ craſſi facti ſunt, his licet caro, atq; pinguedo adnatç ſint, uenç tamen, atq; arteriç latç conſiſtunt, atq; idcirco in eis calor natiuus minus obnoxius eſt extinctioni. .xlv.

m Orbus comitialis proximus quodãmodo ẽ morbo, quẽ apoplexiã appellãt, cũ idem locus i utroq; patiatur, et idem humor in eã ſit. Verũ apoplexia ob omnimodã carentiã illius potentiç, q̃ ad neruos defluit. Morbus aũt comitia lis pp motũ uitioſum generatur. Frigidus autẽ, et craſſus eſt humor ambobus, atq; idcirco adoleſcentiũ çtas calidã, et ſiccã habens tempaturã, maximũ affert auxiliũ, his qui morbo comitiali laborant, ſic et locorũ ꝓportionales mutationes. Dico autẽ ꝓportionales, quãdo ad calidiorẽ, ac ſicciorẽ cõmutatur, eodẽmõ, et uictuũ. Neq;.n. et horũ mutatio q̃libet morbũ ſoluit comitialẽ, ſed quç calidiorẽ, et ſicciorem cor poris habitum efficiũt. Cõtingit aũt et audire ſimpliciter uictus mutationem mor bo comitiali prodeſſe, quoniam magna ex parte uictus deprauatus paſſionem ge/nerat, unde et mutatio multo ad melius perducit. .xlvi.

ſ I qs eundẽ exq̃ſite audiat locũ, nũq̃ duo poſſunt in eodẽ fieri dolores. Si qs uero late, poſſibile ẽ. Dico aũt late circa mẽbrũ, manus ueluti, uel circa bra chiũ, uel cubitũ, aut femur, aut tibiã. Verũ hi duo dolores ſimul augent loci afflictionẽ, cũ neuter lateat çgrotantẽ. Si uero ſint in locis diuerſis, alter q̃dem, ſi ita cõtigerit, in cubito, alter uero in tibia. Tũc alterũ ab altero obſcurari cõtingit, cũ uis ſenſibilis tota ad uehemẽtiorẽ ducatur, ac diſtrahatur. Nã et hoc nobis i moero ribus ſolet accidere, qui ſunt et ipſi ueluti dolores quidam ſolius animi ſine corpo re. Nam et horum qui ſunt uehementiores occultant minores, ſi quidem nõ eadem ex re ortũ habeant, alioquin et illi ſeipſos coaugẽt. .xlvii.

p VS ex ſanguine ortum habet qui ſemimalam ut quiſpiam dixerit habet trãſmutationem. Nam mala ſimpliciter cum putrefactione fit olida, ſicuti quę ſimpliciter optima eſt ipſa nutritio partium animalis, at quę pus generat medium inter has obtinet locum, neque a ſolo calore extra naturam, neque a ſolo ſecundum naturam facta. Mixtus enim quodãmodo ex utriſq; eſt calor inflãmationis. Fit autem dolor extenta ſimul, ac calefacta pręter naturam inflãmata particula. Febres uero ſequuntur principio concalefacto, et hęc ambo cõtingunt ex quadam ueluti ebulitione, atq; exuſtiõe ſãguinis, qui ubi ex toto exuſtus fuerit, reſiduum eius fit pus, quẽadmodum ex lignorum exuſtione cinis, atque ideo tempore illo dolores ſedantur, ac febres, pręſertim cum pus fuerit excretũ, utpote iam conſumpta materia, extincta autem ignea calliditate. .xlviii.

xlvii.

d VM Pus cõficitur, dolores, ac febres accidunt magis q̃ iã cõfecto. xlviii.

i N Omni corporis motu ubi laborare coeperit, quieſ ſtatim laſſitudinem aufert. .xlix.

q VI conſueti ſolitos labores ferre, et ſi fuerint imbecilles, et ſenes, non cõſuetis, fortibus, atque iuuenibus, facilius ferunt. .l.

q VAE Ex longo tempore conſueta ſunt, et ſi deteriora ſunt, inſuetis minus moleſtare ſolent. Oportet igitur ad inſueta permutari.

u Erbum, laborare, ſignificat, et dolere, ſignificat autem et fatigari, et in utroq; ſignificato ſermo uerus é. Siue enim membra iam doleant ex multitudine motionum, ſiue ſint fatigata, ut uix iam agere aliquid poſſint, quies ſtatim laſſitudinem aufert. .xlix.

a Lius alii labor conſuetus eſt, huic curſus, uel alius aliquis motus per crura factus, huic uero manus certa mouere lege, ſiue quouis alio modo opari manibus, aliis fodere terram, uel remigare, uel arare, uel ſimpliciter q̃duis aliud agere. Differunt autem omnes iſti labores, quia uel plures, uel pauciores partes operantur, et quia uel magis, uel minus laboratur, hoc tamen omnibus cõmune exiſtit ꝙ partes exercitatę fiunt robuſtiores, atque idcirco labores conſuetos facilius ferunt. .l.

n ON de ſolis exercitationibus, hic ſermo eſt, ſicuti prior, uerum de omnibuſ ſimpliciter conſuetis hic aphoriſmus enunciat, cibis, potibus, balneis, illotionibus, uigiliis, ſomno, calefactione, frigefactione, curis. Horũ et.n. ſingula minus nocent, cum fuerint conſueta, his quę natura quidem minus noxia ſunt, ſed nũq̃ in conſuetudinem peruenerunt. Quod igitur ita ſe habeat in exercitatiõibus, ad partium quę operantur robur, refertur, ut antea diximus. In reliquis uero quo modo fiat iam dicemus. Cibi, ac potus naturam aduentitiam efficiunt, maxime quidem in uentriculo, cum hoc uero, et in aliis partibus. Nã et ſi maxime obtineantur, et tranſmutantur a corpore, ipſum tamen quodãmodo pro ſui natura diſponunt ita ꝙ proceſſu temporis multa fit permutatio, ac ſimilitudo nutritorum ad nutriẽtia. Hoc enim oſtenſum eſt a nobis, in libro de conſuetudinibus, oſtenſum eſt etiam ꝙ unum quodq; facilius a ſimilibus alteratur. Ob hanc igitur cauſam quanto ſimiliuſ factum fuit id qđ tranſmutat ei ꝙ trãſmutatur, citius alterat ipſum. Et quidem ab aliis omnibus quibus corpus adhęret quodãmõ afficitur, ueluti in aere frigido, ac calido, denſatũ quidẽ a frigido, laxatũ uero a calido, atq; ideo cõſueta facilius ꝑfert, ab inſuetis uero moleſtatur. Si.n. laxato corpori ob caloris adhęſũ repẽte frigus ſuꝑuenerit, et in imas eius ſtatim ꝑtes ſubintrat, et maxime offẽdit. Cã itaq; de oibus cõſuetis dicta eſt in libro de conſuetudinibus. Qđ uero expientia notum eſt, id iam noſcimuſ qđ ſolum ab Hippocrate ſcriptũ eſt, qui cauſam adſcribendã non cenſuit. Nos uero ad eiuſdem inuentionem aliquas dabimus occaſiones. Hęc igitur dicta

ſufficiant quantum ad primam aphoriſmi attinet partem. Quod uero in fine ſcribitur, in quo conſulit tranſmutari quodãmodo ad non conſueta, ſalubris gratia ſecuritatis, dictum eſt. Eſt enim unica tantum cõſuetudo periculoſa, cũ oẽs homines inopinatis rerum ſortibus ſubiiciantur, ne igitur incidentes aliquando repente in nobis inſueta, ſatius eſſe inquit omnia tentare. Fit autem hoc non inhærentibus nobis ſemper his quibus aſſueuimus, ſed et nonnũq̃ contraria tentantibus. .li.

.li.

p LVrimum, atque repente euacuare, uel replere, uel calefacere, uel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſum. Quoniam omne nimis eſt naturæ inimicum, ſed quod paulatim fit tutum eſt, tum alias, tum cum ab altero ad alterum tranſitus fit. .lii.

o Mnia ſecundum rationem facienti, ſi non ſuccedat ſecũdum rationem nõ eſt tranſeundum ad aliud, ſtante eo quod a principio uiſum eſt. .liii.

q VIcunque aluos humidas habent, ſi quidem iuuenes fuerint, melius commutant his qui ſiccas habent. Ad ſenectam uero deterius cõmutãt, nam ſeneſcentibus magna ex parte exiccant. .liiii.

m Agnitudo corporis iuuẽtæ quidem, neq; indecẽs, neq; illiberalis, ſenectæ uero iutilis, et deterior paruitate.

c Auſam ob quam plurimum, aut repente, euacuare, uel replere, uel calefacere, uel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpuſ mouere periculoſum ſit, ipſe oſtendit, inquiẽs. Omne nimium eſſe naturę inimicũ. Eſt enim natura in elementorum conſiſtens cõmoderatione, quare non abſque ratiõe nimiũ omne, ut qđ deſtruat cõmodorationem, una ſubſtãtiã animalis diſſoluit, qđ uero paulatim, ut inquit, implere. ſ. uel euacuare, et q̃ cũq; alia ſubinde dixit, tutũ eſt, tũ aliter factũ, ſed maxime cũ ab altero cui aſſueuimus tranſimus ad alterum, nam in antecedente aphoriſmo conſuluit, et ad inſueta permutari. In hiſce igitur ꝑmutationibuſ, qđ plurimum exiſtit, atq; repẽte, periculoſum ẽ ſatis, quod uero paulatim fit, tutum. .lii.

n On paruę eſt opus ſcientię non ꝑmutari ab his quę recte uiſa ſunt, et ſi nõdum manifeſta appareat utilitas ex his ſequi ad ea quę ita facta ſunt. Quẽadmodum enim in gutta ſubiectam petram percutiente uix longo tempore ſenſibilis paſſio in lapide manifeſtatur, ſic accidit etiam in crudis, et quę difficulter concoqui poſſunt diſpoſitionibus, in quibus cum recta ratio inuenerit id qđ cõducit, non diſcedit ab illo qđ primum faciẽdum exiſtimauit, etiam ſi nihil ex facto manifeſtum ſit ſubſequutum. .liii.

m Anifeſtus eſt hic aphoriſmus, et quicquid de eo dicere conuenit, prius eſt dictum in eo aphoriſmo cuius principium. Quibus iuuenibus uentres humidi ſunt, his ſeneſcentibus exiccantur. .liiii.

m Agnitudo corporis proprie quidem nominatur, quę longitudine, latitudine, profunditate moderantiam exuperat. Iam uero, et qđ lõgitudine ſola amplius auctum ẽ corpus, ſolemus magnum nominare. At qui huic proprium nomen eſt longum, nam et aliquando qđ ſecundum latitudinem, ac profunditatem ultra modum corpus eſt auctum, dicunt eſſe magnum, quãuis et hoc craſſum proprio uocabluo nominetur. Si igitur magnitudinem corporis in proprio ſignificato Hippo. dixit, nihilo deterior eſt in ſenectute, q̃ paruitas. Si uero uel longitudinem corporis, uel craſſitudinem intellexit, hę deteriores, atque inutiliores ſeneſcentibus ſunt. Verum neque craſſitudo eſt iuuentę decens, neque liberalis. In ſola ergo lõgitudine q; ſit iuuẽtę liberalis, ſenectę uero inutilis, uere diceretur. Ex hac enim ſen[illegible]ſcẽtes gibbi ſiũt, et uix poſſunt onus perferre, quod Hippo. inutile dixit.

i N TERTIO HOC IN APHORISMOS HIPPocratis commentario, eorum quę de temporibus,atq; ętatibus,ab Hippocrate ſcripta ſũt,expoſitionem faciemus,maxime quidem quicquid eſt in ipſis obſcurum de/clarantes. Hoc.n.eſt proprium expoſitionis opus. Verumtamen ſingulis etiam quę recte dicta ſunt demonſtrationem apponentes, quoniam et hoc fieri in cõmentariis conſueuit.Miror autem hoc loco et Lyci inęqualitatem, ſcribentis quidem(ut ipe ait) expoſitiones Cointi pręceptoris.Nulli autem eorum quę de temporibus,et ętatibus dicta ſunt,ꝓbationem demonſtratiuã apponentis, ſed ad expiẽtiam, et obſeruationem omnia re/ferentis, cum tamen ipſe in aliorum aphoriſmorum ex/poſitiõibus rationalem adhibeat conſiderationem, de ea quę in ipſis continetur ueritate,non ſola contentus experiẽtia. Quod uero ſola experientia nõ ſufficiat ad talem cõtẽplationẽ aggregandam ipſe Hippocrates oſtendit. Hoc et in proceſſu ſermonis oſtendetur. .i.

## GALENI IN HIPPOCRATIS aphoriſmos liber tertius,interprete Nicolao Leoniceno.

.i.

m VTATIONES TEMPOrum potiſſimum pariunt morbos, et in quibuſdam temporibus magnæ mutationes,aut frigoris, aut caloris,et alia pro ratione,eodem modo. .ii.

n ATurarum,hæ quidem ad æſtatem, hæ uero ad hiemem bene, maleue ſe habent.

m VTATIONES TEMPORVM. Nõnulli exiſtimant dici quibus inuicem cõmutantur,quaſi ſucceſſiones diceret. Nã hieme in uer cõmutata fit dictorũ morborũ generatio,de qbus ipe deinceps loqtur.Vere.n.furores,atrę bileſ, et morbi comitiales.Vere rurſus i ęſtatẽ deſinẽte qđ ẽ initiũ ęſtatis,Febres cõtinuę inquit, et tertianę,et ardẽtes,et q̃ ſubide cõnumerauit.Et de auctũno,atq; hieme ſimiliter ſcripſit,ut inqunt illi qui pro eodẽ accipiũt mutationes,et ſucceſſiones. Verũ id uerbũ,potiſſimũ,qđ ſermõi adiectũ ẽ aphoriſmi,hãc expoſitionẽ nõ admittit. Nã nõnũq̃ tẽpora inuicẽ cõmutãtur, et ſicuti qdã morbi ex ea cõmutatione generãtur,eodẽ mõ ẽt ſoluũtur,et hoc ipſe Hippo.dixit.Quare nihilo magis ſucceſſiõeſ tẽporũ pariũt morbos,q̃ ſoluũt.Quomõ igitur nõ ſat fuit ipi dicere.MVtationes tẽporũ pariunt morbos,ſed et,potiſſimũ,addidit.Melius itaq; fuerit ob hanc adiectionẽ ꝑmutationes tẽporũ intelligere eas q̃ fiunt ſecũdum illorũ tẽperaturas alteratiões, Hę ſi quidẽ ſunt q̃ potiſſimũ generant morbos quãdo multę,alia poſt aliã,fiunt alterationes,queãdmodũ in Epidemiis ſcripſit, et nũc ẽt paulo poſt dicet.Si uero unius tẽporis ſolius alteratio efficit morbos aliquos,non tamen potiſſimũ. Quãdo igitur fiunt morbi potiſſimũ ex uniuſ tẽporis alteratione?quãdo cõtigerit magnã eſſe alterationẽ,et ob hanc cãm ipſe inqt.Et in qbuſdã tẽporibus magnę mutationes,uel caloris,uel alicuius alterius rei,ueluti humiditatis,ſiccitatis,aut uẽtorũ,aut horũ de/fectus. Hęc igitur expoſitio recta eſt in iſta ſcriptura. Inuenitur tamẽ et alia ſcriptura q̃ ita ſe habet.Mutationes tẽporũ pariũt morbos,et maximos.Potiſſimũ aũt et in qbuſdã tẽporibus magnę mutationes.Quę ſcriptura nullã habet obſcuritatẽ,his ꝓſertim q ea audierũt,quę a me ſtati antea dicta fuerũt. Sunt uero et alię ſcripturę idẽ dicentes,quas intelliges,atq; ꝓbabis,ſi illa q̃ diximus aiaduerteris. .ii.

n Aturas hoc in loco dixit Hippo.ſecũdũ principalliſſimũ,et ꝓpriũ ſignificatũ qđ ſecũdũ ipſam maxime ſubſtãtiã naturę eſt. Dicebamus aũt in ꝑcedentibus ipſã eẽ tẽperaturã quatuor elemẽtorũ,humidi, ſicci,calidi, et frigidi. Et quidẽ oſtenſum a nobis ẽ in libris de tẽperaturis.Vna quidẽ tẽperatura bene tẽperata,atq; optima.Male aũt tempatę,et uitioſę numero octo,quatuor qdem ſecũdũ qualitatẽ excedentem,quatuor uero alię ſecundũ duas. Secũdum unã quidẽ calida,

325

et frigida,ſicca,et humida.Secundum duas uero calida et ſicca,humida et calida,et frigida et humida,et frigida et ſicca.Ad ęſtatem quidem frigidę et humidę naturę optime afficiuntur.Ad hiemem uero calidę et ſiccę, ſicuti et male afficiũtur calidę et ſiccę ad ęſtatem,frigidę et humidę ad hiemem.Perfectiſſimę quidem igitur na/turę huiuſcemodi ad dicta tempora optime,ac peſſime afficiuntur.Mediocriter aũt quę quouismodo ex temporibus,uel iuuantur,uel offenduntur, ſicuti humida, et calida ęſtate, et hieme, quoniã ęſtate quidem quatenus hu/mida eſt,meliuſ afficitur,hieme uero contra,quatenus calida. .iii.

.iii.

m ORbi quoque alii ad alia bene, uel male ſe habent,et quædam ætates ad tẽpora,et loca,et uictus genera. .iiii.

i N Temporibus,quando eadem die modo calor,modo frigus fit, auctumnales morbos expectare oportet. .v.

b AVſtri auditum hebetantes, caliginoſi,caput grauantes,pigri, diſſoluẽtes.Quando huiuſcemodi tempeſtas prævaluerit talia in morbis patiuntur. At ſi aqlonia fuerit, tuſſes,fauces,alui duræ,difficultates urinæ,horrores,coſtarum dolores, et pectoris. Quando hæc tempeſtas prævaluerit talia in morbis expectare oportet.

e XOrdinato quodam interpretandi gene/re mihi uidetur uſus Hippocrates in hoc aphoriſmo. Nam melius utiq; ita dixiſſet.Morbi et ętates,alii ad alia tempora,et loca, et uic/tus genera bene, maleue ſe habẽt. Morbi igitur bene ſe habẽt, ad tempora quidem, ut ad generationem ſimiles, ut ad ſolutionem uero cõtrarii. Nos.n.de hoc ipſo determinauimus in expoſitione illius aphoriſmi cuius initiũ eſt.In morbis minus periclitantur.Aetates autem,quẽadmodum et naturę,Frigidę quidem ad calida,Calidę uero ad frigida.Senum quidem ad ęſtatem,iuuenum uero ad hiemem.Eadem ratione et ad loca,non morbi tantũ,ſed etiam ętates afficiuntur. Nam morbi calidi in locis calidioribus magis generãtur,et minus ſunt periculoſi, et magis ſanę ſunt in frigidis regionibus ętates calidiores,et in aliis proportionaliter.Sic uero et ad uictus genera,alii ad alia bene maleue ſe habent morbi,et ętates. Nam calidiores ad frigidiores, frigidiores uero ad calidiores, et ſicciores quidem ad humidiores,humidiores uero ad ſicciores bene ſe habent, et ut ſimpliciter dixerim contrarii quidem ad contraria bene.Similes autem ad ſimilia male,pręterq̃ ſi ętas temperata,et uictui,et regiõi,et loco temperato comparetur,hoc .n. ſolo modo ſimiles a ſimilibus bene afficientur. Quę uero plus a temperie receſſerũt ętatis,ſecundum temperaturam contraria loca,et tempora,et uictus genera conferunt ma/gis.Cum uero omnes morbi a temperie,et modo recedant,generatio quidem a ſimilibus locis,atq; temporibus,ſolutio uero a contrariis fit. .iiii.

c VM ratione fit hoc.Neq;.n.appellationes temporum cauſę morborum ſunt, ſed tẽperaturę.Cũ igitur ipſę cõuariãt,neceſſe ẽ et morbos cõuariari. .v.

í D Quidem qđ fit,declarauit,inquiens.Hauſtri auditũ hebetantes,caliginoſi,caput grauantes,pigri,diſſoluẽtes. Cauſam autem adſcribens ob quã,ubi hęc tempeſtas pręualuerit,talia in morbiſ patiũtur.Semper ſiquidem oportet medicum diſtinguere,et ſeparare id qđ ex cauſa extrinſeca fit,et nõ morborum ratione ut ꝓcognitiones faciat diligentiores . Cauſam uero ob quã hauſtri reddant auditum grauiorem,et uiſum caliginoſum, non eſt difficile ex eius temperatura cognoſcere,quę calida,et humida natura eſt. Omnia et.n.talia ſũt apta replere caput. Ob hoc igitur et ſenſuum inſtrumenta plurima implent humiditate, et capitis grauitatem efficiunt.Principio aũt neruorũ humectato,neceſſe eſt et circa uoluntarios motus pigriciam euenire,et ueluti in ſe ipſo diſſolutum hominem apparere. Cõtra uero in aquiloniis,ut ipſe inqt iferius,corpora fiũt robuſtiora,uegetiora,et ad motus promptiora,et melius audientia.Nunc uero hęc nõ oppoſuit his quę ex hauſtro

circa corpus contingunt, quoniam in hoc aphoriſmo de lęſione tantũmodo,quę ex utroq; accidit uento,tractare propoſuerat,ut hęc cognoſcentes ab illis ſeperemus q̃ ex morborũ natura contingunt.In aquiloniis igitur (ut inquit) fiũt tuſſes,pp uide licet inſtrumẽtorũ reſpirationi obſeruientiũ intempiem,et pp fauciũ aſperitatem, de qua nobis inſinuauit adiungens uerbũ illud,fauces,ut ſubintelligeremuſ,patiun tur.Nam ſolet hoc mõ loqui aliquãdo.Paulo poſt igitur inquiet.Auctumno et pluri mi ęſtiuorũ,et febres quartanę,et erraticę,et lienes. Licet aũt et ſimul duo coniungentes legere, fauces alui durę,ut nõnulli expoſitores legendum exiſtimarunt. Nam fauces in aquiloniis conſtitutiõibus apparẽt durę quoniam exiccantur, ac refrigerantur ,et uẽter inferior dura excernit, et pp temporis cõſtitutionis tẽpaturã quę uergit ad ſiccitatẽ toto corpore exiccato, et magis ipſo ad ſe ipm trahente eaſ q̃ fiũt ex cibis humiditates. Sed et alia ratione,quoniã ſi longiori tempore maneant,et non excernãtur,omnia humectantur. Vrinę etiam accidunt difficultates,ueſica flatu aquilonis ob frigiditatem offenſa.Eſt.n.exãguis,et ppea ex cauſis frigidis,pluſq̃ alię partes,ipſa eſt offenſioni parata. Eadem aquilonis frigiditas etiam thoracis dolores efficit,cõmuni etiã et ad alias partes lęſiõe,et illã quoq;, quę fit ex reſpiratione aſſumentis,quę nõ pari modo pulmonem attingit, et cor,ob ſui caloris multitudinẽ.Homines uero horridos fieri in aquilõiis conſtitutionibus, clarũ eſt,cõſentaneę uidelicet aeris ambientis temperaturę.

.vi.

q VAndo æſtas fit ueri ſimilis,ſudores in febribus multos expectare oportet.

.vii.

i N Siccitatibus febres accutæ fiunt, et ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit cõſtitutionem, tales plurimũ morbos oportet expectare.

.viii.

i N Conſtantibus temporibus, cum tempeſtiue tempeſtiua redduntur, morbi conſtantes, et boni iudicii fiunt, in inconſtantibus autem, inconſtantes, et mali iudicii.

.vi.

q Vẽadmodum paulo antea dicebat.Q uando die eadem,aliquando frigus,aliquando calor accidit,morbos auctumnales expectare oportet,ſic nunc rurſus.Q uãdo ęſtas fit ueri ſimiliſ,hoc eſt temperaturam habet cõmoderatam, expectare,inqt,oportet multos ſudores in febribus,et hoc non ſine ratione.Neq;.n. ſine aeris ambientis calore multi ſudores fieri poſſunt,neq; abſq; hoc,q̧ aliqua humiditas in corpore contineatur. Horum uero alterum eſt in ęſtate, alterum uero in hieme.Auctumno uero neutrum,uere autem utrũq;.Rationabiliter igitur ęſtaſ quidem arida,ſatis abſumit,atq; reſoluit humiditatem. Similis autem ueri ob caliditatẽ quidẽ attrhait ad cutim,ob humiditatẽ uero nõ poteſt p̃ modũ uaporis reſoluere. Tota igitur ſimul humiditas in morborũ iudiciis expulſa ſudores facit.

.vii.

n ON multas ait febres in ſiccitatibus fieri, ſed acutas, quoniam paulo poſt inquiet.Cõſtitutionũ aũt anni,ſicca tempora,pluuioſis ſunt ſalubria magis, et minus mortifera,et his adiungens rurſus inquiet.Morbi in pluuioſis tẽporibus,magna ex parte fiunt febres longę. Nõ abſq; ratione.Nam aeris ambientis humiditas pituitoſos acceruat humores, et non paucas generat aquoſas ſuperfluitates.Siccitas uero,pauciores quidem humores efficit,ſed qualitate biliofiores, et ob hanc cauſam febres numero quidẽ ſunt pauciores,his q̃ fiũt in tẽporibus pluuioſiſ, ſed acutiores.Q uę uero deinceps in aphoriſmo dicũtur,manifeſta.

.viii.

c Onſtantia tẽpora nominat q̃ ordinatim ſuã recipiunt tẽpaturã. Q uẽ uero cõſtantẽ appellet annũ,tibi licet diſcere ab ipſo in libro de aqua, aere,locis, et regionibus,ita dicente.Si quidem pro ratione facta fuerint ſigna huiuſce modi in ortibus,et occaſibus ſiderũ,et in auctumno,ſi aquę deſcẽdunt,et hiems mediocritatem ſeruauerit,neq; ualde ſerenus, neq; frigore excedens. Et uere aquę euenerint tempeſtiuę,et ęſtate,ſic par eſt annũ fore ſalubriorem.Poſtq̃ igitur qualis de

beat eſſe conſtans annus didiciſti facile,eſt etiam inconſtantem intelligere. Omnia
enim quę non ſeruant ſecundũ aliquid anni conſtantis ductum,ea nunc Hippocra-
tes inconſtantia uocat,et eos qui in ipſis accidunt morbi,ſimiliter appellat.Ait au-
tem,et ipſos difficulter,hoc eſt male,iudicari. Vel enim cũ caſibus piculoſis iudicia
in his morbis eueniũt,uel ſtati ſunt pnicioſi,uel oío faciũt recidiuá. .ix.

.ix.
VCTumno morbi acutiſſimi, atque
a exitiales,maxima ex parte. Ver uero
ſaluberrimũ,et minime exitiale. .x.
a VCtumnus tabidis malus. .xi.
E Temporibus, ſi quidem hiems ſic
d ca, et aquilonia fuerit, uer uero plu
uioſum,et hauſtrale,neceſſe é,æſtate
febres acutas, et lippitudines (græci ophthal
mias uocãt) et inteſtinorum difficultates,præ
cipue uero mulieribus, et uiris q natura ſunt
humidiores,

c VM tempora conuenientem ſeruant totam temperaturam, inter ipſa uer eſt
ſaluberrimum,ut qđ bonam
habet temperaturam. Mor-
bos autem acutiſſimos, atq;
mortiferos,aliorum tempo-
rum cóparatióe auctumnus
afferet,quãdoquidem uer té
perié habet. Auctumno ue-
ro hoc ĩprimis ineſt,ꝙ eadé
die aliquando caloré, aliquã
do frigus continet . Deinde
ęſtiuum ſubſequitur tépus,
inquo multis quidem humo
res affati ſũt.Q uibuſdam ue
ro et uires ſũt debilitatę.Nó
ſolũ uero hac ratióe auctũ-
nus malus é, ſed ét quia prí
mum quidé humores mouebantur ad cuté,atq; difflabant, auctumno uero ab aeris
ambientis frigiditate truduntur,atq; ad interiora impelluntur,hęc quidem omni-
bus hominibus cómunia ſunt. His uero qui nullo uictu utuntur ex ſuperabũdanti,
fructus accedũt,qbus abũdáter repleti,malorũ humorũ multitudiné generát. .x.

Amnauit quidé et aliter auctumnũ in antecedente aphoriſmo.Nunc autem
d prçcipue nocenté tabidis rurſus uituperat.Vtrũ uero illos ſolũ nominet ta-
bidos quibus pulmo eſt exulceratus,uel omnes quomodocũq; tabefactos,nó
poſſumus coniectari.Liquet aũt utriſq; auctumnum eé malum,cum ſit ſiccus,ſimul
ac frigidus,et inęqualis. .xi.

E alteratione,quę in téporibus fit,hic docet,ab hieme ſicca,et aquilonia ini
d tium ſumés. Vere aũt pluuioſo, et hauſtrino.Paruę igitur tales mutationes,
pręter naturá tamen,quapropter et ad ęſtatem ſequi ait hos morbos,febreſ
acutas,et lippitudines,et inteſtinorum difficultates. Cauſam uero ob quam ſupabũ
dant in tali conſtitutione huiuſcemodi morbi, ipſe explicauit in libro de aquis, de
locis,et aere.Verba autem eius ſe habent in hũc modũ.Si autem hiems quidé ſicca,
et aquilonia fuerit,uer uero pluuioſum, et hauſtrale,neceſſe eſt ęſtaté febribus abũ
dare,et lippitudines,et difficultates inteſtinorũ aduenire,quando.n.ęſtate ſtrangu-
latio repéte ſuperuenerit, et terra madida ex pluuiis uernalibus,et ab hauſtro fue
rit,neceſſe eſt,ęſtum duplicari,et a terra madida,atq; calente,et a ſole comburente,
non cóſtantibus hominũ uentribus,neq; exiccato cerebro. Neq;.n.poſſibile eſt tali
uere exiſtente, non inflãmari corpus, ac carnem, unde febres accidunt acutiſſimę,
tum reliquis omnibus,tum pręcipue pituitoſis.Difficultates uero iteſtinorũ mulie
ribus, et uiris humidioribus conuenit fieri . Hęc quidem Hippocrates in libro de
aquis,et locis, et aere dixit. Nos uero latius eius ſermoné explanabimus, et primũ
quidem ob quam cauſam,neq; in hieme, neq; uere per talem cóſtitutionem dixerit
uulgari morbos.Atqui in ſecundo Epidemiarũ,in ipſo tépore uitiato,ait,apud Cra
nonem factos eſſe carbones.Verba auté eius inibi hęc ſunt.Pluebat in ęſtibus aqua
ruente per totum,fiebant autem hauſtro magis.Manifeſta igitur ex hiſ quę dixerat
cauſa,ob quam apud Cranonem facti ſint ęſtate carboneſ.Neq;.n.paulatim mutauit
temperaturam, ſed ad talem peruenit cóſtitutionem,in qua facile putrent quęcũq;
naturam habent,ut putreant. Habiles enim ſunt humiditates modum excedétes ad
putreſcédum.Nam (ut ipſe inquiet)morbi in temporibus pluuioſis fiunt magna ex

parte febres longę,et alui fluxus,atq; putredines, adhuc autem magis in his quę calidiſſima ſunt.In unum itaq; conuenientibus adeo fortibus,atq; imoderatis diſpoſitionibus,ueluti in Cranone, tempus ſecundum corpus non expectat, uerum anticipat in priore plurimum offendi.Per hiemem uero ſiccam,et aquiloniam, corpora q dem tali modo afficerentur,qualem ipſe dixit per hęc uerba. Si uero aquilonia fuerit,tuſſes,fauces,alui durę, urinę difficultates, horridi dolores laterum, pectorum, non tamen effatu dignus morbus adcreſcet, nam et alioquin ſicciores temperaturę ſunt ſalubriores. Ex toto.n.ait ſiccitates pluuioſis temporibus eſſe ſalubriores, et minus mortiferas.Hiemę uero aquilonia, ac ſicca,nocebit quidem rectis ſtantibus hominibus, ad tuſſes,et alui ſuppreſſionem,et difficultatem urinę, atq; dolores locorum ad thoracem attinentium,non tamen febres,uel difficultates inteſtinorum,aut tale quiddam operabitur.Cur autem neq; in uere pluuioſo,atque hauſtrali exiſtẽte morbi uulgantur? quoniam anteceſſit hiems frigida,ac ſicca.Ipſe uero dixerat nõ ſimpliciter pręſentes conſtitutiones fore conſiderandas, ſed ex qualibus,ad quales ue fiant permutationes exiccatum. Itaque corpus per hiemem cuius ſicca, atque aquilonia fuit temperatura non modo nihil ex uernis pluuiis patietur, ſed potius aliqua ex parte iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatẽ. Si uero totum uer humidum fuerit ad contrariam ducetur corpus conſtitutionem,tranſcẽdens illam, quę medium tenet,mediocritatem. Quare ęſtas ſubſequens paratũ excipiet offenſioni,cum terra adhuc humecta ſit,atque ob hanc cauſam ſtrangulationem efficiet, utpote eteſiis nondum potentibus flare. Nam illi poſtea, et poſt Canem flare incipiunt. Quare totũ tempus medium habebit febres acutas propter caliditatem, et humiditatem,humoribus in corpore putreſcentibus, nec non lippitudines, et difficultates inteſtinorum,pro aptitudine partium quę offenſionem recipere natura aptę ſunt.Alię enim aliis magis,alię minus paſſibiles ſunt, ſecundum corporum temperaturas.Nam lippitudines fere omnes infeſtant repleto capite,quibuſdam exceptis quibus oculi pręualidi ſunt. Difficultates uero inteſtinorum eos qui naturas humidas habent, et mulieres,hę ſi quidem uiris ſunt humidiores. Si igitur totam conſtitutionem,tanq̃ noſtra putrefacientem corpora, damnamus,liquet ꝙ putredo magis humidis adueniet corporibus. Ipſum ſi quidem humidum quod in noſtris putret corporibus,quędam ueluti materia eſt a ui caloris patiens, humiditas uero ambientis aeris,quatenus exiccari non ſinit humorum in corpore ſuperabundantiam, eatenus adiuuat uim putrefacientem.Nihil itaque mirum ſi in talibus conſtitutionibus plus offenduntur naturę humidiores, et propterea ait, febres pituitoſis magis aduenire, hi ſi quidem neceſſario ſunt humidiores. Manente igitur putredine in corpore,febres fiunt.Si uero per uentrem euacuetur,difficultates inteſtinorum. Et hęc per totam ęſtatem cõtingent, niſi fiat circa Canis ortum permutatio,de qua ipſe in libro de aquis, locis,et aere tranſegit,poſt uerba paulo antea ſcripta,poſt illa uidelicet. Difficultates autem iteſtinorum par eſt fieri mulieribus,et uiris humidiſſimis.Nam ſermonem continuans,ſcribit in hunc modum. Et ſi quidem ſuperuenerit circa Canis ortum aqua, et hiberna tempeſtas, et eteſię perflauerint, ſpes eſt quietis,et ꝙ auctumnus ſalubris erit. Alioquin periculũ eſt ne pueri moriantur,et mulieres,minime uero ſeniores,et ne qui euaſerint, i quartanam finiãt,et ipſa quartana in aquam intercutem terminetur.Verum de his quę adiecit in libris de aqua, et aere,et locis,cum librum illum exponemus,diligentius conſiderabimus. De his uero quę in pręſenti aphoriſmo proponuntur, ſufficienter eſt dictum, excepta una dictione,ex neceſſitate,quam non ſolum appoſuit in aphoriſmo, ſed etiam in libro de aquis,locis, et aere, oſtendens per eam,ꝙ rei natura perſuaſus, et non ex aliqua obſeruatione,iſta notauerit.Quotiens igitur uerifimile ſit ipſum uidiſſe talem conſtitutionem,uel quot in locis,nunquid bis,uel ter,uel quater. Sed neque ſi ſępius inquias,poſſumus dicere ꝙ ita ſemper erit,ſicuti neque ſi ex medicina aliqua uideriſ purgatos ſex,uel ſeptem homines,iam dicere certe poteris quod omnes poſt hac homines ſimiliter purgabũtur.Quare pro manifeſto relinquitur ꝙ rei naturam Hippocrates ſequens,et non aliquam obſeruationem,ita ſcriptitauerit.Neceſſe eſt ęſta-

te febres acutas,et lippitudines,et difficultates inteſtinorum fieri. .xii.

Ontrario modo ſe habet temperatura duobus quę·i priore aphoriſmo ſunt
c dicta temporibus,ad illas quę in iſto dicuntur. Qualis enim erat hiems pri mum in illo,tale nunc eſt uer.Quale aũt eſt in illo uer,talis nunc eſt hiems. Quod igitur non erat in illo neceſſarium,in uere morbos uulgari uehementes,ſuffi cienter dictum eſt.Nunc autem ꝙ hieme humida quidem, ac calida facta, uere au/tem frigido, ac ſicco,neceſſa rium ſit in ipſo uere homi/nes ęgrotare, eſt demonſtrã dum. Mulieres itaque qui/bus partus ad uer, ex qua/cunque abortiũt occaſione, corpora ſi quidem humida, ac mollia,et laxa facta,hieme ſerena ad intimas ſui partes aeris ambiẽtis frigiditatem facile admittunt. Ita ꝙ qui/cunque infantes longo tem/pore calori ſunt aſſueti,per cuſſi uehementer a frigore, non abſque cauſa,hi quidem

.xii.

I Vero hiems hauſtralis,et pluuioſa,
ſ et ſerena fuerit. Ver autẽ ſiccum, et aquilonium,mulieres quibus partus ad uer ineſt, ex quacunque occaſione abor/tiunt,Quæ uero parient,imbecilles, et morbi dos iſantes pariunt. Quare uel ſtatim intere unt,uel tenues,et ualitudinarii uiuunt. Cæte ris uero mortalibus,difficultates inteſtinorũ, lippitudines ſiccæ fiunt.Senioribus autem de ſtillationes quæ cito interiment.

iã mortui in ipſo utero ſunt,hi uero in ipſo partu morientur. Qui uero uiui in lu cem eduntur non ferentes ſubitam ad contrarium trãſmutationem, uel breui poſt tempore moriuntur, uel exiles,atq; inſalubres creati,uix in uita perdurãt. Aliis ue ro ceu pituitoſis, ac mulieribus,difficultates inteſtinorum,aĩt accidere,ex pituita a capite ad uentrem defluente, hunc enim humorem par eſt in dicta conſtitutione plurimum generari, hieme quidem capite repleto. Subito autem refrigerato circa ueris initia,quoniam cerebrum natura aptum eſt ad generandas pituitoſas ſuper/fluitates. Cum enim refrigeratur,non poteſt alimentum conuincere.Ineſt autem et hoc pituitę generationi. Quę enim a forti fit frigiditate, acida euadit .Quę uero a caliditate replente caput,ſalſa.Sicuti et quę a pauca fit frigiditate, uel paucam ha/bet dulcedinem,uel nullam manifeſtam qualitatem.Ea igitur quę fit in pręſenti cõ ſtitutione pituita,propter eam quę eſt in hieme caliditatem,ſalſa erit,et hac ratio/ne maxime difficultatem inteſtinorum generabit, quando longiori tempore mor/dens,atque abradens inteſtinum offenderit. Vt enim illa quę propter lentorem in/ter exeũdum,in inteſtinis retineatur,et tardet,et ſemper ipa detergat,propter qua litatem facit inteſtinorum difficultatem.His autem qui natura calidi ſunt, ac bilio ſi,inquit ipſe Hippocrates lippitudines ſiccas accidere, ſic autẽ uocat eas quę ſunt ſine fluxu. Par autem eſt calidis,ac ſiccis naturis in ſicca, ac frigida conſtitutione, quę calidam,atque humidam excipit,tales lippitudines fieri. Caput enim prius re pletum eſt in calida,atque humida conſtitutione. Frigus autem ſuperueniens,uelu ti manus quędam extrinſeca capiens, ac premens,quandam uti ſpongiam cerebrũ exprimit illam quę in ipſo continetur humiditatem. Hęc uero delata alias ab uno loco ad alium,ex his qui faciles ſunt ad patiendum, multos generat morbos, atque ita his qui oculos habent natura imbecilles,lippitudines accidunt. Nihil uero ex ipſis efluet ad extra,propter aeris ambientis frigiditatem denſantis ſuperficiem exteriorem. Quod uero Hippocrates ipſe hęc omnia quę diximus ad cauſas refe/rat antedictas,manifeſtum ex his quę ſcripſit in libro de aqua,locis, et aere,in hęc uerba. Pituitoſis itaque par eſt difficultates inteſtinorum aduenire, et mulieribus pituita a cerebro defluente,propter naturę humiditatem. Bilioſis autem ſiccas pi/tuitas ob carnis caliditatem,ac ſiccitatem. Quod uero ſcribitur circa finem apho riſmi.Senioribus uero deſtillationeſ quę ſubito interimant,ipſe in libro de aqua,lo cis,et aere per hęc uerba ſcripſit. Valde autem ſenibus deſtillationes propter rari

tatem,et uenarum colliquationem, ita q repente interimit quoſdam, quoſdam ue/ro contingit dextra, aut ſiniſtra parte ſtupidos fieri. Per hęc uerba uidetur Hippocrates, nõ quas cõmuni uocabulo deſtillationes conſueuimus nominare,quę ſcilicet ex capite fiunt ad pulmonem per aſperam arteriam,ſed omnes quę feruntur fluctiones per uenas a capite ad partes inferiores, quare et cito interimentes, bene uidetur adiectum, quoniam hę uelociter terminantur, cum alię diutius perdurent. Quidam uero expoſitores p deſtillationes audientes,illas quę a capite ad pulmonem fiunt per fauces, et arterias, cum negatione,non, hũc ſcribunt ſermonem, hoc modo, non cito interimẽtes. Et recte quidem. Neq; enim frigidę fluctiones in ipſis concoquuntur ob ętatem. In quibuſdam uero exemplaribus ſcriptum eſt.Cito interimentes,quoniam et in libro de aqua,locis,et aere.Ipſe inquit.Ita q repente intereunt. .xiii.

.xiii.

SI Vero æſtas ſicca fuerit, et aquilonia, auctumnus uero pluuioſus, et hauſtralis, dolores capitis ad biemẽ fiunt,et tuſſes, raucedines, atque grauedines, quibuſdam autem et tabes.

EAndem temperaturam nunc ſimul poſuit ęſtati,et auctumno, quam et paulo antea dixit de uere,atque hieme,cum ita dicebat. Si hiems ſicca, et aquilonia fuerit,uer autem pluuioſum,et hauſtrale. Verum ibi quidem in hac ęſtatis conſtitutione dixit febres acutas,lippitudines, et difficultates inteſtinorum fieri.Nunc uero hieme dolores capitis,tuſſes,raucedines,atque grauedines.Nõ autem uel ibi adiecit ęſtiuam conſtitutionem,uel hic hibernam, ut qui utrunque tempus ſuam ſeruare temperaturam ſuppoſuerit.Si.n.et in his altera aduenerit aeris ambientis itemperies,erit aliquis propter illam a prędictis diuerſus eius morbus, pro priuſ intemperiei.Verum in illa quidem cõſtitutione,qua dixit hiemem fieri ſiccã, et aquiloniam,uer autem pluuioſum,et hauſtrale, ipſe ſubiecit cauſas ob quas tales morbi ęſtate fiunt in libro de aere,locis,et aquis. In pręſenti uero conſtitutione,nihil dixit in illo.Nã poſt duas antea ſcriptas conſtitutiones.Alteram quidem in qua hiemem aquiloniam,et ſiccam uult fieri,uer autem pluuioſum, et hauſtrale. Alterã uero in qua contrarium pluuioſam,et hauſtralem hiemem, uer autem ſiccum, et aqlonium, et ſequẽtem ordine poſt has tertiam exiſtentem conuerſionem, de qua pręſens eſt ſermo, non amplius adiecit, ſed loco huius,alteram talem. Si uero ęſtas pluuioſa fuerit,et hauſtralis,et auctumnus ſimiliter,neceſſe eſt hiemẽ fore inſalubrem. Deinde per ordinem quaſdam alias,neque illas eodem modo,quo iſta propoſita, ſe habẽteſ.Sed de illiſ quidem,cum ad earum expoſitionem peruenerimus,ſermonem faciemus. Nunc uero de ea quę ab ipſo dicitur in aphoriſmis,agamus,idem noſtro ſermoni initium faciẽtes,qđ etiam antea diximus. Par etenim eſt ſeruare ipſam hiemem ſimilem ei quę eſt naturalis,hoc eſt frigidam,atque humidam,quantũ hę duę qualitates conueniunt temperatę regionis habitatiõibus,de quibus nos paulo poſt nominatim mentionem faciemus. Seruante itaque hieme ſuum temperamentum, nulla fortior in ipſa ęgritudo conſiſtit,ſolum autem capitis dolores, ac tuſſes, raucedines,atque grauedines,quę ſunt repleti capitis accidentia. Si igitur,ut prius diximus,utrique tempori,ęſtiuo ſcilicet,atque auctumnali fieri pluuias hauſtrales contigerit,forte et in ipſa ęſtate,ſi minus, ſaltem in ipſo auctumno uulgabuntur morbi proprię conſtitutionis humidę,et hauſtralis.Nunc quoniam ęſtatem ſiccam,et aquiloniam fieri ſuppoſuit, Auctumnum autem humidum,et auſtrinum. Par eſt non ſolum quoſdam non incipere ęgrotare,uerum et imodicę per ęſtatem ſiccitatis habere remedium non mediocre,eam quę facta eſt in auctumno humidam conſtitutionem. Quia uero totus auctumnus talis ẽ ſubſequutus,neceſſe erit his qui naturam habent humidiorem,ſufficiẽter ſupra modum repleto capite,nuper dictos morbos hieme aduenire, quibuſdam autem eorum,et tabem, qui ſcilicet adhuc morbum

apti natura ſunt.Sunt apti natura et qui anguſto ſunt pectore,et quibus a capite ad pulmonem fluctio defertur. Hi igitur tabidi fiẽt. Aliis uero nullus quidem fortior morbus adueniet,ſed tuſſes,atq; raucedines, et quicũq; alii huiuſcemodi caſus fiẽt, tẽpore hiberno capita ſuſcipiente hauſtrinis pluuiis antea repleta, ſiue i qbuſdam hoc ſolum efficiente,ꝙ ſuperfluitas in capite perſeuerans ſit ipſi doloris cauſa.Nullam ſiquidẽ plenitudinem in parte aliqua corporis diſſoluit hiems.In quibuſdam uero coacto in unum,et compreſſo quodãmodo capite expreſſa materia inutilis,ad loca capite inferiora deſcẽdit, hoc quidem ueluti purgatio quędam, et capitis ẽ euacuatio. In quibus uero a multa materia grauatum antea laborauit, nec potuit hibernũ frigus tolerare,ſubiectis ſibi partibus refrigeratum iam propter maiorem intemperiem,eſt fluctionum cauſa.

.xiiii.

ſI Vero aquilonius, et ſiccus,his qui naturam habent humidiorem,et mulieribus conferet. Reliquis autem erunt lippitudines ſiccæ, et febres acutæ, et grauedines. Nonnullis uero,et atræ biles.

.xiiii.

hIc ſermo nunc dictus liquet ꝙ non eſt integer aphoriſmus, ſed pars ſecũda unius aphoriſmi cuius priorem partem nuper deſtitimus explanare. Nam manente cõmuni ea quę eſt ęſtatis diſpoſitione, utriſq; ſermonibus, prior quidem pluuium, et hauſtralem in ipſa ſupponit auctumnũ, ſecundus uero qui inſtat, ſiccũ et aquiloniũ.Quod uero nil differt,ſiue ſiccũ,ſiue ſqualẽtem, ſiue inaquoſum dixerimus,unicuiq; eſt manifeſtum.Ambobus ergo temporibus ſqualidis,et ſiccis effectis,humidę quidem naturę,non mõ nihil offendẽntur ex tali cõſtitutione, quin potius aliquam ſentient utilitatem.Cauſam uero ipſe dixit in libro de aquis,et locis,et aere,ſcribens in hũc modum. Pituitoſis uero hęc omnia auxilio ſunt.Exiccantur enim,atque ad hiemem minime laxi perueniũt, ſed exiccati. Reliquis uero qui non ſunt tali natura prędíti,lippitudines ſiccę, febres acutę, atque grauedines accidunt,et nonuullis eorum atrę biles.Cauſam uero horum generationis,ipſe in libro nuper dicto,per hęc uerba inqt. Bilioſis uero hoc ẽ inimiciſſimum,quia ualde exiccantur,et lippitudines his ſiccę eueniunt,et febres acutę ,et diuturnę,et atrę biles. Deinde cauſam ſubinferẽs,inquit. Bilis enim pars humidiſſima,atque aquoſiſſima exiccatur,atq; abſumitur. Craſſiſſima uero, et acutiſſima linquitur,et ſanguinis pariter eadem ratione, ex quibus hi morbi ipſis contingunt. Hęc itaque a nobis ad propoſitas conſtitutiones dicta ſunt ſufficienter.Cur uero de his ſolis conſtitutionibus fecerit mentionem Hippocrates,cum et plures alię ſint,non habeo dicere. Volo autem potius declarare uiam,ac rationem, qua quiſpiam utens,omnes conſtitutiones complecteretur.Eſt autem talis.Primum igitur incipere eſt neceſſarium, ueluti ab elementis,a ſimplicibus aeris ambientis intemperaturis,atque ipſas diuidere,et in ualde paruas, et ualde uehementes, ac medias. Poſt hac dicere de qualibet earum que dictę ſunt intemperaturarum, in ſingulis temporibus contingentium, quot ſcilicet morbos ſecundum unamquamq; naturam generabunt. Poſt hac duorum temporum complecti inuicem intemperaturas ,quemadmodum conatus eſt nunc et ipſe Hippocrates facere.His uero tranſactis omnibus deinceps trium temporum coniungere uniuerſas omnes intemperaturas.Deinde quatuor.Sic enim foret integra,atque perfecta meditatio.Hęc igitur et nos forte aliquando, ſi plus ocii nacti fuerimus ſeorſum ſcribemus.Sufficiat autem in pręſentiarum hoc dixiſſe ſolum,ꝙ paucos admodum intemperaturarum complexus ſcripſit Hippocrates,adeo ut hę potius quoddam exemplum uideantur, quam pars aliqua effatu digna totius circa talia diſciplinę , Dicemus autem plenius de ipſis, cum librum de aquis, et locis, et aere, et de Epidemiis primum exponemus. Quod uero paulo antea ſum me dicturum pollicitus, nunc adiungens in ipſo finiam orationem. Audire enim oportet omnes de quibus ſcripſit Hippocrates conſtitutiones in locis fac

ris terrę habitabilis temperatis, exceptis ab hoc ſermõe Thracię locis,quę a mari diſtant.Hęc enim in frigiditate,atque humiditate modum exceſſerũt,ſicuti et quę ad Aegyptum,ac Lybiam attinent,loca calida ſunt,ac ſicca, exceptis et hic illis quę mari adiacent locis. In frigidis enim,quales ſunt circa Thraciam,ac Pontum regiones,quoniam loca mari adiacentia humilia ſunt, ob hanc cauſam calidiores habent temperaturas. In calidis uero,quales Aegyptus,ac Lybia,quoniã ęſtate a uentis ab Arcto flãtibus refrigerãtur, idcirco minus ſũt calida,his quę ad mediterranea receſſerũt.Zona uero exqſitã habẽt temperiem, ac media orbis terrarum, ẽ quę per Gnidũ, et Com. et quęcunque loca non multum ab his receſſerũt,uel ad aquilonem,uel ad hauſtrum.Oportet autem ut temperatam zonam nominatam, ab his qui talium habent peritiam perfecte intelligas,excogitare quandam lineam rectam,extẽtam per ea quę dixi loca.Quidam autem aſtrologi non zonas,ſed parallelas, ideſt ęquidiſtãtes uocãt. Tales in terra habitationum ſimilitudines, quę ab ortu ad occaſum protenduntur. Sermo igitur ab Hippocrate habetur, de his pręcipue quę diximus locis.Ordo autem temporum, ſicuti ipſe ſępius in libro Epidemiarum oſtendit, et ſicuti hi qui hoc ſtudio excelluere ſcripſerũt, hic eſt. Ortus Pleiadis principium eſt ęſtatis, poſt ꝗ Canis ortus oporam, ideſt fructuum generationem incohat,quam et ipſam pro ſecunda parte ęſtatis ponunt. Poſt hũc Arcturus oriens inicium facit auctumni. Deinde occaſus Pleiadum hiemis principium facit. Deinde quod hiemem ſequitur ęquinoctium,principium ueris habet .

.xv.

e X Anni autem conſtitutionibus, ꝙ i totũ dixeri, ſiccitates ĩbribus ſũt ſalubriores,et minus mortiferæ. .xvi.

m Orbi in pluuiarum multitudine,magna ex parte fiunt febres longæ,alui

.xv.

q Vod melius fuiſſet inter ãtea ſcriptos aphoriſmos,in quibus agit de temporum conſtitutione,hunc primum ſcribere aphoriſmum,quem nunc prę manibus habemus,ex ipſis rebus didicimus,quoniam ad confirmandos priores aphoriſmos hoc etiam eguimus,Et hoc ex neceſſitate didicimus,quoniam prius eſt natura,atque doctrina,ſimplex compoſito. Poſt illum igitur aphoriſmum cuius initium.Hauſtri hebetantes auditum,caliginoſi caput aggrauantes, pigri diſſoluentes.Primo loco ponemuſ illum,cuiuſ principium.Quotidianę conſtitutiones,aquilonię quidem corpora in unum cogunt. Secundo loco hunc nunc propoſitum, in quo ex omnibus anni conſtitutiõibus ſiccitates imbribus anteponit, et hoc cum ratione.Nam in ſiccitatibus ſuperfluę humiditates diſſoluuntur,per imbres autem intra corpus collectę putrefiunt, niſi quis ſingulis diebus collectas exercitiis expurget.Quę enim fit per balneaſ euacuatio parua eſt, et ſolam fere cutem euacuat. Quę autem ſunt per carnem,et partes ſolidiores diſperſę ſuperfluitates, haud ſufficienter ex balneis euacuantur, neque tamen ea quę fit per purgantia pharmaca ſuperfluitatum euacuatio,idonea eſt.Nam ualde indigentibus,et ex longis interuallis, utilis eſt.Earum uero quę quotidie generantur in corpore ſuperfluitatum,euacuatio minor eſt,ꝗ ut exigat purgantis pharmaci operationem.Si uero quiſpiam uoluerit bis menſe, aut ſemel ſaltem ea uti,ueritus ne ſuperfluitatum multitudo aggregetur,pręter id ꝙ nocebit,corpora etiam in malam trahet conſuetudinem. Alimenti ſi quidem pars una ſeroſa eſt,quę ipſi gratia diſtributionis admiſcetur.Altera ueluti fuliginoſa ſuperfluitas quę in pluribus cibis,quęcunque ſunt peiora continetur, quę naturę operationem ſubterfugit. Cum neque aſſimilari corpori qđ nutritur,neque agglutinari queat.Hę igitur omnes diebus ſingulis ſunt euacuandę,uerum magis in ſiccis conſtitutionibus euacuantur, ꝗ in humidis, atque ideo has dixit eſſe ſalubriores.

.xvi.

f Ebres qdẽ lõgas ex multitudĩe fieri humiditatis,mĩme mirũ,ſi qdẽ ęgroti ad morborũ ſolutionẽ egẽt coctiõe, plures ãt hũiditates nõ niſi ĩ lõgo tp̃e cõcoq

poſſunt. Accedit ad hoc ꝙ frigidiores, et magis pituitoſi generantur humores in multitudine pluuiarum, ſicuti contra in ſiccitatibus biliosiores. Quare in temporibus pluuioſis febres erunt diuturniores, in ſiccitatibus autem acutiores. Neq; extra rationem eſt, qđ alui profluuia in temporibus pluuioſis eueniant, cum humorum ſuperabundantia per aluũ expurgetur, ſicuti etiam ꝙ eiſdem temporibus putredines fiant, quoniam perſpicuũ eſt, humida ſiccis magis eſſe putredini obnoxia.

profluuia, putredines, morbi comitiales, et attoniti, quos apoplexias græci uocant, et anginæ. In ſiccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia urinæ, et difficultates inteſtinorum.

Sunt autem et morbi comitiales, et apoplexię, morbi ex pituita ortum habentes. Angina autem fit nõnũq̃ ſuperfluitatũ multitudine ad fauces collecta, fit etiam magna ex parte fluctionibus ex capite firmatis in faucibus. Quod autẽ in pluuioſis temporibus fluctiõeſ, ſed maxime ex capite uenĩetes ſupabundent, manifeſtũ, et dictum eſt a me ſępius. In ſiccitatibus autem, et tabitudines morbos ait abundare, et lippitudines, et articulorũ paſſiones, et ſtillicidia urinę, et difficultates inteſtinorũ, ſatis ut mihi uidetur indiſtinctũ de hiſce faciens ſermonem. Morbi ſiquidẽ tabitudines nominati ad has duas ſequũtur conſtitutiones, et ad frigidiſſimam, ex qua nõnulla ex uaſis quę ſunt in reſpirationis inſtrumentis diſrũpuntur, et ad alteram quę coniunctam habet cum caliditate humiditatem, quarum occaſione caput repletum mittit ad pulmonẽ fluctiones. Ad ſiccam uero conſtitutionẽ, quę ſecũdum caliditatem, et frigiditatem naturaliter ſe habet, omnia alia magis q̃ tabitudines conſequuntur. Quare mihi uidetur nõnulli fuiſſe coacti oculorũ tabitudines intelligere, ut ſit ſermo huiuſcemodi. In immoderatis autem ſiccitatibus lippitudines tabidę fiunt, hoc eſt ad tabem oculorũ terminantes, ex qua fiunt extenuati, ac ſicci pluſq̃ naturę conueniat, facta ſimul, et ipſa pupilla anguſtiore, exiccatis uidelicet humoribus, a q̃bus ipſa diſtenta, mediocriter quidem modum ſeruabat naturę cõuenientem. Plus uero q̃ oporteat ad prauã latitudinem extẽdebatur. Si uero ipſas per ſe ipſas dictas lippitudines audiamus, uerbum ſiccas adiũgemuſ. Diximuſ autem, et prius cauſam ob quam ſiccę lippitudines in magnis fiant ſiccitatibus, et quidem articulorum morbi, qui ex fluctionibus fiunt, nullſo modo in imodicis ſiccitatibuſ fient. Qui uero ab aliqua acritudine accidunt, ſi et caliditas ulla imodica acceſſerit, tunc ſolũ euenĩet. Quas igitur articulorum paſſiones in ſiccitatibus dixerit fieri, dignum eſt inquiſitione. Si.n. immodice factę cõſumpſerit articulorum humiditatem, dificilem motum, et ſiccitatem efficierit, forte uero et nõnũq̃ dolorem, eam paſſionem, quę arthritis nominatur, haud quaq̃ efficiet, niſi quiſpiam omnem articulorũ dolorem, ita uelit nominare. Atqui ipe in libro ſecundo Epidemiarũ, ita inquit. In Aeno per famẽ qui leguminibus ueſcebantur, infirma habebant crura, et qui orobos comedebant genuũ dolores patiebantur, nõ arthriticos, ſed genua dolẽtes ipſos appellauit. Quiſpiam uero fortaſis dixerit non unius articuli dolorem, ſed multorum ſimul arthritim nominari, et iuxta hoc genua dolentes nũq̃ arthriticos appellari. De morbo igitur, qui arthritis nominatur, hęc dubitaſſe ſufficiat. De urinę uero ſtillicidiis deinceps uideamus. Neq; enim ad ſiccitates ſimpliciter conſequuntur, niſi tribus adhibitis diſtinctionibus, quarum prima eſt immodica ſiccitas, ſecunda ſi caliditas adiungatur. Tertia ſi frigiditas, de quibus nõ fecit mẽtionem Hippocrates. Sed ſi cui libeat omnium anni conſtitutionum naturam inueſtigare, ſic ipſum facere oportet. Erit autem ſermo exemplo manifeſtus huius propoſitę conſiderationis. Nam immodica ſiccitas in naturis bene temperatis aliam efficit corporis diſpoſitiõem, aliam in ſiccis, ſicuti et in humidis aliã, ſic et ſecũdũ calidam, ac frigidã, aliã in alterutra faciet diſpoſitionẽ. Secundũ ẽt coniugationes ſĩpliciũ intẽperaturarũ, aliã quidẽ ĩ calida et ſicca. Differentẽ aũt ab ipa, in frigida et ſicca, et in reliq̃s duabus eodẽ mõ Sicuti uero ſimplicẽ paulo antea ſeruãtes aeris ambiẽtis temperaturã, in unaquaq;

natura,propriam dicebamus facere diſpoſitionem, ſic cõpoſitam componentes. In unaquaq; rurſus natura futuras diſpoſitiões cõſiderabimus. Erit aũt cõpoſita ſicca aeris ambientis conſtitutio,quando frigiditati,uel caliditati adiungetur,q̃q̃ et ſimplex uidebatur,quodãmodo et ipſa compoſita.Nam miſcebatur bene temperatę cõſtitutioni,media inter imoderantiam utrãq;,et eam quę eſt ſecundũ caliditatem, et alteram quę eſt ſecũdum frigiditatem.Cum uero conceſſum ſit in doctrinis,ſimplices quidem fieri tempaturaſ eas quę ſecũdum unam qualitatem a modo naturę receſſerunt, nõ ſimplices autem eas quę ſecũdũ plures. Non ſine ratione, cũ aer ambiens ea quę eſt ſecundũ ſiccitatẽ, et humiditatem oppoſitiõe, fuerit male tempatus. In altera aũt q̃ eſt ſecundum caliditatem, et frigiditatẽ, bene temperatus, ſimplicem dicemus eẽ intempaturam. Hac igitur habita in omnibus cõſideratione, non eſt obſcurũ

.xvii.

QVOTidianæ autem conſtitutiones, aquiloniæ quidem corpora denſant, contendunt, et bene mobilia, colora tiora,et melius audiẽtia faciunt, et aluos exiccant,oculos mordẽt,et ſi pectus dolor aliquis obſederit,dolorẽ augẽt.Hauſtrinæ diſſoluũt corpora, et humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant,et uertigines faciunt,oculis atque corporibus difficilem motum præſtant,et aluos humectant.

q̃ fiet ſermo prolixus de reliquis cõſtitutiõibus,et qui paulo antea dictus ẽ in ueſica. Nã urinę ſtillicidia fiunt,et pp acutiẽ urinę,et propter uiſ expulſiuę, quę eſt in ueſica,imbecillitatem. Quę rurſus imbecillitas ex imodica intempatura cõtingit. Cũ uero octo ſint imoderantię,in ſingulis earũ debiliſ ueſica erit,atq; idcirco ad eã urinę ſtillicidia cõſequẽtur, et q̃dẽ urinarũ acritudines a q̃buſdã fiũt itempaturis. Sed magis ea quę eſt ſecundũ caliditatem.Poſt hac autem ab ea quę eſt ſecũdum caliditatem,et humiditatem.Tertia ab ea quę eſt ſecũdum humiditatem. Fiet itaq; et ob hęc urinę ſtillicidium,demptis his quę ſunt proprię ueſicę paſſiões,ad quas urinę ſtillicidia caſus ratiõe cõſequũtur,ueluti cum ob ulcus,aut eryſipelas,aut abſceſſum in ea factum,uel inflãmationem,aut tale quid aliud, urinę diſtillicidiũ contigerit. Nũc.n.non de his ſermo exiſtit,ſed ſolũ de illis quę aeris ambientis ratione ꝑueniũt,ſicuti neq; de illis,q̃ ex malo uictu habẽt occaſionẽ. Quę uero in urinę ſtillicidio ſũt dicta,hęc ẽt a nobiſ dici i difficultate iteſtinorũ oportet itelligere,de qua, neq; ipſe idẽ cum Hippo.ſentio.Difficultas.n.inteſtinorũ,non ſimpliciter ad ſiccitates conſequetur,niſi prius diſtinctio adhibeatur.Primum quidem ꝙ ſit exuperans ſiccitas,deinde ꝙ aer ambiens ſecundum caliditatem, et frigiditatem permutetur, deinde et naturę corporum patientes conſiderentur. Non autem adeo licet de Hippocrate dubitare,qui primus talis conditor contemplationis, nõ totam perfecerit, quantum de Diocle primum,et Mneſitheo poſt ipſum,demum et multis aliis medicis,qui ueras uias Hippocratis ingredientes,multa particulatim elaborare propoſuere.Cum enim oporteret eos,ſi quicq̃ aliud,et eam quę eſt de temporum conſtitutionibus contemplationem,ut paulo antea propoſui,corrigere, et totam elaborare, omnino contempſerunt,Nos uero hoc facere aggrediemur proprio his dicato opere,ſi hęc priuſq̃,quę prę manibus habemus,abſoluerimus. .xvii.

CVM frigidus,ac ſiccus uentus ſit aquilo,omnes corporis conſumit ſuperfluitates.Robur autem adiicit ipſis inſtrumentis, ex eo ꝙ adſtringit, et in unũ cogit denſando ſubſtantiam.Ob hoc(ut inquit)omnia meliora fiunt,et ſecũdum naturę,et animę operationes.Nam animę quidem operationes,oſtendit per ea uerba.Bene mobilia,et meliuſ audiẽtia.Naturę uero cum inquit.Bene colorata.Cõmunis autem utriſq; eſt ꝙ contentum nominat, et clarum eſt ꝙ ex uno ſenſu auditus,ueluti exẽplo quodã,ẽt de aliis oſtendit.Hęc igitur bona adſunt aq̃loniis conſtitutionibus,q̃bus maxime ꝑfruũtur,q ſalubre corpus habẽt, et ex his ipſis humidiores.Adſunt uero,et mala quędã hiſce cõſtitutionibus,uerũ parua,et non ſimilia ma-

lis,quę hauſter affert. Cur.n.nó parua ſint,et aluũ cohiberi,ac morderi oculos,et p̃cedentes dolores pectoris excitari, noſces autem ipſorum paruitatem hauſtralibus comparans conſtitutionibus,quas dixit diſſoluere corpora. Maximum.n.hoc malũ ad opus omne,ſiue animę ſit,ſiue ad uitam pertinens. Nó paruum autem,et malum eſt aggrauatio capitis,et difficilis audituſ.De uertiginibus autem quid dicere oportet?quę ꝓximę ſũt morbis comitialibuſ,et his quoſ apoplexias nominãt. Sed et difficilem inquit operantur, et oculorum,et totius corporiſ motum. Parui autem ſũt huiuſcemodi caſus. Solum auté eſt in ipſis quoddam mediocre,q̃d aluoſ reddit humidiores. Hoc aũt efficiunt et alia omnia, maxime quidé propter humiditatem, uerũ etiã propter caliditaté.Et ꝙ i initio ſermóis ſcribitur,meliuſ fuiſſet ordinem cómutaſſe, ut primũ quidem foret uerbum humectant, ſecundũ uero diſſoluunt, deinde ea quę deinceps ſequuntur. Quia enim humectant, ob hoc et ſingula alia operantur, conferente ad hęc,et caliditate. Fiũt ſi quidem operatióes per ſolidas animalis partes, quę uerę ſunt eius partes. Aggrauantur autem et hę, quapropter et deterius operantur,propter humiditatum exceſſum.

.xviii.

p ER tempora anni, uere quidem, et prima æſtate pueri,et qui hos ſequũtur ætate optime degũt, et ſani ſunt maxime. Aeſtate uero,et aucturnno,uſque ad aliquid,ſenes. Reliquum,et hieme,qui mediã ætatem habent.

.xix.

m ORbi, omnes quidem in omnibus temporibus fiunt,quidam uero magis in quibuſdam ipſorum, et fiunt, et excitantur.

.xviii.

n On ſolũ in ętatibus,uerũ et in oibus aliis,quę ſecundũ tempaturã,uel modice ſe habẽt,uel immodice,ſi quis ſermoné in hoc loco Hippo.examinauerit, uerũ inueniet,naturis ſi q̃dem,ętatibus,et regionibus bene tempatis,optimũ tépus é q̃d ſũmã habet tempiem,cũ eum quo prędite ſunt habitũ,non pmutari, ſed conſeruari deſiderent,quoniã oé q̃d eſt,a ſimilibus quidé conſeruatur,a cõtrariis aũt tranſmutatur.Quare puerorũ ętas,adhuc aũt magis adoleſcentiũ(hęc.n.eſt omniũ ętatũ optima) uere optime degunt,et eadem ratione q̃cũq;, uel regiones,uel naturę ſunt bene tempatę.Adiunxit aũt ueri principiũ ęſtatis Hippo. in latũ oſtendés uniuſcuiuſq; theorematis utilitaté. Magis aũt exq̃ſitus ſermo fuiſſet,ſi ita ſcripſiſſet.Adoleſcétes uere,pueri ęſtatis principio,optime degũt.In ſenibus uero propter tempaturę frigiditaté ęſtas utiliſſima eſt, ſicuti his q in ętatis uigore cóſiſtunt, hiems maxime cófert. Hęc.n.cõtraria eſt illi q̃ in his fit ex bilis multitudine,intemperaturę.Sic et naturarũ,hę quidé bilioſiores,hieme optime degunt. Pituitoſiores aũt,ęſtate.Bene aũt tempatę,uere.Similiter et regiones,quę quidem bene tempatę, optimũ uer habent,ex aliis uero frigidę ęſtaté,hiemé uero calidę. Et quidé peſſima tépora unicuiq; ętati,atq; naturę,et regioni, ex his q̃ dicta ſunt,poſſumus inuenire, nã maxime cótraria ſunt optimis, peſſima. Eadem ratione et media inuenies inter optima,et peſſima.Illud p̃terea aiaduertere oportet,ꝙ uer quidé optimũ dicitur eẽ adoleſcentibus,aliis uero oibus mediũ,neq;.n.optimũ eſt,neq; peſſimũ.Sic et ad naturas,et regióes ſe res habet.Auctũnuſ q̃dé oibuſ malus é ętatibus,naturiſ,ac regionibus.Minus q̃ alię ex ipſis lędũtur calidę,et humidę p auctumnum.

.xix.

ſ I aeris q̃dem ambientis tempatura ſola eſſet morborũ cauſa, tunc nos quolibet tempore illos morbos pateremur qui ſunt affines temporũ naturę.Nũc uero cũ etiã ob errata quę in uictu contingunt,morbi fiant,oés quidé in tẽporibus oibus fient,plures uero qui ſunt unicuiq; tépori natura ꝓximi. Nó parum autem in his confert,et differentia naturarum.Neq;.n.ſimiliter ab eadem cauſa calidum corpus,et frigidum,offendi aptum eſt,uel humidum,et ſiccum,neq; temperatum ęqualiter iſtis,neque illis qui ſecundum aliquam qualitatum coniugationem a bono temperamento recedunt,ut antea diximus.

e T quomodo ātea recte ab eo dictum uideretur? Ver uero ſaluberrimum, et minime mortiferum, cū multę in eo fiāt paſſiones. Videtur ſi quidem magiſ quodlibet tempus adęquare, ſecundum morborum, quoſ generat, uarietate. Furores et. n. et atrę biles, et morbi comitiales, et anginę, ſunt morbi auctumnales. Grauedines autem, et raucedines, et tuſſes, et leprę, ſunt hiemales. De ęſtate autem ipſe deinceps dicet comunionē eius oſtendens ad uer. Aeſtate uero quędam horū. ſ. prius dictorū in uere. Ex ſuperabundanti autem, pręter alios morbos, uer profluuia ſanguinis, lepras, et impetigines, et uitiligines, et puſtulas ulceroſas plurimas efficit, tubercula, et articulorū dolores. Hęc igitur quęcūq; ſūt uerni temporis propria, omnia periculo uacant, et tātum abſunt, ut aphoriſmum illum falſum oſtēdant, inquo dixit. Ver uero ſaluberrimū, et minime mortiferū ut potius ipſum uideantur confirmare. Nam hoc ipſo tempore profundū corporis expurgatur uitioſis humoribus, a partibus principalibus ad cutem peruenientibus. Sic igitur et leprę, et uitiligines, et impetigines, et puſtulę quędam ulceroſę multę generantur. Alio uero modo in tuberculis, et articulorum doloribuſ profūdum corporiſ expurgatur, uitioſis humoribus ad loca uiliora transpoſitis. Quod autem et profluuia ſanguinis, et multitudinē euacuant, et uitium humorum cohibent, et qui ex ipſis oriūtur, morbos, perſpicuū exiſtit. Si uero aliquod corpus bonos humores habēs uernum tempus excipiat, hoc ſeruat ſaluberrimum, nihil ex propria nouans natura. Non ſic ęſtas, uel auctumnus, uel hiems. Hęc. n. tempora et ſi purū corpus, et omni uacans repręhenſione ſuſcipiant, hoc qdem flauam bilem ultra modum generat oportunum, hoc uero atrā, hiems uero pituitam. Tale quid etiam uere cōtingit qđ in exercitatiōibus uidemus fieri. Et. n. hę quoq; ſunt ſaluberrimę. Verum ſi hominem pituita plenum, uel flaua bile. uel atra, uel ſanguine ipſo uolueris ad exercitationem perducere, aut ei morbum comitialem, aut apoplexiam efficies exercitatione, aut ſi hęc mala non euenient, periculum imminet, ne rupto aliquo in pulmōe uaſe, in morbum incidat iſanabilem. Multi uero cum febricitare coepiſſent, propter exercitationes acutiſſimis morbis fuere correpti. Quibus uero uicem purgationis humorū qui ſunt in profundo corporis exercitatio ſuppleuerit, ad cutem euocans malorū humorū abundantiam, his et ulcera, et ſcabies inde generatur, et hoc inuens dicebat Hippo. Si impurgatus laboraueris, ulcera erūpēt. Et quidē uerno tēpore ex aere calor ambiēte humores diffundens, educit ad cutem, et hoc quoq; opus ipſis exercitationibus ꝓſimile exiſtit. Non ſolum aūt ipſarū⁹ operibus ueris opera aſſimilantur, ſed et naturę ipſius, cuius opa, et occultam per totū corpus facere trāſpirationem, per quā excernūtur ſupfluitates, nec non et corpus in morbis uariis modis expurgare.

.xx.

u Ere et enim furores, et atræ biles, et morbi comitiales, et profluuia ſanguinis, et anginæ, et grauedines, et raucedines, et lepræ, et tuſſes, et impetigines, et uitiligines, et puſtulæ ulceroſae plurimae, et tubercula, et articulorum dolores. .xxi.

a EState autem nonnulli horum, et febres cōtinuae, et ardētes, et tertianæ febres, et quartanæ, et uomitus, et alui profluuia, et lippitudines oculorum, et aurium dolores, et oris ulcerationes, genitalium putredines, et ſudamina.

.xxi.

a Eſtate inquit, et nōnullos ex uernis morbis fieri, circa initia eius uidelicet. Nā q̄ fini ueris continuantur, ſicuti ſimilē habent tēpaturā cū ęſtate, ita et in morborū generatione comunicāt. Inquit. n. alios quoſdam ęſtate generari illi proprios, ueluti febres continuas, et ardētes, et tertianas. Et (ut ſimpliciter dixerim) q̄cūq; ex flaua bile mala corporibuſ accidunt. Nā et uomitus hac ꝑ ſūmā natante fiunt, e uentris ꝓfluuia ad inferiora defluente, et lippitudines quoq; ęſtate plurimę, utpote repleto capite. ſic et auriū doloreſ, et alia ſimilia ęſtate corpus patitur ex

capitis repletione, aliam ad alias corporis partes ſuperfluitatem deponentis. Oris autem ulcerationes,ꝙ propter bilioſum humorem contingant,perſpicuum exiſtit. Genitaliũ uero putredines,non ſimpliciter,ſed quando ęſtas,aut humida magis fuerit,aut nullus flauerit uentus,aut hauſter in ea abundauerit, nam cum plurimum a modo naturę receſſerit,ad humiditatem,aut flatuum carentiam,non genitalium tantum putredines facit,ſed et cuiuſcũꝗ partis alterius,qualis eſt illa quę ſcribitur in tertio Epidemiarum cõſtitutio,uel in ſecundo circa eius initia. Quę uero paruę ſunt aeris euerſiones,genitalia tãgunt,ut quę ob humiditatẽ, ac caliditatem,ex quacũꝗ occaſione ſint parata putreſcere. Quare cũ propriam ęſtaſ ſeruauerit temperaturam,q multis ſuperfluitatibus infeſtantur,quando hę aliquã ob cauſam ad genitalia defluxerint,ipſorum putredines patiũtur. Sudamina autem e genere puſtularum ſunt in ſũma hęrentium corporis parte,quę inſtar ulcerum cutem exaſperant. Proueniunt autem,quẽadmodum et ipſum oſtendit nomen,propter multos ſudores,qui uel bilioſiores, uel omnino mordaciores exiſtunt, mordent enim hi cutem,et pruriginoſam efficiunt,et per modum ulcerum exaſperant.

.xxii.

a Vetumno uero et plurimi,uel æſtiui morbi fiunt,et febres quartanæ,et erraticæ,et lienes, aquæ intercutem, et tabes,et ſtillicidia urinæ,et difficultates inteſtinorum,et leuitates inteſtinorum, et coxendicum dolores, et anginæ, et anhellationes (quas græci aſthmata uocãt) ilei,morbi comitiales,furores, atræ biles.

.xxii.

i N auctumno inquit,et ęſtiuorum morborũ permulti fiunt, manente adhuc ęſtiuo humore in ipſo,flaua bile ſcilicet. Neꝗ.n.ſicuti ęſtas ueri ſuperueniẽs humores euacuat, ita et auctumnus ęſtiuos, ſed contrarium ex toto accidit. nã ex partibus extimis ad intimas ducit. Cũ ratione igitur ęſtatem inquit nõnulloſ ex morbis uernis generare, auctumnum uero non ex ęſtiuis aliquos, ſed multos. Et quidem quartanas febres in hac ipſa hora fieri inquit,quia.ſ.ex atra bile ortum habẽt quę duplicem habet generationem. Alteram quidem ex flaua bile ſuperaſſata. Alteram uero ex ſanguine craſſo. Fiunt autem et erraticę febres in auctumno propter temperaturę ięqualitatem,et lienes magnę,ob atrę bilis ſuperfluitatem,et aqua inter cutẽ ex liene contingit. Et ſi qua diſpoſitio tabida in dubio eſt, maixme auctũno deprębenditur propter frigiditatem, ac ſiccitatem, et temporis inęqualitatem. Nihilominus autem et propter humorum prauitatem. Fiunt autem ob eaſdem cauſas eo tempore maxime urinę ſtillicidia. Nam ueſica in exordinatiſ,ac repẽtinis ad calidum,et frigidũ permutationibus refrigeratur. Et quę ex malis humoribus fiũt acritudines,ipſam moleſtant. Et tum pręſertim,cum facta ad frigiditatem ſubita cõmutatio,eos qui hactenus difflabantur,et per ſudoreſ euacuabantur humores ad ueſicam conuerterit. Leuitates uero inteſtinorum ſunt ueloces, et ſine aliqua tranſmutatione ciborum excretiones, aut propter exulcerationem in ſũma parte uentriculi,aut inteſtinorum,quę eodẽ modo fit quo illa quę i pueriſ gręco uocabulo aphthę, ideſt oris ulcera nominantur,uel propter potẽtię retinẽtis imbecillitatem. Quorũ primũ ex mordacibus,et ſubſtantiam tenuem habentibus humoribus fit. Secundũ uero ex magna uentriculi,atꝗ inteſtinorum prouenit intemperie. Hęc ambo uero mexime auctumno fieri contingit. Coxendicũ autem dolores ex malignitate humorũm,et frigiditate fieri par eſt. Anginę uero ex bilioſis humoribus ortum habent, qui ad fauces decumbunt,ab illis quę uere fiunt differentes, quoniam illę ſunt quodãmodo pituitoſiores,et quę aſthmata,ideſt anhellationes gręci uocãt,tum propter humorum motum ad partes interioreſ,tum propter frigiditatem fieri cõſueuerũt. Propter hęc eadem et qui ilei,ideſt uoluuli nominantur, ſunt autem cibi ſuperfluitatum quę per aluũ inferiorem excernuntur retentiones,quę magna ex parte fiunt ex alicuius inteſtinorum partis inflãmatione. Maxime uero par eſt,ut in frigido,ſic

co,et inęquali,et malos gignente humores tempore,partes ad uentriculum,atq; inteſtina attinétes offendãtur. Nam qui ęſtate tenues, et bene mobiles humores ſunt generati,auctumnus excipiens qui frigidus ſimul,atq; inęqualis exiſtit, ad profũdum corporis agit.Sunt autem in profundo etiam inteſtina. Morbi uero comitiales accidunt his qui naturã habẽt ad hanc paſſionem procliuem,propter repentinam ad cõtraria tranſmutationem. Calor.n.media die,frigus uero in prima, et ultima parte. Nihil autem adeo comitialis acceſſiones,ſicuti talis uarietaſ,aptum ẽ generare.Furores uero ob tenuem, ac bilioſorũ humorũ eueniunt malignitatem,ſicuti melancholię ex atra bile,de qua paulo ante dictum eſt. .xxiii.

h Iemaleſ morboſ poſt auctũnales exponẽs, nõ eodem modo,ſicuti prius,dixit, neq; ꝙ hieme multi ex auctumnalibus. At qui prius in ęſtiuis ipſos cõparans uernis, ita dixerat. Aeſtate uero horum nõnulli. In auctũnalibus aũt auctũno,et ęſtiuorũ multi. Nunc uero morbos hiemis ſimpliciter cõnumerauit,ſiue ꝙ ex cõmuni uoluerit hoc quoque in loco ſubaudire dictorũ aliquid,uel ſimpliciter oſtendens, tãq̃ nihil auctũnale tẽpus cũ hiemali cõmunicet. Atq primas partes hiemis ſit ratiõabile,atq; ita experiẽtia cõprobatur cũ auctũno cõmunicare.Ipſe.n.iqt Aeſtiuę quartanę magna ex parte fiunt breues,auctũnales uero longę,et magis quę ad hiemẽ cõiunguntur, niſi quis dixerit ipm de illis,q̃ inextrema auctũni parte generãtur facere mentionem. Verũ morbos hiemis ꝓprios hoſce uult eſſe,laterũ,et pulmonis paſſiones, quoniam inſtrumẽta reſpirationi ſeruientia ex frigiditate lędũtur, cũ alia ita bene poſſimus obtegere,ut nihil,aut minimũ ſentiant ambientẽ frigiditatem. Anhellitum uero nemo poteſt cohibere,neq; aliter datur reſpirandi facultas. Ob hanc igitur ipſam frigiditatem,tuſſes hieme maxime fiunt,et laterum dolores, et ob eãdem etiam caput oblęſum,grauedines,tuſſes,atq; raucedines operatur. Fiũt aũt, ſicuti dolores laterũ ob frigiditatem,ſic et capitis,atq; lumborũ,et omniũ partiũ neruoſarũ, uertigines quoq; cerebri lęſiones conſequuntur,ſicuti et apoplexię. Nam et hęc paſſio fit cum caput repletur pituita. .xxiiii.

.xxiii.

h Hieme uero morbi laterales, et pulmonis inflãmationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, doloresque pectoris,et laterum,atque lumborum, capitis dolores,uertigines,et apoplexię. .xxiiii.

i In Aetatibuſ autẽ talia contingunt, paruis, et nuper natis puerulis oris ulcera (quę aphthę uocãtur) uomitus, tuſſes, uigilię, pauores, umbilici inflãmationes,aurium humiditates.

q Vę ad ętates attinent diligentius elaborauit, q̃ quę ad ãni tempora,facta in minores partes diuiſione.In puerulis igitur nouiter natis,ait fieri aphthas, ſic aũt gręci uocant ulcera, quę ſũmam oriſ occupant partem ob molliciem maxime facta inſtrumentorum quęneq; tactum, neq; lactis ſuſtinent qualitatem, ꝙ non paruam in ſe ſeroſam continet partem.Hęc autem pars uim habet abſtergẽdi. Quare non mirũ ſi in corporibus mollibus quaſdam per ſũma facit exulceratiões. Vomitus autem tũc his fieri par eſt,propter lactis qđ aſſumũt multitudinẽ.Vigilię uero haud q̃q̃ ipſis ſunt aſſuetę, ut qui maiori parte temporis dormiant, niſi forte ob ipſam paſſionem fieri infantibus uigilias opinetur,ſi quidem ſomni abundãtia ipſis maxime ſecundum naturam ineſt. Et pauores etiam per ſomnũ infantibus adſunt,his prę́ſertim qui ſunt natura edaciores,quando loca ad uentriculum pertinentia ſenſu quidem uigeant,ſed imbecillia exiſtãt,cibus uero corrumpitur.Nos ſi quidem obſeruauimus,non in tantillis ſolum,ſed etiam in ętate perfectis, terribiles fieri p ſomnos imaginationeſ.Quãdo multi,et uitioſi humores grauant,et mordẽt uentriculũ,pſertim ipſius os.Hęc,n.ipſius particula pręcipuũ habet ſenſum.Vmbilicorum aũt inflãmationes non multo antea pciſorũ,non ſine ratione nouiter natis puerulis accidunt,non ſecus ac ſi qua alia pars foret ulcerata.Verũ et auriũ humidita-

tes morbis annumerat,non tamen, et palati, et narium in eodem numero ponens, quoniam naturę cõuenit per nares,atq; palatum cerebri ſuperfluitates expurgare, et fit hoc etiam his qui ſunt ętate perfecta. A natura autem aliena eſt expurgatio p aureſ. Verum et infantibus etiam per aures cerebrum expurgatur,et recte Hippo. inter proprias huius ętatis paſſiones,etiam aurium ſcripſit humiditates. Eſt quidẽ igitur et totum corpus nouiter natis puerulis maxime humidum, adeo q; et oſſium natura,in ipſis potius cęrea, q̃ lapidea uideatur. Prę cęteris uero partibus cerebrum humidum exiſtit, ut qđ etiã in perfectis talem habeat in temperaturam. Quare non abſque ratione in foramina eis, cum ſuperfluitates abundent per omnia excernuntur. .xxv.

.xxv.

iN PRogreſſu uero cum iam denti re incipiũt,gingiuarum prurigines, febres,conuulſiones, alui profluuia, et maxime cum caninos edunt dentes, et his præſertim pueris qui craſſiſſimi ſunt,et aluos duras habent. .xxvi.

cVM Vero iam magis adoleuerint, Tonſillæ,et uertebræ quæ i occipitio ad interiora luxationeſ,crebri anhelitus,quos græci aſthmata uocãt, calculi, lumbrici rotondi,Aſcarides, uerrucæ, quas græci acrochordonas uocant,ſatyriæ,ſtrumæ,et alia tubercula,ſed præcipue antedicta.

pRurigineſ qdẽ,gingiuarum fieri cum dentes pullulare icipiũt puerulorũ, nihil mirũ,prurigo.n. pruritus quidam eſt cum pauco dolore,febres uero, et conuulſiones, atq; alui profluuia accidunt pueris q iam dẽtire incipiunt , et nõ adhuc morantur,quemadmodum et ipſe oſtendit inquiens,et maxime cum caninos edunt dentes. Liquet autem q; perforatis gingiuis a dentibus prodeũtibus,hi caſus eueniunt,queãdmodum ubi ſtimulus infigitur carni,et ſane plus denteſ affligunt q̃ ſtimuli. Hi ſi quidem ſemel firmati in membro quieſcunt,cui ab initio infixi ſunt, dentes uero ſemper procedunt,et tantum,quantum augentur. Febricitant ergo hac ętate puerulí,et pp ętates,et uigilias,et inflãmationes. Conuulſiones autem eis accidunt,tum propter hęc,tum propter crudum alimentũ,et quia neruoſę partes nõdũ ſatis ualidę ſunt. Ad hęc omnia etiam ex neceſſitate uentris profluuia conſequũtur, quoniam alimentum nõ bene coquitur,neq; diſtribuitur. Quod autem dicitur pueris qui craſſiſſimi ſunt,et aluos duras habent,ad conuulſiones refertur,cum his maxime pueris dicat cõuulſiones fieri,q craſſiſſimi ſunt,et aluos duras habẽt. Tales.n. plenum corpus habent,et abundans ſuperfluitatibus,et ideo conuulſionibus facile capiuntur,maxime uero naturas has cõuulſiones offendunt. .xxvi.

pRimum quidem ſcripſit de recens natis puerulis, deinde illis qui dentes edunt. Nunc uero de his qui mediam habent ętatem,inter illos qui iam dentes ediderũt,et qui ſunt pubertati proximi. Nam deinceps ſequenti aphoriſmo illorum cõmeminit,qui quartum ordine obtinent locũ. Verum tertiam ętatem quę nũc proponitur,quę uſq; ad duodecimum, et tertium decimum annum progreditur capi ait paſſionibus, quarum primas tonſillas nominat, quę ſunt locorum ad iſthmum attinentium inflãmationes. Hic autem per iſthmũ oportet intelligere partem illam quę os,et gulam interiacet, quę per metaphoram quãdam ita nominatur ab his qui proprie dicuntur iſthmi. Sunt autem anguſti quidam terrę tranſitus inter duo maria ſitę. Hę autem tonſillę ſunt,nõnũq̃ ſolius tunicę uentri,ac gulę,et faucibus,totiq; ori cõmunis inflãmationes,nõnũq̃ uero, et ſubiectorum ipſi muſculorum,quando et uertebrę quę eſt in occipite fiunt ad interiora motiones,de quibus poſt tonſillas inquit. Et uertebrę quę in occipitio ad interiora luxatiões, nam a muſculis inflãmationem patientibus uertebra tracta,ad partem inclinat ceruicis anteriorem. Nominauit autem hanc partem Hippocrates,non anteriorem, ſed interiorem, ut ad uertebram retro locatam ſuum ſermonem referens, corporis ſi quidem

ad profunda traductio,ſiue ex anterioribuſ,ſiue ex poſterioribus fiat partibus,per
unum uerbum,ſcilicet intra,monſtratur.Quid igitur Hippocrates in nouiter natiſ
puerulis neque de tõſillis,neque de uertebrę quę eſt in occipitio luxatiõe aliquid
dixit,cum tamen et iſti nihilominus cerebrum humidum, et plenum habeãt ſuper
fluitatibus, adeo ꝙ ſubiectis partibus poſſunt demittere fluctiones ? an quia hac
ętate prius moriuntur, q̃ ſubiecti faucibus muſculi una cum neruis fortem ſubeãt
inflammationem, adde ꝙ hi partes habent molliſſimas, atque ideo non poſſunt uehe
mentius intendi,ita ut uertebra intus ad ipſas attrahatur,et quidem et aſthma(ſic
autem gręci uocãt crebrum anhellitum qualis currentibus accidit,aut quouis alio
modo ad uehemẽtem ductis motionem)Sed in his quidẽ fit ob exercitium qđ mul
ta indiget animalis reſpiratione.Vbi autem non adeſt exercitium, ob anguſtiam eo
rum quę ſunt in pulmone uentriculorum, hęc uero anguſtia fit repleto uiſcere ab
his quę de ſuper ueniunt fluctionibus,hę autem fluctiones plures quidem in recẽs
natis puerulis ſunt. Cito autem ipſos interficiunt,quoniam et aliter male ſe habẽt.
Nam ex utero ad aerem ambientem tranſitus,et alimenti mutatio,et ſi aliqua adſit
inflammatio,ab initio quidem locorum ad umbilicum attinentium, poſtea uero ob
dentium generationem,ex his omnibus fiunt imbecilliores, et uix ea quę dixi tole
rant mala,nedum ſi ad hęc etiam fluctiones acceſſerint poſſint ſuſtinere,ubi ad pul
monem decubuerint . Lapis uero propria eſt paſſio puerorum qui ob edacitatem
non paucos crudos humores coaceruant, ex quibus pars craſſior una cum urinis
ad ueſicam perueniens fit lapidum generationis materia.Accedit altera cauſa, ue/
hementia caliditatis. Aceruant enim et ſenes humorem crudum non paucum, non
propter edacitatem,ut pueri, ſed propter potentię concoquentis imbecillitatem,
non tamen calorem fortem habent qui ex materia craſſa uaporem reſoluens lapi/
dem generet.Lumbrici uero,atque aſcarides uidentur aliis animalibus proportio
naliter gigni,quę non ex ſeminibus, ſed ex putredine habent generationem . Sola
enim putredo hęc non eſt ad generandum ſufficiens, ſed et calore plurimo indiget.
Cibus autem plerumque corrumpitur in uentre,et pręcipue inferiore puerulis,ue
rum caliditas in ualde tenellis nondum materiam obtinet, in adultioribus autem
et materia idonea eſt ad animalium talium generationem,et pręterea caliditas ad/
eſt. Aſcarides igitur ſunt tenues quidam lumbrici qui in parte maxime inferiore
craſſi inteſtini gignuntur, et plurimi apparent in iumentis male cibum coquenti/
bus,quorum malam coctionem fetor indicat excrementorum.Aliud uero genus lũ/
bricorum eſt rotundorum,qui in ſuperioribus magis inteſtinis generantur,adeo
ꝙ ad ipſum quandoque uentriculum aſſcendunt. Multo uero plures hi,q̃ aſcarides
gignuntur in pueris . Rarior autem eſt lumbrici lati generatio,qui et longiſſimus
eſt, et ſępe per tota extenditur inteſtina . Verum de hoc nullam fecit Hippocrates
mentionem,quoniam neque eius erat propoſitum, de omnibus agere paſſionibus
quę mortalibus accidunt,ſed de illis tantũ quę ſingulis ętatibus accidunt . Ob hãc
igitur cauſam ipſe enumeratis iam dictis,deiceps uerrucarum genuſ,qđ gręci acro
chordonas uocant,et ſtrumas adiecit,quę ſunt uitiatę multitudinis ad exteriora, et
cutem repentis germina paſſiones . Omne autem ipſorum genus tubercula nomi/
nat,ita deinceps ſcribẽs.Acrochordones,ſtrumę,et alia tubercula. Quędam autem
ex his pręcipuo uocabulo tubercula nominantur,quędam ſponte naſcentes, et ſubi
to factę inflammationes,quę celerrime in altũ attoluntur acumen,et celerrime etiã
ſuppurantur,et plurima eſt horum in inguinibus, et aliis generatio, quoniam et in
his partibus plures ſunt adenes qui apti natura ſunt ad has ſuperfluitates promp/
te excipiendas,horum paſſio ſtruma quoque eſt,non ex calida materia,neq; ad ſup/
purationem properante,ſed pituitoſiore,et frigidiore conſiſtens. .xxvii.

g RAndioribus autem, et iam acce/ .xxvii.

i Ncipiunt quidem pueri pubeſcere poſt annum quartum decimum.Qui au
tem prope ad hanc ętatem accedunt,illi eſſent,qui aut duodecimum,aut ter
tium decimum,aut quartum decimum agunt annum. Neq;n.eſt unus om/

nium certiſſimus terminus pubertatis,propter caliditatem,et frigiditatem temperaturę.Calidi enim citius,frigidi uero tardius pubeſcunt. Laborát autem pueri hi plurimis quidem ex morbis antea dictis propter ſimilitudinem temperaturę, et prętérea febribus diuturnioribus,q̃ priores,non tamen aliquid dixit de his quę illa ętate febribus ſuperabundant. Verum ex eo qđ nunc dicitur clarum eſt,ꝙ oſtendit ipſas acutas eſſe.Alterátur enim puerorum diſpoſitiones citiſſime propter corporis humiditatem, et naturalis potentię imbecillitaté. Sanguinis uero profluuia ex naribus fiunt in tali ętate cõſtitutis,quoniam hic humor in ea incipit ſuperabũdare, non quia plus de eo generetur,q̃ prius,ſed quia nũc minus abſumitur ex ipſo, propterea ꝙ et augumétũ minus eſt hac ętate, q̃ priore, ut ad corporis ꝓportioné. .xxviii.

dentibuſ ad pubertatem plurima ex his, et febres diuturnæ magis,et ex naribus profluuia ſanguinis. .xxviii,

p LVrimæ autem paſſiones puerulis iudicantur,nonnullæ quidem in quadraginta diebus, nõnullæ in ſeptem menſibus , nonnullæ uero in annis ſeptem, quædam uero iam ad pubem accedentibus. Quæ uero permãſerint, nec ĩ pubertate finierint, puerulis,aut foeminis cũ mẽſtrua erumpunt,conſeneſcere conſueuerunt. .xxix.

a Doleſcétibus auté ſanguinis ſpuitiones,tabes,febres acutæ,morbus comitialis,et alii,ſed praecipue antedicti.

ſ I uerbum,diutinę,ſermoni adiectum eſſet melius foret, unde et nonnulli nomen paſſionis,de diutinis tantum ipſum arbitrantur intelligere.Verũ contra hoc ſunt ſermones tales, quibus ipſe utitur in aphoriſmis.In acutis paſſionibus raro, et ĩ principiis uti medicationibus.Et tenues uictus,et in longis ſemper paſſionibus,et in acutis.Manifeſtum itaq; ex his eſt, ꝙ nõ in diutinis tantum,ſed etiam in acutis dicere conſueuit Hippocrates nomé paſſionis. Videtur autem hoc in loco,aut de diutinis paſſionibus intelligere,aut defectum ſermonem protuliſſe,Nos uero ipſum ſupplentes,dicemus ita.Plurimę autem puerulis diutinę paſſiones iudicantur,nonnullę quidem in quadraginta diebus,nonnullę uero in ſeptem menſibus,quędam in ſeptem annis. Ex diebus auté quadrageſimus primus eorum eſt ex quibus morbi diutini iudicantur. Vltimus autem inter illos qui acutos ex intercidentibus iudicant,ſicuti etiam ſupra notauimus, quicunq; uero hunc tranſcendunt numerum,ſecundum ſeptimanę rationem habent iudicium, non a ſeptem iam diebus cõnumeratis,ſed primum quidem méſibuſ,deinde annis. Et quidem ꝙ qui hoc tempus tranſcendunt,ad quartum decimum annũ perueniũt, manifeſtum.Nam ſecunda ſeptimana in hoc completur tempore, et alias in pubertate magnę fiunt corporis cõmutationes,in foeminis maxime propter meſtruorum eruptionem. Q uare ſi qui morbi,neq; hac ętate finiuntur,uſq; ad longum tempus perdurare conſueuerunt. .xxix.

c VM primas ętates ad pubertatem uſque minutiſſime diuiſerit, neſcio quomodo adoleſcentum ętatem pręrermiſerit,quę medium optinet locum inter puberes,et illos qui conſiſtentis ętatis uigorem habét. Verum ex aliis quas tetigit licet, et de iſta cõiicere quę in multis quidem cõmunicat illis quę ex utraq; parte ipſam circũſtant,ſed hoc habet peculiare in maribus,ſanguinis ex naribus ꝓfuſionem,de qua cõmeminit in illis qui ſunt prope pubertatem.Nam hic caſus incipit illa ętate apparere, ſed maxime uiget in adoleſcétibus,deinde ſubſiſtit in uiris. Verum hanc ętatem tranſgreſſus Hippocrates, ad illam quę eſt adoleſcentum peruenit,et primum ſanguinis ſputum ſcripſit,ac tabem, deinde febres acutas,et poſt has morbum comitialem,deinde poſt hęc ait,et alii morbi, ſed pręcipue antedicti, recte quidem hoc adiiciens.Nam rem ita ſe habere indicat uiſus.Cum uero non ſat plene de morbis acutis dixiſſet,neq; enim dicere ſimpliciter oportebat acutos,qui

et in pueris nihilominus fieri uidentur. Sed ex acutis tertianas maxime, et febres ardentes. Hę.n.prę cęteris febribus ſunt bilioſiſſimę, et multis adoleſcētibus accidunt, quoniam et flaua bilis hac ipſa ſuperabundat ętate, in qua morbi tales in ſummo uigore conſiſtentibus accidunt. Tabem autem et ſanguinis ſputum, non ſecundum ętatis naturam patiuntur, ſed ſecundum aliquid qđ ei accidit magis, quare et antea dicebat ꝙ ſenes plurimum minus ęgrotant iuuenibus, ubi et nos diximus, ꝙ ob incontinentiam iuuenibus, nō ętatis ībecillitatem, ęgritudines plurimę accidunt. Secundum hoc igitur, et adoleſcētibus ꝓfluuia ſanguiniſ accidunt, aut quia uulnerantur, aut quia franguntur, aut ſaliunt, aut clamant uehementius, uel quia refrigerantur, aut humi cubant, aut replentur, aut propter aliquam huiuſcemodi cauſam. Ad ſputum uero ſanguinis tabes cōſequitur. Quare et propter hęc talia adoleſcētes ex accidēti ęgrotabūt non primum neque ętatis ratione. Morbi autem comitiales, q̄uis malo uictu utantur, tamen ipſis non accidunt multi, ut mihi mirari ſubeat, quomodo et hos Hippocrates ſcripſerit, cum in aliis, non modo ꝙ abundant in pueris dixerit, ſed ꝙ etiam ex hac cauſa morbus puerilis nominatur, et ꝙ ętatis mutatione ſanantur. Fiunt igitur et in quibuſdā adoleſcētibus morbi comitiales qui prius nō erant, propter uictus errorem, quem in his quę aſſumuntur admittunt, et in aliis, quę ab ipſis aguntur operibus, et quia humi cubant, et ſoli ſe exponunt, et imbribus, atque aliis ſimilibus. Verum hi morbi non multi ſunt. Et fiunt quidam alii morbi eadem ratione. Quare melius fuerat ita ſcribere aphoriſmū. Adoleſcētibus autē et oēs alii morbi quos diximus aliis accidere ętatibus, ſed ꝓcipue ardores, et tertianę febres. .xxx.

.xxx.

u LTra hanc ætatem aſthma, ideſt creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflāmationes, lethargi, phrenetides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates inteſtinorum, leuitates inteſtinorum, hæmorrhoides.

a Doleſcētum ętas quīta ſeptimana terminatur. Iuxta hoc igitur, et ipſe in prognoſticis dicebat. Magis autem expectare oportet ſanguinis quidem profluuium in his qui nōdum trigintaquinque ānos attigere. Nam quę adoleſcētibus ętas continuatur, ad duas ſequentes ſeptimanas extenditur, in qua ętate omnia uitę munia ęque atque illi, qui in uigenti ętate conſiſtunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores ſufficiunt. Nam ex aduſtione, et algoribus, et humi cubatu, uigiliis, atque repletione, pluſq̄ illi offenduntur. Et quidem horum temperatura plus atrę bilis habet, atque ideo in ea multi inſaniunt, ueluti ex anni temporibus in auctumno. Sicuti enim hoc tempus frigidum exiſtens, ruffam excipit bilem tempore ęſtiuo exaſſatam, ſic declinantium ętas iuuenilem, quę maxime ęſtati ſimilatur, ſubſequitur. Et mirandum eſt cur in ea non ſcripſerit melancholiam. Ego tamen in quibuſdam exemplaribus hanc quoque ſcriptam inueni, ſiue aliquis ſit auſus apponere id qđ defecerat, tāq̄ ab Hippocrate prętermiſſum, ſiue ab aliis qui exemplarium errori fidem adhibuerunt. Moriuntur autem et ex tabe hac ętate, et ex iuuenibus quicūq; ex ſanguinis ſputo in tabem incidūt, ex ea moriūtur, non tamen hac ętate multi ſanguinem ſpuunt, quoniam neq; in talibus ſanguiniſ eſt multitudo. Aſthmaſiati crebris anhelitibus, et pulmonis inflammationibus, ac laterum doloribus magis capiuntur q̄ iuuenes, ut qui et uictu ſimili, et laboribus etiam utantur, ſed multo imbecillius q̄ illi corpus habent, et omnino eos quos prętermiſit in ętatibus uigore conſiſtentium morbos nominare, eos nunc omnes enumerat. Nam et phrenetides, et ardores, et cholerę, et difficultates inteſtinorum nihilominus iuuenibus quam declinantibus accidunt, occaſionem ſui ortus ex flaua bile capientes. Diuturniora autem in declinantibus uentris profluuia contingunt, propter alimenti diſtributiōis defectum. Nam omnium fere ętatum, ea quę iam declinat paucis indiget ad corporis reſumptionem, ſi quidē et id quod ex ipſis reſoluitur pauciſſimum eſt. Neque enim corpus ſimiliter calidum, ſicuti prius, neque amplius in augumen

rum quicq̃ abſumitur,ſed neq; uirtute contentiua ſatis imbecilli, ſicuti in ſenibus, plus aliquid ex corpore defluit. Quia igitur uentris profluuia,uel coctione,uel alimenti diſtributione fruſtratis accidunt,fiunt aũt et pp bilis acritudinem abradentis inteſtinum, hęc autem omnia in declinantibus ſunt, non ſine ratione in eis alui profluuia diutina ſunt,febres quidem lethargicę fiunt ex humore pituitoſo in cerebro aceruato . Prioribus autem ętatibus humor hic deficit magis q̃ ſuperabundet.

.xxxi.

ſENibus ſpirandi difficultates,deſtillationes cum tuſſe, urinæ ſtillicidia, urinæ difficultates, articulorum dolores,renum paſſiones,uertigines, apoplexiæ, mali habitus,pruritus totius corporis, uigiliæ,alui, oculorum, et narium humiditates,uiſus obtuſus,glaucedines,auditus graues.

In ſenili autem ętate plurimus quidem ẽ , uerum propter ętatis frigiditaté febres non accendit . In his autem qui ab ętatis uigore declinant,et hic humor ſuperabũdat, et nondum corpus frigidum eſt. Lenitates uero inteſtinorum,oſtenſę ſunt hę quidem a frigida fieri pituita, hę uero a ſola intemperatura quę uim alui contentiuam reddit imbecillem. Quę autem ab ulceroſa fiunt diſpoſitione,hę omnes in declinantibus ſuperabundant. Sanguinis uero per ora uenarum, quod gręci hęmorrhoidas uocant,profluuiũ,uere huius ętatis eſt paſſio,ſicuti ſunt atrę biles.Fit enim ex atra bile quando ad uenas quę in ſede ſunt repente decũbit,a me quidem omnium enumeratarum paſſionum cauſa fuit explicata. Scientia autem,cum horum probatione illis adueniet qui legerint demõſtrationes,quas ſuper his in noſtris ſcripſimus tractationibus quę quot ſint,ac quales, et quam doceant contemplationem,legenti librum de ordine noſtrarum cõmentationum, licebit diſcere.Ex his.n.permotus, quomõ earũ ſingulę ſint plegẽdę,cognoſcet. .xxxi.

ſEnes a ſenioribus nõnulli Hippocratis ſectatores diſtingunt. Nomen ſeniorum ultimę ętati tribuentes,et hoc perpetuum eſſe exiſtimantes.Senes autem in priori ętate ſtatuentes quę media eſt inter iuuenes, ac ſeniores. Sed nũc manifeſte mõſtrauit ſe ſenes eos qui extremã agunt ętaté noĩare, quare ad ipos ſermoné terminauit,ut q iã iã oẽs ętates pcurriſſet. Hi uero ſępiſſime a deſtillatiõibus,q̃ ſunt cũ tuſſe,capiũtur, quoniã ptes ad caput attinẽtes i ipſis facilime refrigerãtur,et qa multę in ipſis fiũt pituitoſę ſupfluitates,cũ iam ſatis frigidã cerebri habeãt tẽpaturã.Aſthmata uero, hoc ẽ crebri anhellitus,ex his deſtillatiõibus ortũ habẽt,cũ alioqn,et ipſa ſpirãdi inſtrumẽta nõ raro habeãt ꝓpriũ ſui algoris pricipiũ, quãdo et in ipſis multę,ac craſſę ſupfluitates generãtur,et pterea uiriũ ibecillitate pſente,renes ſępius obſtruũtur,et lapides generãt,quãdo tenax,uel craſſa ſupfluitaſ ibi firmata in ſimilé callo ſubſtantiã trãſierit.Articulorũ aũt dolores fiũt fluẽtibuſ aliq̃do ad hęc loca ſupfluitatibus,aliq̃do uero pp inſtrumẽtorũ, q̃ natura ad eorum motionem fabricauit,frigiditatem. Vertigines autem ipſis accidunt propter ſpiritum uaporoſum,qui in partibus cerebri inordinato cietur motu, ſępius uero et in uentriculo uitioſis ſuperflutatibus aceruatis ad cerebrum fertur exalatio uaporoſa.De apoplexia autem quid oportet dicere?Nullus enim morbus adeo eſt ſenili ętati familiaris,quoniam in ea cerebrum pituitoſis repletur ſuperfluitatibus.Si quod uero ulcus aduenerit ſenibus difficulter ſanatur propter defectum ſanguinis,et frequenter ſe ſcalpũt,qđ prurigines appellant, quoniam illę quę pruritum operantur ſuperfluitates,difficilem habent per cutem euacuationem, ratiõabile ſi quidem exiſtit,et cutem in ipſis ex frigiditate déſari,et ſupfluitates plures ſimul,ac craſſiores exiſtere,pluresq; ipſorũ, neq;.n.oẽs,continuo uigilant,q eis accidit,qa ſenectus plena curarũ ẽ,et pręterea corpus habet exiccatũ,unde et tũc magiſ uigilare cõtingit, quãdo integra ſanitate fruũtnr.Dictũ aũt a nobis ẽ,et in cõmẽtariis de tempaturis, ipſas quidem corporis partes in ſenectute fieri ſicciores,ſed multitudinem ſuperfluitatum pituitoſarum aceruari, ob quam cauſam a multis putatur ſenectus frigida,et humida.In quo autem tẽpore hę plures aggregantur, fiunt ſenes magiſ ſomnu

lenti.In quo uero bene excernuntur,peruigilant.Contingit autem et pauciores ſu/
perfluitates generari, et citius excerni,magis eo tempore,quo ſalubriter degunt,
unde et maxime ꝓpria paſſio ſenilis ętatis uidetur eſſe uigilia.Humiditates autem
in ipſis,et oculorum,et nariū,liquet fieri,propter cerebri ſuperfluitates,quibus eis
ad aluum defluētibus,et ipſa ſępius humectatur.Hebetes autem uiſus,et graues au
ditus,propter potentię ſenſibilis accidūt imbecillitatem. Glaucedines uero ꝑ im
modicam inſtrumentorū ſic
citatem, et quia ſpeciem ha
bent ſuffuſionis.

# GALENI IN HIPPOCRATIS aphoriſmos liber quartus,interpre te Nicolao Leoniceno.

.i.

u TERO GERENTES SV
nt ,medicandæ, ſi materia tur/
get quarto menſe, et uſque ad
ſeptimum,ſed has minus.Iunio
ra autē,et ſeniora uereri opor/
tet. .ii.

i N Medicationibus talia educere e
corpore ,qualia et ſponte prodeun
tia,utilia, quæ uero contrario modo
prodeunt cohibere oportet.

.i.

a D VTEROS Foe
tuum connexus eā
dem habent pro/
portionem, quam
fructus ad plantas.Hi ſi qui
dem in prima generatione
debilioribus capulis conti/
nentur , et ideo facile deci/
dunt quando uehemētior uē
tus ipſos concuſſerit . Poſt
hac aucti,difficilem habēt a
plantis diſſolutionem , ſicu/
ti rurſus cum perfecti ſunt
ſponte ſua ſine ui extrinſeca
decidunt.Eodem modo et cō
ceptus,i primo quidem tem
pore ſeminis iniectionis, ſi
aliquando ſaltare contigerit
mulierem , aut in lubrico cadere, ſiue quouis alio modo, uel ſecundum animam,
uel ſecundum corpus moueri uehementius, facilime diſrumpuntur.Sic quando, et
iam perfecti ſunt.Tempore uero intermedio firmiorem habēt coalitum, quare mu
lier utero gerens poteſt fortiores motus ſuſtinere,ſine foetus offenſione,quę omnia
Hippocrates noſcens,recte inquit. Vtero gerentes ſunt medicādę,ſi materia turget
quarto menſe,uſque ad ſeptimum,qđ eſt in medio tempore foetationis,cum foetus
utero firmiter alligatur.Non tamen omnes quę hoc tempore indigent purgatione,
permittit purgari.Sed ſi materia turget,inquit, hoc eſt cogat accelerare. Tractum
enim uocabulum eſt ab animalibus ad coitum concitatis,cum ſuperabundantes hu
mores mouentur,et per totum corpus deferuntur,nondum in aliqua parte firma/
ti,tunc ad eos expellendos natura incitatur, et aliquo indiget manum porrigente,
et hunc humorum motum ad aluum deducente . Eos uero qui aliqua in parte ſunt
firmati humores,non oportet mouere.Sic igitur et illud dictum eſt.Quicunque in
flammationes in morborum principio medicamento conantur ſoluere,nihil de eo
auferunt,quod intentum eſt,atque inflammatum. Neque enim paſſio, ut quę cruda
ſit,cedit,quę uero ſana ſunt,et morbo reſiſtunt,ſimul eliquant.Quod autem Hippo
crates uerbo medicari pro purgare medicamento conſueuerit uti, omnes confiten
tur quicunque paruam habent de eius dictiōe noticiā. Nam ut quiſpiam alia omit
tat ipſius uolumina, et de ſolis ſcriptis aphoriſmis meminerit, nihil aliud ꝑ uocem
medicari in eis poſſe ſignificari paulo poſt fiet manifeſtum. .ii.

ſ Ponte euacuari e corpore dicimus,quęcunqꝫ ſine aliqua medicatione excer
nuntur, nonnūq̄ ea quę noſtrum regit corpus potentia ipſum expurgante,
nōnūqꝫ ex irritamento aliquo, aut quia a uaſis non contineantur. Cum itaqꝫ
natura ſuperfluum euacuat,iuuatur animal,cum uero alioquin excernitur, caſus ra
tione, neque inde utilitas ulla prouenit, et talis euacuatio prauę diſpoſitionis eſt ſi
gnū.Recte igitur Hippo.cōſulit imitari naturā.Eſt aūt imitatio i uno quoqꝫ morbo
tales humores euacuare tētādo,q̄les nouimus i ſpōtinis ꝓdeſſe euacuatiōibus.Prius

itaq; dictum eſt ab ipo de omni euacuatione generaliuſ,hoc modo.Et uaſorum inani tio,ſi quidem talis fiat qualem fieri oportet, confert, et leuiter ferunt. Nunc uero de ſola purgatione eüdem fecit ſermonem, quoniam de hac docere propoſuerat in prçſentis libri loco.Melius igitur fortaſſe fuerit de omnibus euacuationibus,quas medici moliuntur circa çgrotantium corpora ſermonem repetere. Fiunt igitur hç aliquando per medicamenta totum corpus expurgantia,et per uomitus,et deiectio nes.Nõnũq̃ uero medicina partis alicuius eſt euacuatiua, ueluti quçcũq; per pala/ tum,et nares a capite abducũt ſuperfluitates. E genere autem ſuperfluitates expur gantium ſunt,et quç per tuſſim expurgant,quçcunq; in pectore ſunt, atq; pulmone, et quç per urinas abducũt totius ſanguinis ſeroſam ſuperfluitaté. Clyſterem quoq; ex hoc genere feceris,et quodcũq; aliquod totum corpus çqualiter euacuans, qué/ admodum et uenç ſectio creditur euacuare, et omnino ſanguinis miſſio, quçcunq;, et quouis modo facta.Ex talibus autem eſt euacuationibuſ,et quç per uterum fit,et per ora uenarum ſedis,ſiue per exercitia,et frictiones,et omnem motum,atq; calo/ rem,et balneas calidas,prçſertim nitroſas,ſulfureas,et bituminoſas,et ex accidenti inedia.Hçc ſi quidem omnia uidentur totum çqualiter corpus euacuare. Si quis ta men exactius perquirat,non çqualiter inuenietur euacuari. Verum in his cum ſit paruus exceſſus alterius ad alterum,ſecũdũ eorũ quç euacuãtur qualitaté, et quãti taté,ideo çqualis euacuatio uidetur. Attamen q̃ pharmaca purgatoria nominantur ſpeciem faciunt euacuationis manifeſte differenté,de quibuſ,ut dixi,nunc ipſi doce re propoſitum, non tamen quicq̃ plus docet,q̃ ꝙ de omnibus euacuationibus ipſe iam dixit.Vna et enim eſt omnium intentio humor ſuperabũdans,cuius noticia eſt perquirenda ex eo qui in toto corpore prçter naturam color reprçſentatur. Et prç terea ex caſibus,et morbis,et tempore,et regione,et çtate,et conſtitutione, et natu ra çgrotantis,et induſtria,et uictu. Veluti ſi ita cõtigerit,colore ruffo in toto corpo re apparente,quemadmodum in illis qui regio morbo laborant, non euacuata per ſedem bile,aut puſtulis aliquibus bilioſis per totum corpus diſperſiſ.Particulatim autem ſi morſus in uentriculo aliquis, atque faſtidium ſentiatur, et adſit cibi appe titus defectus,ac ſitis,ore uentriculi ad amaritudinem alterato, aut quia in aliqua parte corporis ſit Eryſipelas, aut quia terciana febris hominem habeat, aut ex ar/ dentibus illa quç ex amara fit bile.Nam in his omnibus flaua bilis abundat, atque idcirco conabimur ipſa educere illis medicamentis,quç cholagoga,ideſt bilis educ tiua ab effectu nominantur. Et hoc eſt qđ ab Hippocrate dicitur .Si qualia oportet purgari purgentur,confert,et leuiter ferunt.Quod enim dicitur qualia oportet,ſu perabundantiam ſignificat ſuperfluitatum ſua qualitate infeſtantium çgrotantem· Ob hanc igitur cauſam ait tales conferre euacuationes. Sed quoniam omnes artifi cioſç in actionibus coniecturç aliquando aberrant(Similitudines etenim ut ipſe in quit non ſolum uulgares,ſed etiam medicos eruditos aliquando decipiũt) Alterum nobis dedit inditium bonarum euacuationum, tolerantiç facilitatem, ut et in hoc fiduciam habeamus,cum recte fecerimus euacuationem. Quod igitur in flaua bile dixi,ueluti in exemplo,hoc idem mihi, et in atra,intellige. Nam et in hac color to/ tius corporis ad nigritiem tendit,et puſtulç nigrç fiunt ex atrç bilis colore, et qui cunque morbi,ex eius fiunt exuperantia multitudinem humoris indicant manife/ ſte,quemadmodum Elephas,Cancer,et quartanus circuitus ex melancholico humo re generãtur,et lien magnus,et uarrices denigratç,ſunt eiuſdem humoris germina paſſiones, quemadmodum et quç melancholia nominatur,et omne mẽtis delirium, cui ira,temeritas,atque immanitas iungitur.Hippocrates uero,etiam ex mẽſtruis, ſuperabũdantem in foeminis humorem coniecturabatur,et ſcripta ſunt ab eo indi cia,i n primo libro de mulieribus . Ex his igitur ꝙ atra bilis abundet,dignoſcere oportet,et has habentem intentiones ad eius accedere euacuationem.Secunda au/ tem,in ipſa euacuatione intentio habenda,eſt tolerantiç facilitas. Quçcunque uero in atra bile, et flaua ſunt dicta, hçc mihi et in pituita intellige, tumores ueluti in/ flatos, puſtulas, et totius corporis colorem ſecundum humoris ſpeciem , et fe/ bres quotidianas, et mentis pigriciem, atque torporem, et ſomnos profundos , et

capitis grauitates, et quoſdam acidos ructus,quando in uentre ſuperfluitas aderit. Hęc enim omnia ſuadent medicamentum dare pituitam purgans . Facta uero iam purgatione,tolerãtię facilitas atteſtabitur,et dignotioni,et ei,quam auſus es facere propter ipſam,euacuationi.Ad dignotionem uero,et ſpem euacuationis,habes etiã conferenté aliquid,non ſolũ ętatem,uel naturã ęgrotantis,ſed etiam anni tempus,et pręſenté conſtitutioné,pręterea et regionem,et uictũ antecedenté,una cum aliis ui tę inſtitutis.Et.n.didiciſti ꝙ hęc omnia,nonnulla pituitã, nõnulla flauã bilem, nõnnul la atrã exaugent . Hęc qdem omnia, ut dictũ é, ſunt inten tiones exhibendi medicamé tũ,uim habens humoré infe ſtanté expurgandi. In ipa ue ro euacuatione altera erit in tentio,uel nobis ferens recti iudicii teſtimoniũ,uel erro/ ris. Recti quidé iudicii tole rantię facilitas. Erroris auté difficultas . Nam ifeſtãtibus ſupfluitatibuſ euacuatis,facile tolerabũt ęgrotãtes.Si quid uero aliud,et nõ qđ infe ſtat euacuatur neceſſariũ oio male tolerare. Quod igitur dixi,in pricipio libri per unum oſtendit aphoriſmũ,ita ſcribens.Sic et uaſorũ exinanitio,ſi quidem talis fiat qualé fieri oportet confert,et leuiter ferunt.Hunc in hoc loco nunc in duas ſecans partes,in medicationibus,per prioré quidem ſermoné quę ſint conferentes purga tiones,per alterum autem qui ſequitur,ꝙ tales euacuationes firmum indicium ſub ſequitur facilitas tolerantię,docet.Exemplum uero ipſe appoſuit earum quę ſponte fiunt euacuationum ad bonum.Multa quidem in libris Epidemiarum. Pauca uero in hoc ipſo libro aphoriſmorum,qualia huiuſcemodi ſunt.Quem aqua intercutem habet per uenas in uentrem aqua fluente,ſolutio.Si lippitudo adſit,ab alui ꝓfluuio capi bonũ.Quibus bilioſę deiectioneſ,ſurditate ſuperueniéte ceſſant,et quibus ſur ditas,bilioſis factis,ceſſant.

.iii.

ſ I Qualia oportet purgari, purgen tur,confert,et leuiter ferunt.Contra ria uero,grauiter. .iiii.

m Edicari æſtate ſuperiores magis, hie me uero inferiores. .v.

ſ VB cane,et ãte canem difficiles ſunt medicationes. .vi.

g RAciles, et facile uomentes purga re ſuperius,cauentes hiemem .

.iii.

p Rius hic aphoriſmus a nobis expoſitus eſt,in pręcedentis aphoriſmi expoſi tione,ſcriptus etiam i ſuperiori libri parte,hiſdem uerbis.Quare et nõnul li eum de hoc loco ſubſtulerunt. .iiii.

ſ Vbaudire oportet,uidelicet uentres.Recte autem ęſtate quidem purgat ſu/ perius.Quoniam et qui tunc humor ſuperabũdat flaua bilis eſt, et omnino tota natura animalis propter ambientem caliditatem magis ad ſuperiora mouetur.Quęlibet autem ſuperfluitas eo quo uergit ducenda per loca conuenien/ tia,quemadmodum ipſe in libro de humoribus ſcripſit . Addidit huic aphoriſmi ſermoni uerbum,magis, neque ſimpliciter dixit.Medicari ęſtate ſuperiora,hieme uero inferiora. Nam etſi non ſępius,raro tamen tempore ęſtatis humor melancholi cus uiſus eſt ſuperabundare,ſicuti hieme aliquando flaua bilis. .v.

e Xuſta enim tunc natura eam quę a medicamentis purgantibus nõ fert acri tudinem.Quare et plures purgati hoc tempore incidunt in febres, et natu ra ex ęſtu imbecillis magis ex purgatione diſſoluetur, et quidem purgatio hęc praua fiet, cum calor aeris ambientis in partem trahat extrinſecam, contra/ riam ei ad quam medicina ducit humores . Sicuti enim balneę calidę natura aptę ſunt obſiſtere purgationibus,ſic et calor ęſtatis,et tunc pręcipue,cum ſe ipſo uehe mentior extiterit. .vi.

h Ic addere oportet,qđ paulo ãtea dictum eſt,uerbum magis.Magna enim ex parte graciles ſunt bilioſi.Si igitur hoc acceſſerit,ut ſint ad uomendum fa/ ciles,ſunt per ſuperiora purgãdi,niſi obſiſtat hiems.Nam ſupra dictum eſt. Aeſtare magis ſuperiores,hieme autem inferiores purgare oportet. .vii.

f I quidem facilis ad uomendum,et gracilis ſit,per ſuperiora purgandus eſt, niſi ſit hiems,hoc eſt ęſtate,auctumno, et uere. Si uero difficulter uomat, et mediocriter bene carnoſus ſit,per inferiora,ſi res urgeat,ſoluiť cauẽdo ęſtatem,aliud autem anni tempus non oportet cauere. .viii.

n Vmq̃ tabidos duxeris,ueritus.ſ.inſtrumẽtorũ q̃ reſpirationi obſeruiunt ibecilitatẽ.Per tabidos aũt intelligere oportet eos,qui morbũ,a gręcis phtiſim noiatũ,patiũtur, uel q ad eũ ſunt natura ꝓni,de qbus ipe i primo lib.epidemiarũ ſcribit. Et maxime moriebãtur qbꝰ natura ad tabẽ ꝓna erat. Eſt aũt his pectuſ anguſtũ,et q i eo cõtinetur pulmo. .ix.

.vii. u OMentes uero difficulter, et mediocriter bene carnoſos,per inferiora,cauentes æſtatem. .viii.

r ABidos uero cauentes, ad ſuperiores purgationes. .ix.

m ELancholicos plenius inferiores,eadẽ ratione cõtraria apponẽtes. .x.

m Edicari i ualde acutis,ſi materia turget eadem die. Tardare enim in talibus malum eſt. ,xi.

q VIbus tormina, et circa umbilicum labores, et lumborum dolor, q neq; a medicamento, neq; aliter ſoluitur, In aquam intercutem ſiccam firmatur.

u Entres aũt, uidelicet iferiores melãcholicorũ oportet rationari debere plenius medicari.Pleniuſ ãt dixit ꝑ fortiuſ. Quia ãt ad iferiora declinat hic humor pp grauitatẽ,non ſine ratione ipm iubet puentrẽ inferiorẽ euacuari,ſicuti flauã bilẽ p ſupiorẽ, cũ ſit leuis humor, et ſpõte cõtinuo fluitet. Cõe qdẽ i ãbobus, ut ducãtur quo uergunt ꝑ loca conuenientia.Propriũ uero alterius humorũ p ſupiora loca euacuari,quoniã ad hęc uergit. Alterius uero p iferiora quoniã,et ad iſta declinat.Cõtraria itaq; eſt p ſupiora euacuatio illi q̃ fit p iferiora.Quorũ utrũq; fit ſecũdũ unã cõem rõem.Quare et recte dixit Hippocrates.Eadem ratione contraria apponentes. .x.

d Ictũ eſt et a me prius,ꝙ uerbũ,turget,Hippo. tranſtulit ab animalibus q̃ ad coitũ ꝓperãt,cũ naturali cõcupiſcentia moueantur ad ſeminis excretionem. Oſtenſum eſt .n. in libris de ſemine,ꝙ foemina ẽt in coitu ſemen excernit. Quãdo igitur in toto corpore ſimilis huic fuerit naturę impetus,ad excretionẽ ſuꝑfluitatũ,uel ſi nõ in toto corpore,ſaltẽ in partibus principalioribus, tale qd cõſueuit Hippo.p uerbũ,turgere,ſignificare,et ſtati p medicamẽtũ euacuationẽ faciendã iudicat. Prius uidelicet q̃ robur corporis diſſoluatur,uel febris caliditas augeatur, aut ad aliqđ mẽbrũ principale decũbãt,hi q p corpus uagãtur humoreſ.Qđ aũt ualde acutos morbos noiauerit, quos prius pacutos dixit, unicuiq; liqt. Et qdẽ ꝙ horũ terminus eſt prima ſeptimana,dictum et a me prius hoc eſt. ,xi.

t Ormina fiũt et pp morſum uehementẽ,et ſpiritũ flatuoſũ,q nõ habet exitũ. Sed in iteſtinorũ inuolucri ẽ interceptus. Quod uero dolores ad tales diſpoſitiones cõſequãtur,nemini dubiũ,at cũ circa umbilicũ,ac lũbos ſe firmauerint,neq; a medicamẽtis,neq; aliis ſoluũtur auxiliis. Quędã ẽ earũ ꝓriũ habitualis intempatura,q̃ magna ex pte pſeuerãs,eã aquã intercutẽ efficit,q̃ ab Hippo.ſicca nominatur. Vocatur ãt hic morbus a poſterioribus medicis tympanias,quoniã ſũmus uẽter pcuſus talẽ ſonũ edit q̃lẽ tympana. Nã et in illis p cutẽ extentã aer pcutitur, quẽadmodũ et ille q in ꝓfundo locatur,i tali morbi genere. Quod uero et hoc morbi genus hydropẽ.i.aquã intercutẽ Hippo.nominet,eſt manifeſtũ.Non tamen humidum eſt,ſicuti qui aſcites,ab utris ſimilitudine dicitur. In quo materia collecta nõ eſt flatuoſus aer,ſed humor aquoſus.Videtur aũt a maiori frigiditate generari aquoſus hydrops,quem aſcitem uocant, quoniam ueluti in utre quodã in mẽbrana abdominis iteriore humor continetur. A minore aũt tympanias. Neq; enim humida ſubſtantia in flatuoſum aerem ſine calore aliquo poteſt tranſmutari. .xii.

q Vando celeriter ea quę comeduntur deiciuntur,hác paſſionem leuitatem inteſtinorum nominant.Fit igitur ex potentię contentiuę debilitate. Cóſequitur autem ad omnium quę ad aluum pertinent inſtrumentorum intemperaturas,hoc eſt ipſius uentriculi,in quem cibos deuoramus, et eorum quę ex hoc ſuſcipiunt,atq; traſmittunt inteſtinorum. Fit autem quádoq; et leuitas inteſtinorum ex aliqua ſummas partes occupante exulceratione,ſimili illis quę in ore fiunt,quaſ gręci aphthas nominát.Intéperaturę igitur nónúq̃ fiunt habituales(ſic uero nominát illas quę ipſo corporum habitu lęſo fiunt) et quandoq; propter frigidam pituitam, qualis eſt acida maxime . Earum autem quę in ſúma parte hęrent exulcerationú,cauſa eſt humor acris,et tenuis. Hic igitur etſi per ſupiora purgari debet, quoniá huiuſcemodi humores magis fluitare ſoleát,q̃ ad inferiora ſecedere, nó tamen hoc hieme faciédum eſt, ſicuti etiam ſuperius eſt dictum. Alter uero pituitoſus,quando adhęſerit inteſtinis,núq̃ eſt per ſuperiora purgádus,hoc eſt per uomitoriam medicinam. Sola enim euomi natura apta ſunt quę in uentriculo continentur. Eorum uero quę continentur in inteſtinis,nihil poteſt per uomitus euacuari. .xiii.

.xii.

q VOrum alui inteſtinorum leuitate laborát, hiberno tempore ſupra purgari malum. .xiii.

a D heleboros qui nó facile ſupra purgantur,eorum corpora ante potionem pluri cibo, atque quiete humectanda ſunt. ,xiiii.

c VM biberit quis heleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad ſomnos uero, atque quietem minus . Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.

p Rius oportet tétare eum qui heleborum ſumpturus ſit,quomodo ſe habeat ad ſuperiores purgationes, hoc eſt ad eas quę fiunt per uomitiones. Fiat autem periculum per medicamenta uomitoria,quęcúq; ſunt mediocria.Si igitur de facili non purgari uideatur,non oportet huiuſcemodi hominem ad heleború ducere,anteq̃ pręparetur. Hoc autem fiet ſi per cótinuos uomitus adſueſcat is qui eſt ſumpturus heleborum ad prompte uomendum, uerum hoc,ut paruum aliquod, atq; omnibus notum,Hippocrates prętermiſit. Melius autem fieret prius humectádo corpora. Pręhumectantur autem plurimo aliméto,atq; quiete. Et de quiete quidem clarum eſt.Sicuti enim exercitia ſunt apta natura exiccare,ſic et quies(ꝙ ociú eſt,et ab exercitatione uacatio)ſeruat humiditatem.Cibuſ uero non ſimpliciter plenior eſt aptus natura humectare,ſed quicúq; nullam habet fortem qualitatem, hoc eſt neq; acerbam,neq; acrem,neq; ſalſam,neq; amará. Forte autem neq; ſimpliciter cibus hic qui talis eſt appellandus.Sed hoc totum,cibus medicinalis, ſicuti illi qui eſt cibus ſimpliciter,ſoli hoc ineſt ex omnibus,ut ex ſua natura,non autem ex accidenti ſolidas partes animalis humectet, hoc ipſum non per ſe, ſed ex accidenti faciente quiete.Quia.n.eam quę prouenit ex cibo humiditatem non exiccat,idcirco dicitur humectare.Aqua uero neq; pota,neq; extrinſecus occurſans,natura apta eſt ſolidas animalis partes humectare.De talibus aút perfectiorem poſſit quiſpiá habere doctriná legédo librú noſtrú de potétiis naturalibus,et librú de tabe. .xiiii.

i Pſe attulit cauſá ob quá eorú corpora moueri ꝑcipiat, qui aſſúpſerunt heleború,quies ſi quidé in eodé ſtatu conſeruat,motus uero tranſmutat,atq; alterat corpus,ut indicat nauigatio,q̃ motus qdé eſt. Turbat aút corpora adeo, ut excitet uomitú. Cú igitur talis motus fuerit ſufficiés, et ſolus ad uomitú corpus ꝓparare,fit ſane rationabile,ut ſi uomitorio medicaméto cóiúgatur lóge maioré habeat efficaciá. Quidá ꝓnauigatione nauſeá ſcribút,ut ſit ſermo talis.Oſtédit aút et nauſea q̃ uehementioribus corporis aduenit motionibus, ex motione corpus ꝑturbari. Liquet aút ꝙ et hic ſermo eandem uim habet cum priore.

Rior quidem aphoriſmus quomodo oporteat hominem qui heleborum ſup p ſit ad purgatióem pręparare,nos docuit,pręſens uero quomodo ſiſtere purgationem.Non eſt autem abſq; ratione,ꝙ ea quę ſiſtunt purgationé,ſint contraria his quę uomitum cient. Si igitur motiones ciebant,ſiſtent quietes, et multo magis ſomnus,in quo motus animales ociantur,qui et per ſenſum fiunt,et pręterea per mulſculos in motibus qui fiunt ex appetitu. .xv.

c VM uolueris magis ducere heleborum,moue corpus, cum uero ſiſtere, ſomnum facito,et non moueto. .xvi.

c ARnes ſanas habentibus heleborus periculoſus. Facit enim conuulſionem. .xvii.

ſ I Quis febrem non habens, abſtineat a cibo,et cordis morſum,ſeu uertiginé patitur, et oris amaritudinem ſentit, purgatione indigere per ſuperiora ſignificat. .xviii.

ſ VPra præcordia dolores,purgatióe indigere per ſuperiora ſignificant. Quicunq; uero inferiora moleſtant per inferiora. .xix.

q VI in medicamentis purgati,non ſitiunt,non quieſcunt priuſq̃ ſitiant.

.xvi.

q VOd in pcedentibus dixerat in omnibus purgatióibꝰ,hoc nũc ī ea ſola dicit quę fit per heleborum,ita ꝙ duo aphoriſmi poſſunt inuicem iungi,tali mõ . Qui corpore bene ſe habẽt,difficile eſt medicari. Sic ergo et heleboruſ carneſ ſanas habentibus piculoſus. Conuulſiones.n.facit.Habet nãq; heleborus iſtud pcipuũ facere conuulſionem pp operationis uehementiã. .xvii.

a Bſtinentia a cibo idé ſignificat,qđ iappeténtiã. Cordis auté morſus,é cordis,hoc eſt oris uentriculi paſſio. Priſci ſiquidem et hoc cor nominabant. Vertigo aũt eſt quando ſimul uidetur circũuolui,hoc eſt circunſtantia moueri , quęcũq; conſpicimus, et ſenſus uiſus repente deſtruitur,cũ uideantur tenebrę circũfuſę.Fit aũt hoc ore uentriculi a malis humoribus morſo.Nam pp neruorũ magnitudiné,qui ad ipm a cerebro ueniũt, hac parte patiente,animę opera detrimentũ patiuntur.Hi itaq; caſus ſunt cõmunes humorũ omniũ mordacem habẽtiũ naturã.Os aũt ſentire amaritudiné,ſolius biliſ, quę ruffa,et flaua noiatur,eſt opus,quare recte in huiuſcemodi caſibus inquit Hippocrates ſignificari,ꝙ oporteat purgari per ſuperiora,quod explanatum talem habebit interpretationem.Huiuſmodi autem caſus ſignificant medico indigere hominem purgatione per ſuperiora,hoc eſt per uomitiones. .xviii.

h Ic aphoriſmuſ quod antea in uno dolore docuit oris uẽtriculi,hoc ad oés extendit dolores,quicũq; ſupra pcordia conſiſtũt,purgatióe uidelicet indigentes conſulés per ſupiora purgari.Quicũq; uero infra pcordia, clarũ eſt ꝙ hi per inferiora purgationé requirunt.Addidi aũt ſermoni,purgatione indigenteſ,ne quis forte arbitretur curare Hippo.oés dolores ſimpliciter p euacuationé.Neq;.n. nunc dixit hoc,ſed ꝙ ſecundum humorum infeſtantium motiones,oportet etiam facere euacuationes,et neque ſupra pręcordia dolores per ſubducentia medicamenta euacuare,neq; infra conſiſtentes per uomitiones. .xix.

q VI purgantur,nõnulli ſtatim ſitiunt, nõnulli poſtea.Et fit hoc pp ipſius uentriculi diſpoſitionem,et pp datũ medicamentũ,et pp humoris euacuati naturam. Ventriculi quidem ratione,qui ex caliditate,uel ſiccitate,uel ambabus qualitatibus prompte ad ſitiendũ perducatur,ſiue hoc natura inſit ei qui biberit medicamentũ,ſiue illo ſolũ tempore. Ratione aũt medicamenti cũ acutũ fuerit, et calidũ,ac mordax.Propter humoré uero euacuatũ,q̃do bilis amara fuerit,hiſce quidem de cauſis fiunt ſitibũdi. Ex contrariis uero longo tẽpore ſine ſiti perſeuerant, quando uidelicet, uel frigidiorem, uel humidiorem uentriculum habuerit homo q

purgatur,uel ab initio,uel in tempore purgationis,uel quando medicamentum omni uacat mordacitate,et tertio quando humor pituitoſus,aut aquoſus extiterit. Verum et in his,quando abunde fuerint euacuati,conſequitur ſitis. Sufficiens et enim eſt ea quę ex euacuatione prouenit ſiccitas,hanc efficere, ac prętereа ea quę eſt medicamenti purgantis uis habentis aliquam, et ſi neq; manifeſtam,neq; ſenſibilem, attamen latentem,acritudinem,ac caliditatem. .xx.

n ON febricitantibus ſi tormina acciderit,et genuum grauitas, et lumborum dolor, purgari inferius oportere ſignificatur. .xxi.

d Electiones nigræ, qualis eſt ſanguis niger,ſponte uenientes, ſiue cum febre,ſiue ſine febre,peſſimæ, et quanto colores magis praui fuerint plures, peius, cum medicamento uero melius, et quanto colores plures non praui.

ſ Icuti paulo antea docuit eorũ quos oporteat purgare ſupius, ita nunc docet ea per quę cognoſceret aliqs,quando oporteat inferius purgare. Eſt autem cõmuniſ utriſq; ratio in differentibus caſibus. Nam pro motione noxiorum humorum facere oportet euacuationes. .xxi.

d E deiectionibus nũc ipi ẽ ſermo,quę a priſcis qdẽ nigrę uocantur, bilis uero nigrę exquiſite non ſunt. Nã acre,et corrodens,et acidũ nõ habent. Multo uero magis, neq; in terrã effuſa buliũt,uerũ eſt,ſicuti quis eius deſcribenſ imaginẽ,diceret manifeſte,ueluti ſanguinis limus,qualis uinis craſſioribus iã cõſiſtentibus ſolet ſubſidere,quẽ fecem nominant,quę ſi diutius moretur in corpore,et neq; p aliquẽ ſenſibilẽ effiuxũ, neq; occultũ excernatur,uerũ traſmutetur,atq; putreſcat, fit bilis nigra exquiſite. Anteq̃ uero hęc generetur,ſplen trhait eã quę eſt ueluti ſanguinis fex,hepar expurgans,quẽadmodũ in cõmentariis de potentiis naturalibus eſt demõſtratũ. Et qdem utitur hoc melãcholico humore ad ſui nutricionẽ ſplen,et quãtã ipſe fecerit ſupfluitatem,hanc rurſus totã expellit ad uentrẽ una cũ aliis ſupfluitatibuſ excernendam. Si quãdo igitur neq; ſplen bene expurgauerit,et ille qui i hepate cõtinetur ſanguis multũ huius limoſę ſupfluitatis habuerit,accreſcet debilitas uiſceri. Ita q̄ nõ continebit in ſe ipſo ſupfluitates,et tunc illę,quę nigrę uocantur,fient deiectiões, de quibus nũc ſermo habetur ab ipſo. Adiecit autẽ ſuo ſermoni,ueluti ſanguis,tale quoddam oſtẽdens,qualis fit ſanguis denigratus,dũ p inteſtina defertur, tales ſunt nigrę deiectiones. Nã extremę dementię fuerit exiſtimare ſanguini ſecundũ naturã ſe habenti,tales deiectiones aſſimilari. Fiẽt et.n.hę et rubrę,et nigrę. Atqui impoſſibile eſt ſanguinẽ eũdẽ,et rubrũ,et nigrũ eſſe. Plurimas uero huiuſcemodi deiectiões, in peſtilenti hoc morbo longo cõſpeximus,quę nõ magis in his qui exitio proximi erant,q̃ in aliis ſaluandis apparebant, non tamen uel in principio, uel in cremento morborũ conſpiciebantur. Tunc.n.quę euacuabantur erant,et flaua, et ruffa colore coliquamenta, quę uero mox apparebant,nigra erant, ueluti ſanguinis fex,ſiue ipo ſupaſſato habuiſſent generationem,ſiue cũ aliquã extraneã putredinẽ aſſumpſiſſẽt, illis quę in uẽtriculo fiunt cruditatibus proportionaliter, quãdo ad uitioſos humores corruptio terminauerit. Quare ab initio qdẽ nũq̃ ad bonũ fiunt, huiuſcemodi deiectiones,magnã uiſceris lęſionẽ oſtẽdentes,ad morbos uero cõſiſtentes ſequũtur ſępius,natura ſupfluitates expurgante. Nõ tamen hoc in aphoriſmo adiecit Hippo. q̃uis alibi dixerit,in uniuerſum,ſigna iudicatoria non ſtatim appareãt. In ſequenti aũt aphoriſmo pticulatim,dũ inquit. Morbis qbuslibet incipientibus, ſi atra bilis, uel ſupra,uel infra exierit lętale ẽ. Nũqd igitur ſatis uiſus eſt ſui animi manifeſtare ſententiã,utens hoc uerbo,uenientes,q̄ tẽporis ſpaciũ oſtendit,tãq̃ uidelicet p morbũ totũ,uel p longũ ipſius tẽpus tales ueniãt deiectiones. Si.n.aliqđ unũ tẽpus oſtẽdere uoluiſſet oio,uel q̃ poſt apparuiſſẽt,uel q̃ ueniſſent,ptuliſſet nõ ſpõte ueniẽtes. Hoc.n.uerbũ ueniẽtes,nõ aduẽniſſe,ſed aduenire ſignificat. Aſſũpto tamẽ medica-

mento qđ uim habet purgādi nigra,talia deici nihil mirū. Sic quidem multi deiectionum colores prẹter naturam,ſpõte quidem euacuari,multarum,atq; malarum in corpore diſpoſitionum ſunt ſigna. A medicamento autem ducti uim habente,plureſ humorum ſpecies euacuare nihil abſurdum ſignificat. .xxii.

Acta eſt a nobis et in antecedente aphoriſmo diſtinctio inter humorem me
f lancholicū,et nigrā bilem de qua nunc ſermo habetur ab ipſo,et cauſam ob quā ab initio lẹtales ſint huiuſcemodi humores, poſtea uero iudicatorii appareant, in illo aphoriſmo ſufficiēter percurrimus, ſed et nunc repetemus,quoniā ea quẹ ſunt ad artē maxime neceſſaria, ſẹpe tractare ſit meliuſ.Quādo aliquis incipit morbus,ſi qd excernitur, nihil tūc excernitur naturẹ ratione, ſed ſunt omnia hẹc caſuſ p̄ter naturā earū q̄ ſunt in corpore diſpoſitionū, quo.n.i tēpore a cauſis qdē morbū facientibus natura grauatur, adeſt aūt cruditas humorū, tūc aliquid bene euacuari eſt impoſsibile.Si qdē oportet coctionē p̄ire,ſubſequi uero diſcretionem, et poſtea euacuationē,ut bona ſit criſis,ſiue iudiciū.Hẹc aūt nos ipſe docuit in primo libro Epidemiarū,ita ingens. Coctiões iudicii ſecuritatē ſalubrē ſignificāt.Cruda āt et incocta ad malos abſceſſus cōuerſa,iudicationis carētiā,uel labores,uel tēpora, uel mortes, uel eorūdē malorū reditus. Quādo igitur poſt morbi coctionē aliqs humorū uitioſus excernitur,tūc corpus a natura expurgatur, et pp hoc atra bilis, et alius ois huiuſcemodi humor,ubi ſigna coctionis in morbi ꝓceſſu apparuerint,bonā ſignificat euātionē,ſi uero aliter excernātur ſine ſignis coctiōis,exitialis ē caſus,quare cum i morbi pricipio ſemp ſint ſigna cruditatis,mala erit humorū taliū euacuatio. xxiii.

.xxii.

m ORbis quibuſlibet incipientibus,ſi atra bilis, uel ſupra,uel infra exierit, laetale. .xxiii.

q VIbuſcunque ex morbis acutis, aut diuturniſ,uel ex uulneribuſ,ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis,ſiue uti ſanguis niger de ſubter exierit,poſtridie moriuntur. .xxiiii.

d Iſſicultas inteſtinorum,ſi ab atra bile inceperit laetalis eſt.

Ermo in hoc aphoriſmo eſt potentia talis,ſiue atra bilis, de qua antecedens
ſ docuit aphoriſmus, ſiue nigra q̄ ſanguini nigro aſſimilantur,de qbus prior aphoriſmus,his q ad extremā extenuationē uenerit,apparuerint, poſtridie moriuntur.Eſt.n.in talibus natura imbecillis adeo,ut nō poſſint cōcoquere,neq; diſcernere,neq; excernere,q̄ ita praua exiſtunt,Propter morbi igitur magnitudinem, cū cōtineri nequeant,effudūtur et idcirco ſunt difficilia.Mortē aūt nō in poſtremis afferunt, ut in aliis cōtingit morbis pp uiriū imbecillitatē. Oſtendit tamen in hoc aphoriſmo manifeſte,ꝙ et in priore,cum dicebat. Deiectiões nigrẹ qualis ſanguis, ſubaudire oporteat niger, ut tale ſit plenū deiectiones nigrẹ, uel qualis ſanguis niger. Oſtendit autem et ꝙ nos bene a nigris bilem nigram ſeperauimus. Hẹc enim ſanguini denigrato ſimilia uidentur differentia in eo ꝙ fuſa ſunt,et non concreta,ut ille.Nigra autem bilis,et in eo ꝙ fuſa eſt abſque concretione, et quia fulgentem habet nigredinem,et prẹterea mordax eſt,ſicuti acetum,et terram abradit,atque fermentat,quorum nihil nigris adeſt. .xxiiii.

B illa quẹ a quibuſdam ruffa,ab aliis bilis flaua nominatur, magna ex parte
a incipit inteſtinorum difficultas,abraſis prius in ſumma parte propter humorum acritudinem inteſtinis.Poſtea uero exeſis,adeo ꝙ exulcerentur.Hāc igitur inteſtinorum difficultatem ſẹpe ſanauimus. Quẹ uero ab atra bile fit inſanabilis eſt,cum nihil differat a cancro ulcerato.Vbi igitur hic cancer in ſumma parte conſiſtens,ſit cum difficultate ſanabilis,aut omnino inſanabilis,cum tamen poſſit continuo medicinam habere inſidentem,rationabile eſt illum qui occupat inteſtina,non ſolum quia nihil illi continuo adhẹrere poteſt,uerum etiam quia ſemper ab alimenti ſuperfluitatibus tangitur,eſſe penitus inſanabilem. .xxv.

E nigris deiectionibus ſermo habitus ab ipo eſt in pcedẽtibus aphoriſmis,
d nũc uero de his q̃ uel p os,uel ſedẽ excernũtur uerba facit. Quare in propoſito aphoriſmo audiemus ipm dicẽtẽ,ſupra,eã quę fit p os ſolã excretionem, illa quę fit per nares omiſſa.Hanc itaq; ait oio eſſe malã,qualiſcũq; fuerit, is qui excernitur ſanguis,hoc eſt,ſiue ſpumoſus,ſiue rubeus,ſiue flauus,ſiue niger,ſiue aquoſus,ſiue craſſus,melius.n.eſſe inquit,ut infra exeat,et neq; huc p modũ diſrupti ſanguinis, ſed paulatim fluẽtis, ita ꝙ ſui exitus tarditate denigretur. Ipſum itaq; ſanguinẽ cõfluere omnino ad aliqđ inteſtinũ,malum oportet exiſtimare. Melius aũt quando paucus q̃ q̃do multus, ueluti diſruptus,effluxerit. Quare qđ dicitur bonum,nõ tãq̃ ꝓprie dictũ, ſed tãq̃ melius diceret,eſt audiendum,quaſi ita diceret. Infra aũt melius nigra deici. Vere.n.hoc eligibilius, q̃ p os modo quocũq; ſanguinẽ ferí. Hoc quidẽ dixerit quiſpiã eã quę uidetur in uerbis antiqui pugnã diſſoluens, cum aliquãdo dicat bonum eſſe,ut nigra deiciantur,qđ paulo antea malum dixerat. Cõtingit autem et ita audire nigra,queãdmodũ ipſe in Epidemiis dixit de ſanguine ex uenis,quod hęmorrhoidas uocant,profluente tãq̃,ſanante melancholicas paſſiones.Vere.n.iam factę melancholię maximum eſt remedium ſanguiniſ ex his uenis profluuium,quã etiã ſi futura ſit ꝓhibet.Sic itaq; nobis audiẽtibus ſermo talis erit.Sanguis ſupra,qualiſcũq; fuerit, malum,infra uero per hęmorrhoidẽ,bonum,quãdo nigra euacuantur,hoc eſt quãdo hominiſ natura multũ talem accumulauerit ſanguinem. Aliter aũt non eſt aſſuefaciendũ ei quę fit per hęmorrhoidas euacuationi,quę periculoſam habet utrãq; immoderantiam,ſiue ſupra modum ſanguis excernatur,ſiue ex toto ſupprimatur.

.xxv.

f ANguis quidem ſupra, qualiſcunq; fuerit,malus,infra aũt bonus ẽ. .xxvi.

a DIfficultate inteſtinorum habito,ſi ueluti carunculæ exeãt,lætale ẽ.xxvii

q VIbus í febribus ſanguinis fluxerit multitudo,quacunq; ex parte cũ reficiuntur,alui his humectãtur. .xxviii.

q VIbus bilioſæ deiectiones,ſuperuenientе ſurditate ceſſant, et quibus ſurditas,ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus ceſſat. .xxix.

q VIbus in febribus ſexto die rigores fiunt, difficile iudicium ſequitur.

xxvi.

N difficultatibus inteſtinorũ,cum adhuc conſtituũtur,quędam corpora pin
i guia excernuntur, poſt hęc aũt, niſi finiri anticipauerint quędam ramenta ipſorũ inteſtinorũ abiecta horum ſuperficie interiore,quę mẽbranoſa exiſtit,et denſa,illi quę cutem exterius contegit membranulę proportionalis.Poſt hac aũt et aliquid ex ipſa abraditur ſubſtantia inteſtinorũ, in quo tempore non adhuc fieri difficultatem inteſtinorũ,ſed iam factam,atq; conſtructã dicimus eſſe. Quãdo igitur partes adeo magnę inteſtinorum excernũtur in difficultate inteſtinorum, ut poſſimus eas carnes nominare, lętalem ait eſſe morbum,cum neq; caro concreſcere,neq; cicatrix obduci in tali poſſit exulceratione, .xxvii.

Alore natiuo debilitato ex profluuio ſanguinis,neq; cibi bene cõcoqui,neq;
c in ſanguinem tranſmutari,multo autem magis, neq; diſtribui poſſunt p corpus,et propter hęc omnia,aluos fieri humidiores par eſt, donec proceſſu temporis uires ſuas natura recuperauerit. ,xxviii.

On de ea quę ex habitu difficulter ſoluitur nunc illi ſermo,ſurditate,ſed de
n ea q̃ repẽte i febribus,uel aliter fit recurrẽte ad cerebrũ bile,ſermo ipi eſt. Ipa ſi qdẽ cũ meatus auditorios occupauerit efficit ſurditatẽ, Cũ uero hinc ipſam,natura expellente,ad excretionem puenerit,ſoluit ſurditatem. .xxix.

Vicũq; ad febres,et pcipue ardentes rigores ſupueniunt, iudiciũ habere ſo
q lent bonũ,atq; pfectũ,ubi in die iudicatoria fiunt,et cũ ſignis coctionis.Nõ bonũ aũt,neq; pfectũ,quãdo uel diei, uel coctinis ſigna fuerint imperfecta.

Quod igitur concoqui oporteat quę bene iudicari debeant, in primo libro docuit Epidemiarū,p ea uerba,quę pauloantea diximus,quorū initiū. Coctiones celeritatem iudicii·Quod aūt neq; in omnibus diebus, et in prognoſtico ſcripſit, et in hoc ipo aphoriſmorū libro,et pterea in primo Epidemiarū. Collecta āt a nobis hęc oia cū oportuna expoſitióe,quęcūq; quidé de diebus iudicatoriis ab eo ſcripta ſunt, in tractatu de diebus iudicatoriis inſcripto,quęcūq; uero de ſignis coctionis in altero de iudiciis.Dictum aūt et in ipis eſt de eo qđ fit i die ſexta iudicio, de quo nunc ēt faciens métioné ait, eos qui in hoc die fiūt rigores difficile habere iudiciū,hoc eſt malū afferre iudicium,ac ſi male iudicātes dixiſſet,uel nō firmiter,imo in qbus facilis foret fieri recidiuā,uel in longum tépus extenſum,ac ſi dixiſſet difficulter ſolubiles,cū caſibus uero q̄doq; difficilibus ſextę diei iudiciū fit, de quibus omnibus integre ſcripſimus in his, quas nuper nominauimus tractationibus. Hęc igitur in hūc modū fieri ēt ipſa expiētia teſtatur.Ipſorū aūt cauſas longū eſſet in pſentiarum exponere. De diebus.n.iudicantibus tertio diximus libro, de iudicatoriis diebus,de rigore autem,opere ad id dedicato ſeorſum.

.xxx.

q QVIbuſcunque acceſſiones fiunt,quacunq; hora febris dimiſerit,ſi eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile.

xxxi.

l LASSitudinem habentibus in febribus,in articulos,et circa maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt.

.xxx.

ſ Vpponatur qſpiā prima die coepiſſe febricitare hora tertia ,et qeuiſſe q̄uis alia hora,deinde die ſecūdo eadē hora tertia coepiſſe,mox ceſſaſſe febrē quacūq; hora,et tertio rurſus die hora tertia coepiſſe,mox rurſus quouis tēpore finita febre,coepiſſe iterū quarto die eadē hora tertia,et ita deinceps,ſeruari qdé ſemp horā tertiā in qua acceſſio ſuū facit initiū.Non ſeruari aūt alias in qbus finitur,hūc q tali laboret morbo neceſſe eſt tēporibus lōgioribus ęgrotare horā habentibus inicii acceſſionis exordinatā.Hoc qdé nos ab expiētia cōprobatū,dictū fuiſſe arbitramur.Sunt uero qdā q tale aiunt eſſe qđ dicitur.Si primo die acceſſioné ęgrotus habuerit,exēpli gratia hora tertia,et ſi ita cōtigerit hora duodecima febris deſierit,rurſus die ſecūdo hora duodecima coeperit febricitare,morbū aiunt difficile iudiciū habiturū,nullā apponētes rationem.Sed neq; id ab expientia cōprobari potentes oſtēdere,nō tamen difficile habens iudiciū. Aliter poſſumus interptari q̄ difficulter ſolubile,adeo q̄ tale ſit,qđ ab Hippo.dicitur, ſiue quauis die,ſiue p tertiā, ſiue p quartā ęgrotus habeat acceſſioné, eadé hora difficulter ſolubilis eſt morbus huiuſmodi,ſiue multas,ſiue paucas acceſſio occupet horas.Hoc igitur,ut dixi,experientia cōprobatur,eius uero cauſam talé eſſe opinādū eſt,quādo cauſa acceſſionum nō fuerit fixa,ac ſtabilita,nō ſeruare eundé terminū,aut circuitū.Vbi uero firmata fuerit ſeruare ,atq; ideo difficulter ſolubile qđ fixū, ac ſtabilitū, facile uero ſolubile quicqd nō tale. Firmata.n.magnam uim demolientem expoſcunt,longo tempore, et per fortiora, ac plura factam auxilia.

.xxxi.

d Ictū prius ē q̄ laſſitudinū,nōnullę qdé in multis accidūt motibus, q̄ ſimpliciter,et pprie labores noiantur, quidā uero neq; multis, neq; uehemētibus acti motibus laſſitudines pati cōſueuerūt,tales itaq; labores,nō labores ſimpliciter,ſed ſpōtaneos labores noiare cōſueuerūt.Amborū aūt ipſorū cōmunis ē locus perpeſſus,hic uero ē totū genus in corporibus muſculoſum. Qui uero ex motibus labores accidūt,ipſis adeſt ppriū peculiare caliditas articulorū, quare in his nihil mirū ad articulos abſceſſus decūbere,ut q una cū muſculis laborauerint, atq; ultra modū cōcaluerint.Spōtaneis aūt laboribus,una ſola rōne fluctiōes,ut decūbāt ad articulos euenit,ſicuti et oibus aliis fere morbis q p abſceſſus iudicātur, cū latiora ipſorū ſpatia prope ſe habeāt ad ſupfluitates ſuſcipiēdas. Rariores igitur i illis abſceſſus ſunt,in laborioſis plures,et pcipue cū labor ſpōtaneus fuerit,et ex his maxime quibus ex multitudine labor ineſt. Erit igitur in aphoriſmo ſermonis hęc

ſumma. His qui quomodocunq; in febribus laſſitudinem habent, ad articulos, et circa maxilias pręcipue abſceſſus fiunt. Hoc uero contingit propter eam quę eſt in febribus caliditatem, relata multitudine ad caput, mox inde ſuſcipientibus illis qui circa maxillas adenes exiſtunt, ſicuti qui circa inguina, et alas ſunt, quando ad illas partes multitudo peruenerit. .xxxii.

ſ I quidem labor, et uehementem ſignificat motum, et dolorem, et lęſionem, ſicuti prius dictum liquet, qđ et laborare, et pluri uti motu ſignificabit, et aliquē habere uel dolorem, uel lęſionem, et quidē in nōnullis qui ex morbo reualeſcunt apparet, quādo humores morbum facientes nō ſatis fuerint expurgati, ſed quaſdam reliquerint ſuperfluitates, cum laborantem, ſiue dolentem partem quāpiā habuerint, illuc morbū decūbere, cum labor quidam habeat cauſę rationem, dolor uero ſigni. Nam in uehementioribus motibus, et uires fiunt imbecilliores, ſicuti et caliditas maior accenditur, dolor autem iam fluctione decūbente perficitur. Hoc igitur, ut diximus, eſt ſignum abſceſſus qui fit. Caliditas autem, atq; imbecillitas ad locum affectum prouehit ſuperfluitateſ. Vtroq; igitur, ut diximus, modo audire poſſumus uerbum laborare. Toti tamen ſermoni qui nunc ab Hippocrate fertur alterū magis conuenit ſignificatum, ſi quidem antea de laborioſis febribus locutus, deinceps autem rurſus, inquit. Sed et ſi quid antea laborauerit. Videtur enim prior aphoriſmus. cuius initium, laſſitudinem habentibus in febribus, de laſſitudinibus morborum habuiſſe ſermonem. In eo autem qui nunc proponitur, de his qui fiunt in conualeſcentibus, in ſequente uero de illis qui morbum antecedunt.

.xxxii.

q Vibuſcunque reſurgētibus ex morbis ſi quid laborauerit, hic fiunt abſceſſus. xxxiii.

ſ Ed et ſi ante morbū aliqua parte doluerit, hic morbus firmatur. .xxxiiii.

ſ I A febre habito tumore nō exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repente ſuperuenerit, lætale.

.xxxiii.

ſ Iue qs uelit cōnectere duobus prioribus ſermonibus illū q nūc dicitur ad unius aphoriſmi integritatē, ſiue ſeorſū unū quēq; ſcribere, nihil differt, nā et cōmunitas eorū oſtēſa ē, et ſingulorū ꝓprietas in ſermōe ꝑpoſito. Dicetur aūt et a nobis adhuc breuibus. Quādo in morbo ſenſus aliqs laſſitudinis fuerit, expectare oportet abſceſſū aliquē ad articulos fore, ꝑſertim iuxta maxillas. Simili mō ſi qs ex morbo relatus parte aliqua corporis laborauerit, uel ante q̄ ęgrotaret, nam plurimū ſolet ad talia decumbere, in illis uidelicet morbis, in quibus ſperatur abſceſſus futurus, neq; morbus per excretionem antea iudicandus. Dictum eſt igitur et in pręcedentibus de talium morborum dignotione, ſermo uero uniuerſus in cōmentariis de criſibus, ſiue iudiciis eſt explanatus. xxxiiii.

l Icet qdē et ſimpliciter audire initiū aphoriſmi i quo ait. Si a febre habito, tāq̄ ita dixiſſet, ſi homini febricitāti tumore nō exiſtēte. Licet aūt et cū maiori aliqua ſignificatiōe, quēadmodū ſolet i Epidemiis ſcribere, nō ſimpliciter quouis mō febricitātem oſtēdens, cū dicit. Febris ipm habebat, ſed đ eo cui magna inſit febris, ita loquēs. Cōtingit aūt et ſine magna febre, ſtrāgulatiōe repente ſupueniēte, hominē interire. Ineuitabilior aūt, et citior mors adeo ꝙ neq; ex iopinato unq̄ hō ſaluatur, cū uehemēs febris detinet ęgrotātē. Indiget. n. huiuſcemodi febris (ut i ſermonibus de difficili anhellitu fuit a nobis oſtēſum) inſpiratiōe abūdāti. Fit uero nedū abūdans, uerū oio pauca ſtrāgulatis. Neq;. n. aliud ē ſtrāgulatio, niſi interitus ſubitus pp defectū inſpiratiōis, q fit ex anguſtia alicuius inſtrumēti, ex his qui obſeruiūt reſpirationi. Nā talis anguſtia ipſorū ſeorſum i eo genere ē, qđ anhellitus carētia noiatur, q̄ et ipſa fit, uel pp ibecillitatē potētię illius, q̄ mouet thoracē, uel pp frigiditatē uitalis principii. Strāgulatio uero oio fit ex āguſtia. Anguſtia aūt uel repleta intermedia regione q̄ inter thoracē eſt atq; pulmonē, aut pulmonis cauernis,

uel aliqua inflãmatione totũ occupãte uiſcus,uel aſperam artheriam, uel eam ptem quę eſt ueluti caput eius,quã nominant guttur, quę etiã inflãmatio fieri aliquando ſolet in pręiacẽte ſpacio,qđ fauces appellãt. Nã et Homerus ita nominauit inquiẽs. Per fauceſ aũt uinũ ipellebatur,ſpaciũ illud laxius ꝙ inter gulã,et guttur p̃iacet nominans fauces.Videtur aũt et nunc Hippo. hanc eãdem partẽ eodẽ mõ quo etiã Homerus nominaſſe. Dicit igitur tumore nõ exiſtẽte in faucibus, tãq̃ poſſibile ſit ore multum adapto ptem ipſam diligẽtius iſpicere,qđ in gutture fieri nequit. Fiet igitur ſermo uniuerſus huiuſmodi.

.xxxv.

ſ I A febre habito collum peruerti- tur, et uix poteſt deuorare ſine ullo tumore,lætale eſt.

Si a febre habito ſtrangulatio repente ſupuenerit citra tumorem fauces occupantẽ,lętale eſt.Priſci et.n.p tumorẽ et inflationẽ idem intelligebant.Neq; nos latet triplicem eſſe tumorũ differẽtiam. Vel.n.ſunt cũ dolore quos iuniores inflãmationes nominant,uel abſq; dolore duri,quos gręci ſcirrhos uocant, uel ſine dolore,et molles,quos iidẽ gręci oedemata.i.inflationes appellãt,et ppea ab antiquo uſu receſſerunt,ut q non oia p̃ter naturã incremẽta ſub uocabulo inflatiõis cõplectantur.Cum igitur fauces ſine tumore apparuerint,ſtrangulatio aũt repente ſupuenerit,ſolius gutturis eſt huiuſcemodi paſſio.Strangulantur(ut dixi)et pp morbos alios,quos paulo antea dixi. Repente aũt ſtrangulari ſoli gutturi ineſt.Morbus enim,quem gręci peripneumoniã uocãt, non repente ſtrangulat ęgrotantes,uerum paulatim ab initio incrementũ ſuſcipiens,uſq; ad propriã conſiſtentiã in qua talem caſum affert. Et ſi quod tuberculũ,et abſceſſus in pulmone fit, hęc quoq; paſſio diuturna ẽ. Sicuti et ſpaciũ inter pulmonẽ, atq; thoracẽ pure repletũ,ſępius hominem ſtrangulat,abſceſſu ſcilicet in ipſum diſrupto,qui ſcilicet et ipſe in longo tempore fuit conſtitutus. Aſperę quidem arterię inflãmatio difficultatem ſpirandi aliquam efficere poteſt,ſtrangulationem uero non poteſt pp magnitudinem meatus in ip̃a latioris,et tunicę tenuitatem.Impoſſibile ſi quidem eſt corporis adeo tenuis inflãmationem ſpatium effatu dignũ replere . Reliquum igitur ẽ guttur qđ ſubitam poteſt facere ſtrangulationem,quoniam in ipſo anguſtatur pulmõis meatus.Et muſculi anteriores una cum ambiente tunica inflãmationẽ patientes, uiam ſpiritus ualent intercludere.Nominant aũt medici quidã talem diſpoſitionẽ non per,ſ,ſynanchen,ſed per,c,cynãchen,quibus placet fauciũ inflãmationẽ per,ſ,ſynãchen nominare.Nõnulli uero et iuxtaſynanchen,et iuxtacynanchen nominant. Iuxtaſynanchen quãdo adiacentiũ faucibus partiũ inflãmatio fuerit, iuxtacynãchen aũt quãdo extra guttur. Ex his igitur quę dicta ſunt rationabile eſt talem diſpoſitionẽ gutturi aliquẽ inferre dolorem,et uidetur Hippo.eius manifeſte meminiſſe in libro p̃nunciatiuo,hiſce uerbis.Fauces dolentes tenues cum quadam difficultate ſtrangulãtes uelociter exitium afferentes. Nunc uero dolẽtes non dixit,ſiue quia in his quę dixerat antea poterat ſubintelligi,uel quia etiam iam abſq; dolore aliquando dictam putauit in p̃cedente ſermone fieri poſſe ſtrangulationẽ,et ſi omnino poſtet eſſe ſine dolore ſtrangulatio,ex talibus cauſis poteſt hoc fieri,poſſibile eſt multitudinem humiditatis,et pituitoſę pręcipue, madefaciente tunicam gutturis interiorem,aliquem fieri abſque dolore tumorẽ. Poſſibile etiam eſt aperientibus ipſum muſculis reſolutis, meatum reddi anguſtiorem. Contingit autem et utrunque coniungi. Sed neque impoſſibile eſt quin propter ſuperfluam ſiccitatem muſculi gutturis intrinſeci ſupra modum extenti meatum reddant anguſtiorem. Qui uero ſint hi muſculi,et quomodo claudant guttur,oſtenſum eſt in tractatu,qui de uoce inſcribitur. .xxxv.

n ON etiam adiecit hic locum,in quo inquit.Tumore non exiſtente,ſicuti in pręcedenti aphoriſmo gutturis meminit, inquiens . Tumore non exiſtente in faucibus. Nos uero dicemus alterum duorum,uel ex communi audiendum eſſe in faucibus,uel in omnibus colli locis. Cum enim in nullo horum apparuerit,neque ore aperto in faucibus, neque extrinſecus tumor,hominem uero contigerit non poſſe deuorare, caſus eſt exitialis . Qui fit ex inflammatione aliquan-

do muſculorum,qui gulę pręiacent,aliquãdo gulę ipſius. Eſt enim quędam ſocietas partibus his per neruos,ac ligamenta , et ad ſpinalem medulam,et ipſas ambientes membranas,ac prętereà oſſa uertebrarũ,quę his extrinſecus adiacẽt.Extentis itaq; ad partes iſlãmatas,et ligamẽtis,et neruis trhai uertebras,uel intra,uel ad latus eſt neceſſariũ,ſi qdem in altera nerui ꝓpagine fieri tentionẽ cõtigerit ad latus, ſi uero in ambabus ad extra.Plenius aũt de iſtis dicemus,librũ de articulis exponentes,in quo ait fieri ſpinę euerſiones tuberculis crudis intra ipſam cõſtitutis. Igitur in libro illo et gibbos fieri dixit tẽtis intra uertebrarum partibus, non ſolum recuruationes ,et obliquationes. Et in ſecũdo quidem libro Epidemiarum,de propoſita nũc in aphoriſmo angina uerba faciẽs,inquit.Erat autem anginam patientium tales affectus, colli uertebrę intro uergebant,et extra apparebat collum habere cauitatem,et hoc tactum dolebat.In hoc itaq; ſermone unam oſtẽdit uertebrę euerſionẽ ad intra factã,in pſenti uero aphoriſmõ,generaliori utẽs ſermone,inquit.Si collũ euertatur. Verbũ.n.euerti,eã quę eſt ad id quod pter naturã euerſionẽ, oſtendit omnem rectitudinis uertebrarũ.In ſecundo aũt libro Epidemiarũ ſermoni adiecit.Et hoc tactũ dolebat.Hic uero nihil de dolore dixit,atqui neceſſarium adeſſe dolorẽ una cum ea quę collum obtinet inflãmatione, et hic eã quę fit pp ſiccitatem excedentẽ tentionem,tractum,et euerſionem partium tantũmodo oſtendit, et propter hoc ipſum caſum inquit eſſe exitialem,cum alter qui prouenit ex inflammatione non ſit omnino exitialiſ,qualis erat prior,cui coniuncta erat ſtrangulatio.Neq;.n.eſt ęquale periculum,ſi homo ſtranguletur,et uix poſſit deuorare,uerum ſi propter excedentem ſiccitatem id accidat,et collum euerti,et uix poſſe deuorare, lętalis eſt caſus, et pręcipue cum uehemens eſt febris,ut uerba illa.Si a febre habito,etiam in hunc ſenſum audiantur,ob hanc autem febrem ipſam,et iam immodicam fieri par eſt in mẽbris ſiccitatem,et duplicem habebit febris uehemens ad mortem rationem, et quia ſignum erit ꝙ fiat euerſio propter ſiccitatem,et deuorandi difficultas,et quoniam et ipſa aliquid afferet,ut una ex cauſis perducentibus ad mortem. xxxvi.

.xxxvi.

ſVDores febricitanti ſi inceperint boni,et tertio die,et quinto,et ſeptimo, et nono, et undecimo, et quartodecimo, et ſeptimodecimo,et uigeſimo, et uegeſimoſeptimo, et trigeſimoquarto . Hi enim ſudores iudicant morbos. Qui uero non ita fiunt, laborem ſignificant, et morbi longitudinem,et recidiuam.

nOn ſudores tantũ,ſed alui excrementa effatu digna,et urinę multę, et iuxta aurem abſceſſus, uel aliquẽ alium articulũ,i dictis diebus optime apparẽt.

Sermo.n.in uniuerſum eſt talis,iudicatoria ſigna, ac caſus, in diebus iudicatoriis incipiant,et ſermo iſte dictus ſufficiebat. Verum Hippocrates non de omnibus ipſum fecit iudicatoriis.Sed de ſudoribus tãtũ,et nobis memorię ſubiecit iudicatorios dies,qui ſunt intra quadrageſimum.Morbi enim iſtis diuturnioreſ,non admodum ſolent per ſudores iudicari, ſicuti neq; omnino per excretiones, ſed uel per concoctionem,uel per abſceſſus.Quod uero non omnis numerus dierum ſit ad iudicandum idoneus,experientia manifeſte demõſtrat,et quiſpiam admiraretur illos q aiunt nullam in illis eſſe differentiam, melius.n.ex his quę apparent manifeſte,eos diſcere differentiam. Cauſam uero eius qđ fit per multum ocium cõſiderare ꝙ nos in tractatu de diebus iudicatoriis egimus, id qđ ad artis refert utilitatem i primiſ cõmentariis tranſigentes,cauſas autem ipſorum tentantes in tertio perquirere. Nõ parua autem eſt de diebus ſcriptis in aphoriſmo diſcordia,cum alii alios pro arbitrio ſcribant.Nos uero illa ſecuti quę ab ipſo Hippocrate ſcripta ſunt,et in prognoſtico,et Epidemiis,et ipſo libro aphoriſmorum,ipſorum fecimuſ cõnumerationem. Verba aũt quibus de hiſce diebus Hippocrates ſcripſit,habes omnia in tractatu de iudicatoriis diebus,et de iudiciis collecta.Nũc uero a tertio icepit,q ãticipat quartum in breuioris temporis morbis,et poſt hũc quintũ ſcripſit uno die quarto tar-

diorem.Sic.n.fere in omnibus exemplaribus inueniet,cum quartus dies in aphoriſmo non ſit ſcriptus, quãuis hic dies ſit primus iudicatorius. Verum tamen ipſum nunc ꝑtermiſit,uel ipſe Hippocrates,uel qui primus librũ ſcripſit.Si uero oĩo Hippocrates illũ ꝑteriit,hanc ob cauſam exiſtimo illud feciſſe,quoniã morbi plurimi ꝑ acuti,qui cũ ſudore iudicantur,tertio,et quinto die,magis ꝙ quarto iudiciũ ſuſcipiunt.Rariores.n.ſunt ꝗ die quarto iudicantur,et hoc a me plurimũ fuit inuentum ꝑ expiẽtiã,ob hoc ipm quęrente,quoniam dies quartus fuerat ab Hippo. in aphoriſmo ꝑtermiſſus. Hic aũt uidetur accidere, quoniã morbi ꝑacuti primam ſtatim acceſſionẽ uehemẽtiſſimã habẽt, et reliquas illis proportionales ꝑ diem tertiũ.Didicimuſ aũt ꝙ in uehemẽtioribus acceſſionibus iudicia fiunt, et ꝙ morbi qui in diebus imparibus acceſſionem habent, citius iudicantur,qui uero paribus tardant.Atq; ideo ſi etiam in principio aliquis morbus incitatur,hoc magis accidit in diebus imparibus,ſi tardare debeat, ad dies pares uehementiores acceſſiones transferũtur.Hęc itaq; habeo dicere de die quarto. Infine aũt aphoriſmi, nonnulli trigeſimum primum diem, nonnulli trigeſimumquartum ſcribunt. Scimus autem hos in dierum iudicantiũ numero contineri,et fortaſſe trigeſimus quartus maiorẽ uim habet,non tamen quadrageſimi meminit,quoniã hunc principium morborum longorum exiſtimauit qui non ad modum per ſudores iudicantur.Nam et trigeſimum primum,et trigeſimum quartum,et ante ipſoſ uigeſimum ſeptimum raro inueniemus per ſudores iudicare. .xxxvii.

.xxxvii.

f RIgidi ſudores, cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori autẽ, longitudinẽ morbi ſignificant. .xxxviii.

q VA parte corporis ſudor eſt, ibi ſignificat morbum. .xxxix.

e T Qua parte corporis calor,aut frigus,ibi morbus.

q Vod quidẽ ita fiat,ſępius experientia docet.Cauſa uero huius explorãda.Nã plurimã mihi uidetur habere dubitationem,quomõ febre calidiſſima hominem detinẽte, ſudor fiat frigidus.Quod igitur in aliis partibus corporis ſit neceſſariũ eſſe uehementẽ caliditatẽ,ex aliis uero ſudores frigidos euacuari, eſt manifeſtũ.Eſſent.n.calefacti,ſi ex ꝑtibus calidiſſimis efferẽtur.Euacuantur aũt ex cute ſudores quã frigidã eſſe contingit, cũ tamen ea quę ſunt ſub ipſa comburuntur.Nã quibuſdã humoribus putreſcẽtibus,oſtenſum eſt febres acutas fieri, hi uero putreſcũt ſępius qdẽ in toto corpore,ſępius uero in uaſis ſolis.Cũ uero hęc aliq̃do duo cõtigerint,et humores ꝗ ſunt in uaſis putreſcere,eã uero quę ſolida corpora regit naturam quę ſecũdum Hippo.eſt calor naturalis,uel extingui omnino, uel proximam eſſe extinctioni, quę quidẽ ex his euacuantur, frigida ſentiuntur. Eam uero quę ſit ex putredine caliditatẽ,nihil ꝓhibet uehemẽtiſſimã eſſe.Atq; ideo ſignum exitiale, oſtendens in animalis corpore humorũ multitudinẽ ſupabundare,tantã habentium frigiditatẽ,ut neq; a calore natiuo,neq; a febrili calefiant.Tepidis qdẽ exiſtentibus febribus cõtingit ſaluari hominẽ,concocta in tempore multitudine humorum,atq; euicta a natura.Acuta.n.febris eã eſt,et ſignum pniciosiſſimũ.Cauſã qdẽ qa prõpta eſt diſſoluere corpora.Signũ aũt,quoniã humorũ multitudinẽ eẽ frigidiſſimã oſtendit,ut ꝙ neq; a calore febrili trãſmutetur.Febris uero ꝙ nõ eſt acuta,ſed mitior,permittit tẽpore longiori a natura multitudinẽ cõcoq,cũ nõ anticipet diſſoluere hominẽ,nõ eſt aũt ſignũ adeo pniciosũ,ſicuti uehemẽs febris. Cõtigit.n.i tepida febre,et ſi modice frigida multitudo fuerit,incalefactam permanere. .xxxviii.

f I ꝑ totũ animalis corpus morbus extẽderetur,ex toto etiã ęqualis fieret euacuatio.Fiũt.n.ſudores,uel natura humiditatẽ ſupfluã euacuante,q̃do et optime iudiciũ fit, uel qñdo nõ cõtinetur i corpore morbi ratiõe, ſed ſiue hoc, ſiue illo modo fiant,mẽbrorũ patientium humiditatem euacuant. .xxxix.

q Vacũq; pte corporis iſignis caliditas,aut frigiditas fuerit,hic morbũ neceſſariũ eſt eſſe,hoc ſiqdẽ exiit a temperie naturali,quę ſanitas eſt. .xl.

Ariç diſpoſitiones diuturniores ſunt,q̃ quę ſunt uniuſmodi,cum non poſſit
u natura in paruo tempore multas conficere diſpoſitiones. .xli.

Onnulli ita ſcribunt aphoriſmum, ſudor multus ex ſomno factus ſine cauſa
n manifeſta.Alii uero ſine aliqua alia cauſa,uerum hęc etſi non adiiciãtur, millies in mille ſermonibus ab ipſo ꝓtermiſſa intelliguntur,quia hęc etſi nõ dicantur,tamen ſubaudiuntur a nobis,ut qui ſemel ab ipſo didicerimus, ꝙ qui a cauſa extrinſeca non ex diſpoſitióe corporis caſuſ ꝓueniũt, nullã faciũt certã ꝓcognitioné, hoc itaqꝫ ſemper oportet meminiſſe.Quod uero i prę ſenti aphoriſmo docetur, in uerbo,multus,adiecto maxime exiſtit.Si.n.ſudor multuſ nó eſſet, poſſet et pp uirium imbecillitaté, et corporis raritaté accidere . Ipſius uero multitudo, altera duarũ cauſarũ fit,uel pp ciborũ q ſunt recenter aſſũpti imoderãtiã, uel illorũ qui antea.Quod ſi pp recenter aſſũptos, prohibere oportet ne plures aſſumãt, quod ſi pp prius aſſũptos,euacuare. .xlii.

.xl.

T Vbi in toto corpore mutationes,
e et ſi corpus refrigeretur, uel rurſus calefiat,uel color alter ex altero fiat, longitudiné morbi ſignificat. .xli.

Vdor multus ex ſomno factus abſqꝫ
ſ cauſa manifeſta,corpus uti pluri cibo ſignificat, ſi uero cibum non accipienti hoc accidat, ſcire oportet ꝙ euacuatione indiget. .xlii.

Vdor multus calidus, uel frigidus ſu
ſ perfluens,frigidus magis, calidus minus,ſignificat morbum. .xliii.

EBres quæcunqꝫ nõ itermittétes,ter
f tia die fortiores fiunt,magis periculoſæ. Quocunqꝫ autem modo itermiſerint,periculum abeſſe ſignificatur. .xliiii.

VIbus,febres lõgæ,his tubercula,uel
q labores i articulis fiunt.

E ſudoribus quidem
d qui in diebus iudicatoriis fiunt dictũ eſt prius. De his uero q in toto morbi tépore apparent ſine iudicatione in hoc oſtendit aphoriſmo.Difficiliores quidem inquiens eſſe frigidos ſudores,minus uero his malos,calidos eſſe.Indicãt quidem utriqꝫ multitudinem adeſſe,ſed alteri frigidam,qui et peiores ſunt.Alteri uero calidam, qui et minus illis ſunt exitiales . .xliii.

Vod Hippo.per uerbũ intermittere acceſſióes intelligat quę in quietem fe
q bre uacanté deſinunt,manifeſtũ fecit in hoc aphoriſmo,febres illas quę per tertiã accenduntur,ſi quouis modo quieuerint,inquienſ eſſe abſqꝫ periculo. Solę.n.illę quę in quieté febre uacantem deſinunt, ꝑiculo carent, etiam ſi uehementiſſimam,et ſatis lõgam habuerint acceſſionem.Si enim adeo breuis fuerit,ut in tertianis legitimis,minori duodenis horis tempore circũſcripta,non modo ſine periculo talis eſt febris,ſed etiam cito iudicatur. Si uero longius q̃ duodecim horarum occupet tempus,adeo ut ad triginta,uel decem,et octo peruenerit horas, é quidem et hęc citra periculum. Tanto autem longior,quanto et eius acceſſio maior extiterit, q̃ tertianę exquiſitę . Non abſqꝫ ratione autem eas quę in quietem febre uacantem deſinunt eſſe abſque periculo inquit,ut quę non ex inflãmatione aliqua, neque ex maligna humorum putredine occaſionem habeant. Neutra enim harum ad quietem peruenit febre uacantem . Quocunque autem modo intermiſerint periculum abeſſe ſignificatur,hoc eſt,ſiue uehemens,ſiue longa fuerit acceſſio. xliiii.

On ſemp neqꝫ hoc fit, ſicuti neqꝫ qcq̃ aliud huiuſcemodi, ſed magna ex pre
n uidelicet cõrigere uidetur.Cauſa aũt é manifeſta. Nam pp multitudiné, uel craſſitudiné,uel frigiditaté humorũ efficiétiũ febres,i lõgũ tépus morbi extédũtur,cũ lõgũ exigãt tépus ad coctioné. Par igitur é et tubercula fieri,et ad articulos ſupfluitaté decũbere. Siue ãt ꝑ labores dolores intelligerimus,ſiue lęſionem, uterqꝫ intellectus habet rationem.Vtrũqꝫ.n.horũ ad abſceſſus ſequitur. .xlv.

E conualeſcentibus docet. His enim repletis rationabile eſt caſus plethoricos aduenire, et maxime ob uirium imbecillitatem. .xlvi.

d n On idem eſt ſi quis dixerit, ſi inciderit, et ſi incidat. Verbũ enim inciderit unum ſignificat rigoris inſultum, incidat uero plures. Semel igitur rigore incidente, nondum liquet, an mors, an iudicatio optima ſit ſequutura. Poteſt enim et propter uirium imbecillitatem caſus eſſe lętalis, poteſt autem et iudicatio periculoſa, bonum tamen habere finẽ. Sępius uero fieri rigorẽ febre non deficiente, et alioquin bonum non eſt; in uirium autẽ factus imbecillitate pernicioſus. Nam ſi aliqua euacuatio rigorẽ ſubſequatur, quę nullam faciat intermiſſiõem, propter utrũq; diſſolui hominem fit ueriſimile, et quia uis ĩbecillis ferre non poteſt rigoris agitationem, et quia ab euacuatione diſſoluitur. Si uero ſolus accidat rigor nulla euacuatione ſubſequẽte, utroq; modo caſuſ caret bonitate. Nam et ſicuti malą cauſa uim corporiſ tanget, et malum ſignũ erit illius indicans imbecillitatem, quę ſolita erat noxios humores in rigoribus euacuare, nunc uero hoc non poteſt efficere. ..xlvii.

.xlv.

q Vibus tubercula, uel ĩ articulis labores fiũt, hi pluribus utũtur cibis. xlvi

ſ I Rigor incidat febre non deficiẽte, ægro iam debili, lætale eſt. .xlvii.

e XCreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fetidæ, omnes malæ, et bilioſæ. Et ſi bene exeunt, ſiue per alui excretionem ſiue per urinas bonæ. Si uero nõ aliqd eorum quæ iuuãt, per haec loca excernitur, malum. .xlviii.

i N Febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidæ, iteriores uruntur, et ſitim habeat, laetale eſt.

f Orte conueniens fuerat doctrinę aphoriſticę dici compẽdioſius omnes prauas excretiones, cum bene exeunt ad bonum terminari. Hippocrates uero nõ ita locutus eſt, ſed primum quidem trium generum excretionum meminit, et eius quę fit per os, et eius quę fit per aluum inferiorem, et tertię quę fit per urinas. Deinde et eius quę fit per os magis particulatim. Non enim ſimpliciter dixit prauas excretiones bene exeuntes bonas eſſe, ſed ſpeciatim ipſarum meminit, inquiens. Liuidę, cruentę, fetidę, et bilioſę. Vna autem cõmunis eſt in hiſce omnibus, ratio. Malę excretiones ſunt prauarum ſigna diſpoſitionum, et fiunt ſępius eodẽ modo, quo in ulceribus putridis, quibus liquores ſanioſi defluũt, nihil diſpoſitioni cõferentes. Nõnũq uero ita ſicuti pus, ex abſceſſu diſrupto bene expurgãs partem patientem. Indicia uero ꝙ bene excernatur, maxima ſunt, et coctio, et bona tolerãtia, cum ipſis uero et morbi ſpecies, et cum his tempus anni, et regio, et ętas, et natura ęgrotantis. Quod uero eſt infine aphoriſmi, duobus modis ſcriptum inuenitur. In quibuſdam qnidem, ut antea ſcriptũ eſt. Si uero nõ aliqd eorum quę iuuãt excernatur. Inquibuſdam uero ſine particula, non, hoc modo. Si uero aliquid eorum quę iuuant excernatur. Et erit ſecundum primam ſcripturam ſermo talis. Si aliquid eorum quę non iuuant excreta, uidetur euacuatum, non eſt bonum. Secundum uero ſecundam ſcripturam, ſi aliquid eorum quę iuuant, et ſunt animali conuenientia, excernatur, non eſt bonum. Melior autem eſt ſcriptura prior. .xlviii.

d Ignum animaduerſione eſt nunquid huiuſcemodi caſus poſſint in febre fieri intermittente. Ego.n.neq; uidi, neq; aio capio. Videntur ſi qdem ſolis accidere in febribus, q̃ cauſones ab incẽdio noiantur, pnicioſis, uel ſi aliter libeat appellare ualde malignis, ueluti lipyriis. Nulla uero febris alia ꝓfũdiora purit, cute refrigerata, neq;.n.mitior cauſon, neq; tertiana, q̃ duę febres prę cęteris ſũt calidiſſimę. Videtur itaq; nõ diſtinctiõis gratia in aphoriſmo adieciſſe. In febribus nõ intermittẽtibus, ſed ſimilẽ ꝓtuliſſe ſermonẽ illi quo dicitur. Vertebrę aũt q̃ in ſpina ſũt, non quaſi aliqua alia corporis parte ſint uertebrę, ſed ueluti ſi ita diceretur. Verte

brę quibus hoc ineſt,ut in ſpina ſint,et nunc ita ſermonem Hippocratis audiemus. Si profundę partes urantur,cute refrigerata,lętale eſt,fit autem hoc in nōnullis febribus non intermittētibus. Cauſa uero huius talis exiſtit,quando aliqua fortis inflāmatio in corporis parte profundiori, uel Eryſipelas euenerint,totus ex toto corpore ſanguis ad locū trahitur patientem,atq; ideo uruntur profunda,ſed cutiſ refrigeratur, ut fit in principiis acceſſionum. .xlix.

.xlix.

i N Febre nō intermittēte, ſi labrum, uel oculus,uel naſus,uel ſupercilium peruertatur,uel non uideat, uel non audiat,iam debili exiſtente corpore,quicquid horum euenerit,mors proxima eſt. .l.

u BI i febre nō intermittēte difficultaſ ſpirādi,et deliriū acciderit,lætale..li.

i N Febribus,abſceſſus qui ad primaſ iudicationes non ſoluunt,longitudinem morbi ſignificant. .lii.

q VIcunq; in febribus, uel in aliis morbis ſponte illachrimant, nihil abſurdū,q uero nō ſpōte,abſurdius. .liii.

q VIbus circa dentes in febribus quidam lentores naſcuntur, his fortes fiunt febres. .liiii.

q VIbus plurimum ſiccæ tuſſes leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt,non multum ſiti infeſtantur.

p Artium fiūt peruerſiones, extentis, atq; contractis hiſ qui ad eas nerui pertingunt. Quod autem extendantur,hoc ipſiſ accidit, uel propter inflāmatiōes,uel duros tumores,aut ſiccitates,aut immodicas frigiditates. Hęc autem grauia ſunt,quando prope neruorū originem fuerint conſtituta. Quare cū febriſ cōtinua fuerit, et ęger debilis, nō abſq; ratione mortem eē uicinam eſt exiſtimandum.Multo aūt magis,quādo non audiat aliquis, uel nō uideat pp uirtutis ſenſibilis debilitatē. .l.

f It qdē nonnūq ex eadē cauſa horū utrūq;, et difficultas ſpirandi,et deliriūm,patiente cerebro, et tūc apparet ſpiritus, ut ipſe in ꝓgnoſtico, inquit, magnus, ex multo iteruallo, hoc eſt magnus,et rarus. Cōtingit aūt et pp aliquā earū partiū quę reſpirationi obſeruiūt,paſſionem,ſpirandi difficultas. Nam et morbus lateralis,et pulmonis inflāmatiōes,et reliquę thoracis, atq; pulmonis paſſiones,ſpirandi faciunt difficultatem. Hęc uero omnia periculoſa ſunt,febre pręſertim continua adiuncta. Nam ſemper cum tali fieri conſueuerunt, quare et hic uerba illa. Cum febre non intermittente, eadem uidentur ratione eſſe dicta,qua etiam in aphoriſmo antecedente. .li.

f Ermo ita clarus ē,ut forte Hippo.nō idiguerit.Liquet.n.ꝙ eo ipo,qđ ad primas iudicatiōes nō ſoluūtur, huiuſcemodi paſſiōes ſint diu duraturę. .lii.

d Ictū qdē et in ꝓgnoſtico,lachrimari nō eē bonū ſignū, qdo uidelicet oculus ipſe nullū affectū habet ꝓpriū,atq; pcipuū,ueluti lippitudinē,uel in palpebris aſperitatem,uel tale aliquid. Nam debilitas quędam oſtēditur potentię contentiuę,quando et ſi talia nō adſunt,illachrimāt.Non recte autem ſcriptum fuit abſurdius comparatiue,melius enim fuerat abſolute abſurdum dicere,et mihi uidetur hic error,culpa magis primi librarii,q̄ ipſius Hippocratis cōtigiſſe. .liii.

n Eq; enim naſci poſſunt huiuſcemodi lentores ſine caloris multitudine pituitoſiorem humiditatem exiccante. .liiii.

f Iccas tuſſes illas noiant in qbus nihil expuitur. Fiūt āt aliq̄do ob in tēpiem inſtrumētorū quę obſeruiūt reſpirationi, aliq̄do uero in fauciū aſperitate, uel aliquo tenui,et pauco humore deſtillāte. Quicqd horū acciderit, aliquo modo madeſcūt loca quę ad aſperā pertinent arteriam,et ideo minus ſiticuloſi fiūt. Nam ſi aſperitas ſola fuerit propter motum in tuſſi factū,ex locis uicinis humor aliquis trahitur,ſic autem et ſi ſola fuerit intemperatura. .lv.

Ebres diariç omnes ab ipſo uocantur, quçcunq; ſui ratione una die durant.
f Tales autem ſunt ex tumoribs inguinum, quando ex cauſis manifeſtis conſi ſtũt. Alios uero tumores inguinũ q ſine cã manifeſta fiunt, fit uerisimile ex uiſcerũ inflãmatiõibus fieri, atq; iõ febres q una cũ ipſis eueniũt malas eẽ. .lvi.
Potuit hunc aphoriſmũ cum altero paulo antea dicto coniungi. In quo di ● cit. Sudor multus, frigidus, uel calidus ſemper fluens. Ipẽ uero oſtendit quo pacto talẽ ſudorem dixerit eſſe malũ, et propter quam cauſã. Malus itaq; exiſtit qa morbũ nã ſoluit, q̃re et ipm ꝓrogari ſignificat. Cauſam uero ſecundũ tempus proro gationis, multam ait eſſe hu miditatem, quam in tẽpore longiori, diſſoluente, ac con coquẽte natura, neceſſariũ ẽ morbũ eſſe longũ. .lvii.

.lv.
e X Inguinum tumoribus, febres om nes malæ, præter diarias. .lvi.
f EBricitanti ſudor ſuperueniẽs febre non deficiente, malum. Prorogatur tur enim morbus, et multam ſignifi cat humiditatem. .lvii.
q Vi a conuulſione, aut diſtẽtione ner uorum tenetur, febre ſuperueniente liberatur. .lviii.
a FEBre ardente habito, rigore ſu perueniente, ſolutio. .lix.
t Ertiana exquiſita ſeptenis circuiti bus, quod longiſſimum eſt, iudicatur

e Si quidẽ et diſtentio neruorũ cõuulſio, ſed non uidentur in ipſo partes cõuulſç, quoniã çqua liter ante, et retro tendũtur, atq; ideo prçcipuũ illi nomẽ eſt datum diſtẽtio, ita ꝙ oẽs cõuulſiões ſunt numero tres grçcis uocabulis, Opiſtotonus .i. tẽtio ad poſteriora, Emproſtotonus .i. tentio ad ante riora, et Tetanos .i. çqualis tẽtio, nominatç. Omnes uero ſecundũ ipm fiunt cõuulſio nes, uel ex repletione, uel ex euacuatione, partiũ uidelicet neruoſarũ. Q uçcũq; igi tur cõuulſiones ad febres ardentes ſequũtur, has par eſt fieri ex ſiccitate. Q uçcũq; uero ab initio inuadunt, ex repletione habent generationẽ, his cõuulſiõibus febres aduenieẽtes, partim quidẽ ſupfluã diſſoluũt humiditatẽ, partim uero cõcoquũt frigi ditatẽ, q̃ duç ſunt medicis remediorũ intẽtiones. Nõ abſq; rõne igitur i febribus ar dẽtibus lçtales ſunt cõuulſiones, nõ lçtales uero q febres antecedũt. .lviii.
o Stẽſum.n. eſt in ſermone de rigore, ob flauam bilem, quç per mẽbra ſentien tia ueloci motu defertur, fieri rigorem, poſt quem uidelicet et alui ſoluũtur, et ſudores, et uomitus bilioſi ſuperueniunt. Bile igitur ex qua febris ardẽs habuit ortum expurgata, ſoluitur febris. Nam febrẽ ardentem fieri nouimus çſtiuo tempore quãdo uenç exiccatç, acutos, ac bilioſos ad ſe liquores attraxerint. .lix.
t Ertiana febris, ab ea quç ardẽs nominatur, humore faciẽte, nõ differt. Vtraq; enim a flaua bile fit. Differũt aũt, quoniã febris ardens habet in uenis una cum ſanguine bilem plurimã ebulientem. Tertiana uero eãdẽ bilem habet in toto corpore latã, ac motã. Exq̃ſita igitur tertiana erit ſui ipſius naturã purã ſer uans, atq; ſinceram. Seruat aũt, ubi flauã bilem habet, ut dixi ſupabũdantẽ, et motã, et ꝑterea, tẽpus çſtiuũ, et locũ tẽpori ſimilẽ, calidum .ſ. ac ſiccũ, et hominis çtatẽ, et tempaturã ſimilẽ. Statim uero et in tali tertiana acceſſio fieret una cũ rigore, et ſo lutio eius p ſudores, uel p uomitũ, aut p aluũ inferiorẽ, flaua bile euacuata, uel omni bus iſtis pariter factis. Erit et huic tertianç tẽpus acceſſionis minus multo, q̃ quie tis. Duobus ſi qdẽ diebus, et totidẽ noctibus toto eius pfecto circuitu. Exq̃ſitã ter tianã nũq̃ inuenies extra duodecim horas ſuã acceſſionẽ protendere. Talẽ itaq; ait Hippocrates in ſeptem circuitibus, qđ ſit longiſſimũ, iudicari. Q uod.n. in cõtinuis una dies põt, hoc in intermittentibus acceſſio. Secundũ igitur iſtarũ cõnumeratio nẽ, earũ fiunt iudicationes, hoc aũt inuit et ipſe in prognoſtico, ubi de quartana lo quitur, ita inquiens. Fit aũt et quartanarum conſiſtentia ex ordine tali. Eſt aũt et a nobis obſeruatum, tum in quartanis, tũ etiam in tertianis, fieri iudicatiõem ſecun

P

dum numerum circuituum,nó dierum. Statim itaq; in tertiana febre ab initio ſep tima acceſſio in tertium et decimũ incidit diem,et ſępius in ipo morbus iudicatur non expectato quartodecimo . Sicuti igitur in morbis continuis, acutorũ quidem morborũ terminus eſt quartus decimus, peracutorũ uero ſeptimus,ſic in intermit tentibus breuiſſimi temporis tertiana febris,terminũ habet circuitum ſeptimum. Rurſus aũt ſicuti in peracutis morbus poterat iudicari,et in quinto, et in quarto, et in tertio die, ſic et in ter/tiana in eiſdem circuitibus fieri ſolutionem cõtingebat, non expectante natura ſepti mũ. Hippo. igitur tertinam aliquando cũ adiectione exq ſitam nominat. Aliquãdo ue ro ſimplici appeltatione con tentus, tertianã tantũmodo, ſicuti et nunc quoq; conſue/tudo gręcorũ eſt huiuſcemo di res omnes dupliciter no/minare. .lx.

.lx. q Vibus i febribus aures obſurduerũt, ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata,ſoluit morbum. .lxi.

f Ebricitantem niſi diebus imparibus febris reliquerit,ſolet recidiuare.lxii.

q Vibus in febribus morbus regius an te diẽ ſeptimum accidit,malum.lxiii,

q Vibus in febribus quotidie rigores fiunt,quotidie febres ſoluuntur.

d Ictum quidem et ab ipſo antea ſurditatem fieri,ſi billioſa excrementa retineantur,et ad caput re currant,et talẽ ſolui ſurditatẽ,ſi aluus turbetur.Dictum aũt et nunc ab ipo hoc idem,et pręterea de profluuio ſanguinis e naribus,et enim et hoc ſoluit ſurdi/tatem,eam ſcilicet quę in febribus fit abſq; ulla propria,atq; pręcipua inſtrumen/ti auditus paſſione,et nihil mirum ſi euacuatis,aut tranſmutatis noxiis humoribuſ ceſſant paſſiones. .lxi.

n Eſcio ſi hunc aphoriſmũ Hippocrates ſcripſerit,an fuerit a quopiã adſcrip tus,ſi quidẽ in prognoſtico dierũ iudicantiũ incrementa, ac compoſitiones fieri in quaternis edocuit,et in hoc ipſorum libro aphoriſmorũ,atq; etiam in Epi/demiis, non modo die quartodecimo multos uidit iudicatos, ſed ẽt in uigeſimo, et quadrageſimo,et ſexageſimo,et octuageſimo.Ipſi uero iudicãt, et uigeſima quarta, et trigeſimaquarta, et ab initio protinus quarta. Quomodo igitur ait nunc, ꝙ niſi in diebus imparibus febris ceſſauerit non ſit fida iudicatio ? Melius itaq; pro im/paribus ſcribere iudicatoriis,ut quibuſdam uiſum eſt.Multa tamen exemplaria in numero plurali,et imparibus, et diebus ſcriptum habent. .lxii.

m Orbus regius fit aliq̃do et iudicatorie reponẽte natura ad totũ corpus,et ꝑ cipue ad cutẽ flauã bilẽ. Fit ãt et huiuſcemodi caſus hepate male ſe habẽte. Ipſius uero affectus ex q̃bus morbus regius ſolet aduenire,tres ſunt,tumor durus,inflãmatio,et obſtructio. Verũ tumor ꝑdurus diutinus morbus exiſtit. Inflã matio uero,et obſtructio repẽte fieri poſſunt,et q regii morbi ãte ſeptimũ accidũt diẽ,ex aliquo iſtorũ ortũ habẽt,nã citius nõ põt iudicatorie bilis ꝑduci ad corpus. Ante ſeptimũ q̃dẽ diẽ,morbũ regium eſſe malũ uerũ exiſtit, nõ tamẽ poſt ſeptimũ uacare ꝑiculo ẽ pariter uerũ,neq; hoc nũc dictũ eſt.Põt.n.et iflãmatio,et obſtructio longiori tẽpore ꝑmanere,ante ſeptimũ tamen bilẽ iudicatorie efferri eſt ipoſſibile, In q̃buſdã uero exẽplaribus adiectũ eſt aphoriſmo,circa finẽ.Niſi humores ex aluo prodeant,uolẽtibus his q hęc adiiciunt ꝑ aluũ bilem expurgari. .lxiii.

c Vm bile ꝑ omnẽ corporis habitũ mota rigores accidãt, atq; ideo ſingulis ac ceſſiõibus expurgetur,atq; euacuetur,nõ abſq; rõe ad ifebricitationẽ ꝑuenit taliũ febriũ itermiſſio.Hoc igitur ẽ ꝙ nũc dictũ ẽ ab eo quotidie febres ſo luũtur,ac ſi dixiſſet,ęgrotoſ quotidie ſine febre fieri.ſicuti ãt queãdmodũ quotidie rigores fiũt,quotidie ẽt febres ceſſãt,ſic uidelicet ſi et ꝑ tertiũ diẽ,uel ẽt ꝑ quartũ, qđ.ſ.fieri uidetur,et i tertianis,et i quartãis circuitibus, in q̃bus febres ſoluũtur, et rurſus redeunt. Remanet tamen quędam diſpoſitio pręter naturam in corpore, a qua ſecundum circuitum febres,et alii caſus generantur. .lxiiii.

QVi ante hũc ſcribitur aphoriſmus abſq; ordine mihi uidetur fuiſſe interiectus. Melius.n.fuiſſet hunc,q nunc ſcribitur,aphoriſmũ illi fuiſſe coniũctum, i quo ait. Quibus in febribus morbus regius ante diẽ ſeptimũ accidit, malũ,ut totus ſermo talis ꝓcedat. Ante ſeptimũ qdẽ diem morbũ accidere regiũ malũ oio,poſt ſeptimũ uero optimũ,niſi dextrũ ilium obduruerit.i.niſi aliqs malus affectus ex his quos antea diximus,uiſceri hepati acciderit. Expurgato.n.in ipſo ſanguine,et bile tranſlata ex uenis ad meatus bilẽ recipiẽtes, ſiue obſtructio fuerit in locis ad q̃ trãsfertur, ſiue infiãmatio aliqua, uel durus tumor, neceſſariũ oio nõ expurgari ſanguinẽ, et una cũ ipſo bilẽ p totũ corpus deferri,et hic morbũ regiũ generari. .lxv.

.lxiiii.

QVibus in febribus morbus regius, ſeptimo, uel nono, uel undecimo, uel quarto decimo ſuperuenerit, bonũ, niſi dextrum ilium obduruerit, ſi uero non, non bonum. .lxv.

IN febribus circa uentriculum,et fortis æſtus, et cordis morſus, uel dolor, malum. .lxvi.

IN acutis febribus cõuulſiones,et circa uiſcera dolores fortes,malũ. .lxvii.

IN Febribus ex ſomnis, timores, uel conuulſiones,malum.

QVod non ſolũ ei uiſceri, ꝙ ſua natura palpitat, cor nomen fuit apud antiquos, ſed ẽt ori uẽtriculi,pro confeſſo habetur apud oẽs, ſicuti ẽt ꝙ cordialgiã.i. cordis dolorem, huius ptis dolores appellãt, et uerbũ cardioſſim apud grçcos,plurimi exponẽtiũ aphoriſmos ꝓ cardialgin.i.cordolere accepunt,nõnulli ipſius uiſceris motũ quẽdã palpitationi ſimilẽ, p cardiogmon uerbũ intellexerũt. Fortis itaq; uẽtriculi çſtus a flaua bile in ipſius tunicis ebulientis generatur. Rationabiliter aũt his q ita affecti ſunt,et uẽtriculi mordetur os,atq; ob id malus ẽ caſus. Si qs uero p cardiogmõ uerbũ,quo Hippo.utitur i aphoriſmo, crebrũ, et uelocẽ cordis motũ,et pcipue ẽt ſimilẽ palpitatiõi intellexerit,extremũ ex eo malũ ſignificatur,uim.ſ.uitalẽ maximo incẽdio laborare. .lxvi.

FEbres uehementes,ueluti ignis neruos exiccantes eos extendunt,atq; cõuellunt,atq; hoc modo malas afferunt cõuulſiones. Nõnũq̃ uero et uiſcera ipſa i tali affectu dolorem ſentiunt,pp incendii uehementiã,ac ſiccitatẽ,atq; idcirco malum eſſe inquiunt. Peior aũt fuerit ſi fortes dolores acciderint. Scimus autẽ ꝙ pp inflãmationem,uel heryſipelas,uel fortẽ obſtructionẽ,uel abſceſſum aliquem,in uiſceribus dolores fiunt,ſed nõ ſit uerſimile,ut de his nũc ſermo habeatur ab ipo. Manifeſtũ.n.in ipis piculũ,ꝙ neq; neceſſario adiũgitur conuulſioni,et cũ Hippo.in febribus dicit morbos febriles,intelligit quãdo febres ipſç ſunt paſſio,et non caſus partis alicuius,quç aliquo dictorum affectuum laboret. .lxvii.

DIctum ab ipſo,et antea fuit,ꝙ ſomnus lçdẽs çgrotãtem mortalis eſt, qui aũt non lçdit nõ eſt mortalis,ubi et exẽplum ſermonis adiiciens,inquit ubi delirium ſomnus ſedat,bonũ, uti ſomno exiſtẽte aliquo ex quo deliriũ nõ ſedatur,ſed excitatur aliq̃do, ac generatur. Verũ et hic alia dixit exẽpla noxç ex ſomno aduenientis,timores,ac cõuulſiones. Quidã uero non timores ſcribunt,ſed labores, et quidẽ nos ſçpe uidimus in morbis exitialibus,et timores,et labores, et cõuulſiones factas ex ſomnis. Hoc aũt uidetur cõtingere,quãdo i ſomnis ad cerebrũ humor infeſtus puenerit,tũc magis intra, q̃ extra natura mota, et quidem ſicuti a cibo ad ſomnũ conuerſi implent caput,ſic in plethoricis diſpoſitionibus,ſomni ipm replentes aggrauant cerebrũ. Si igitur ea multitudo magis ad atrç bilis naturam uergit, timores fiunt,ſed ſi talis non fuerit,labores,ac conuulſiones. Et ſomni uidelicet ſemper nocerent,quatenus ad ꝓfundũ,et uiſcera materia fluit,niſi coctiõis ratione pluſ afferẽt utilitatis q̃ ſit dãnũ,qđ ex motu ad iteriora cõſeqtur. Nõ ſolũ aũt in cerebro ipo mali humores aceruati taleſ afferũt caſus,ſed et i ipo ore uẽtriculi,q̃re et i ſõniſ magis euaporãt,cũ icocti pmaneãt,ſicuti coctionẽ,utiles ſõnos iducũt. .lxviii.

ſ

Piritum nunc audiendum eſt ipſum dicere, ſicuti in prognoſtico reſpirationé,qui ubi offendit hoc eſt in medio ſui interruptus ſubſtiterit,cóuulſionem ſignificat.Et.n.fit mouētibus thoracem muſculis,ac neruis iam conuulſioni paratis,qua diſpoſitióe inſup aucta, et plures occupante partes manifeſta cóuulſio hominé apprçhéder.Cū uero duplex ſit in reſpiratióe motus, alter quo ſpiritus fertur ad interiora,q inſpiratio dicitur,alter quo ad exteriora,et contrariā accepit appellationem, expiratio nominatus.Offendit auté ſpiritus aliquādo quidem inſpirantibus,ſicuti cum ipſe dicit duplex itra reuocatio,ueluti ad ſpiratio,aliq̄do expirātibus, ſicuti cū dicit et ſpirituſ offédit extra delatus.In his igitur utriuſque partis reſpirationis ſeorſum meminit. In ꝓpoſito uero aphoriſmo de tota ipſa pronūcianſ,inquit. Spiritus offédés, ſiue i motu ad itra, ſiue ad extra, ſiue ad utraqꝫ tale qd patiatur. lxix.

.lxviii.

i

N febribus ſpiritus offendēs,malum. Conuulſionem.n.ſignifcat. .lxix.

q

Vibus urinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febre, multitudo ueniens ex his tenuis iuuat, præcipue uero tales ueniunt quibus ab initio, uel breui ſedimen ineſt. .lxx.

q

Vibus urinæ perturbatæ quales ſunt iumentorum, his dolor capitis uel adeſt, uel aderit.

n

ON ſimpliciter urinas craſſas dixit,ſed et grumoſas adiecit,duorū alterum oſtendens,uel craſſitudinis quātitaté, uel conſiſtentiç inçqualitaté, ac diuulſionem,ita ꝙ plures,ueluti grumi ipſarū cóſiſtentiç circūſcriptç appareāt. Nōnulli uero non grumoſas ſcribunt,ſed cçnoſas,ſicuti Mimiſianus, et Dionyſius,ſi quidé ꝑ hoc uerbū fetorem quédam ſimul oſtendentes,plus aliqd,q̄ alii demóſtrantes.Si uero quaſi craſſitudinis quātitatem nihilo plus hoc ipſo docétes.Sermo uero Hippocratis totus non uidetur de urinis eſſe fetoré habentibus, ſed de paucis tantum,ac craſſis,ut ex oppoſito manifeſtat,inquiens. Multitudo ueniens,ex his tenuis iuuat. Quare ſi hoc ſolū ſcriberetur qbus urinç craſſç, paucç,nihil ſermoni deficeret.Fiunt auté et ſine febribus urinç tales,natura expurgante per renes totius corporis ſuperfluitates.Fiunt aūt et cū febre,inquibus quiſpiam forte exiſtimaret ad contrariā tranſmutationé non eſſe bonā,quoniā magna ex parte in febribus, ex urinis ab initio tenuibus fit ad craſſiores conuerſio,tendente iam morbo ad ſolutioné, atqꝫ ideo mihi uidetur ita ſcriptus ab ipſo fuiſſe aphoriſmus, id ꝙ raro accidit edocente.Contingit.n.aliq̄do uel ꝑ initia morbi,uel non multo poſt urinas factas craſſius habere ſedimen. His igitur urinis ſedimen bonū ſignū non eſt,ſicuti aliis,quç ab initio tenues exiſtentes ratione totius morbi coctionis ſedimen capiūt.Nō abſqꝫ ratione aūt craſſç urinç ſunt multitudine paucç, ut quç uix renes ꝑtranſeant. Cum itaqꝫ et ſimul maior pars talium humorū malorū fuerit euacuata,ſimul aūt et reſiduū concoqtur,tunc excernūtur multo prioribus tenuiores.Melius.n.ſi ita dicatur, et non tenueſ abſolute,quéadmodū dixit Hippocrates.Quç.n.ſecundū naturā ſunt, non ſimpliciter tenues exiſtunt,ſicuti neqꝫ craſſç,ſed mediū tenent inter utrūqꝫ exceſſum,et cū mediocritaté habeāt,craſſiores quidem ſunt atqꝫ dicuntur aquoſis, tenuiores uero grumoſis,multç uero cū ratione excernuntur, quia prius fuere retentç,quo tempore craſſç exiſtentes difficulter exibant. .lxx.

h

Vnc nónulli aphoriſmū cū ſupiori coniūgunt,tāq̄ eius partem,ita ſcribentes.Quibus urinç obuerſç,hiſce dolores capitis.Et uolūt quidam uerbū,obuerſç,contrarias oſtédere his,quas antea grumoſas nominauit, nónulli uero ipſas urinas ꝑturbatas.Falſū aūt é ꝙ urinç tenues ſint cū dolore capitis. Vidétur.n. dolores capitis aliq̄do antecedere,aliq̄do ſimul eſſe cum ꝑturbatis urinis,et quales nā hç ſint manifeſte móſtrauit,inquiens,quales ſunt iumétorū, et tales fiūt materia craſſa,ac denſa a calore agitata. Hç.n.uidentur maxime, et ab extrinſeca caliditate in ſpiritum ſolui,ſicuti bitumen,pix,atqꝫ reſina. Nonnullç igitur urinç lógo tépore

manent perturbatę, nonnullę uero cito ſedimen craſſum habent,et cito morbum ſolutum iri ſignificant. Quę uero non reſident,ſi uires affuerint longum fore morbū oſtendunt,ſi imbecillitas adſit,ęgri mortem pręnuntiant,hęc quidem ex ſuperabundanti a nobis ſunt dicta,quoniam non carent utilitate,quę uero ad ipſum attinentia aphoriſmū adhuc dicere oportet ſunt iſta.Vrinis perturbatis capitis dolores neceſſario,aut adſunt,aut aderūt,ut inquit Hippocrates ,quoniam ſpiritus flatuoſus una cum calore prompte fertur ad caput . Non tamen ſiquis dolet caput,aut doliturus ē, huic omnino taleſ ſunt urinę futurę. Fiunt.n.dolores capitis etiam ex calore ſolo. Nonnunq̃ uero ex flaua bile,quę uel in capite,uel in uentriculo continetur,et ex humorum abundantia caput opprimēte,uel propter aliquam loci obſtructionem, uel ſpiritu flatuoſo habente in parte ipſa generationem,quorum nihil talem facit urinam ex neceſſitate.

.lxxi.

q Vibus ſeptima iudicatur,his nubeculam habet quarta die urina rubeam, et alia ex ratione.

.lxxi.

ſ Icuti in pluribus aliis ſe ipſos imperitos artis Hippocratis oſtēderunt plurimi eorum qui eius librum expoſuerunt,ſic et in iſto.Putāt.n.adiecta fuiſſe aphoriſmo,et alia ex ratione,quęcūq; circa ſomnos,uel uigilias, uel reſpirationem,uel accubitū,uel ſurrectionem,uel tale aliquid,in prognoſtico ſcripſit, ut ſi hęc omnia bene facta uideantur,poſt ſeptimū futuram ſperemus iudicationem.Videntur autem ignorare capita maxima ad ꝓcognitionem faciētia.Vigilant enim magna ex parte,et grauiter ſe habent, ac febriunt uehementius ęgri quanto iudicatio apropinquat.Plures uero eorum prope iudicationem ſpirant difficulter. Nō igitur neq; qđ ex urinis apparet ſignum ſine talibus caſibus fit ad firmiorem futurę iudicationis ſpem ſignum in urinis,ſed multa alia quę frequentius,q̃ iſtud apparent, de quibus nihil uidentur cognoſcere,qui audent Hippocratis cōmentarios exponere,priuſq̃ totam ipſius artem perdiſcant.Nam cum quarta dies ſit index, quēadmodum ipſe edocuit,et qualis ſit futura ſeptima nunciet ,omne qđ in ipſa dignum effatu ſignum coctionis apparuerit,futuram ſeptima die iudicationem oſtendit,adeo ꝙ non ſolum rubra aliqua nubes apparens,antea non uiſa,iudicationem ſignificat,ſed et alba multo plus ipſa.Adhuc autem magis et ſublimamentum album,ęquale, atq; conſiſtens.Si uero uelociter admodum morbus moueatur,et mutatio coloris,et conſiſtentię,ſunt ſufficientia ſigna futurę iudicationis. Tenuis itaq; urina ſi mediocriter craſſa efficiatur,et ſi alba ruffa fiat,in tali morbo iudicationem ſignificat.Vniuſ itaq; ſigni nominatim Hippocrates meminit, urinę ſcilicet rubrę . Dignum autem exiſtimat,ut ſicuti hoc,ita et alia ex ratione intelligamus quęcunq; futuras iudicationes oſtendunt. Sunt autem hęc quę in diebus ab ipſo uocatis indicibus, et contemplabilibus fieri conſueuere,uel in urinis,uel in excrementis alui inferioris,uel ſputis, ſemper enim hęc talia omnia iudicationes ſignificant,non tamen bonas ſemper.Solis enim coctionis ſignis in diebus contemplabilibus apparentibus,bonę futurę iudicationes indicantur. Senſus ergo uerborum aphoriſmi talis eſt. Meminit autem nubis rubeę tāq̃ ſigni perrari.Albę enim frequentiſſime apparent,et ſunt ſignum coctionis manifeſtum.Rubeę uero raro fiunt,et niſi hoc in loco de ipis dixiſſet Hippocrates ꝙ in diebus indicantibus apparentes futuram nunciant iudicationem, forte nemo talem ipſis adeſſe uim expectaret , ſi quidem Hippocrates colorem rubeum quidem ſalutarem, diutinum tamen eſſe uult. Nam in prognoſtico ita ad uerbum ſcribit.Si uero urina fuerit ſubrubea,et ſedimē ſubrubeum, et leue,magis,quidem hęc diutina, q̃ illa.Sed admodum ſalubris. Nunquid igitur quarta die talis nubes apparens futuram in ſeptima iudicationem ſignificabit , in alia autem aliqua indice non ſignificabit,diligentius eſt inquirendum,qđ in ipſis operibus eit obſeruandum.Nam quantum ad rationes attinet,ſunt ad utrāq; partem argumenta, et magis ad alteram, ꝙ non ſignificabit niſi morbus ualde uehementer moueatur. Nam ſi quarto die fiat ęquale tempus priori,id ꝙ ſequetur aſſumens non eſt impoſ

ſibile ꝙ iudicationem oſtendat. In undecimo autem apparens non mihi uidetur ad modum tribus ſolis egere, ſed etiam pluribus, ueriſſimum ſi quidem eſt colorem talem aliquid ſuffragari ſolutionibus. Ego quidem raro ſignum tale in aliis diebus uidi pręter quartum. Cui uero in ſeptimo apparuit, hic quarto decimo fuit iudicatus, cui uero quartodecimo, hic in uigeſimo. Apparuit autem cuidam alteri in undecimo, qui decimoſeptimo iudicatus eſt, et cuidam alii in eodem undecimo rurſus, qui uigeſimo die fuit iudicatus.

.lxxii.

q Vibus urinæ albæ, et perſpicuæ, malæ, præſertim ſi in delirantibus appareant.

.lxxiii.

q VIBus ilia ſuſpenſa murmurantia, lumborum dolore ſuperueniẽte, his alui humectantur, niſi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proueniat, hæc uero in febribus.

.lxxii.

u Rinę tales extremam cruditatẽ ſignificant, quare et morbos longos faciunt, quędam uero ex ipſis cum anticipauerint uires diſſoluere, ſunt pernicioſę, ueluti in deliriis. Nullum et enim uidi delirantem, in quo talis urina appparuiſſet, ſaluatum. Melius ſi quidem eſt, ut ſicuti totus morbus ẽ bilioſus, ſic et urinę appareant bilioſę. Aquoſę autem urinę (tales enim ſunt albę, atq; perſpicuę) magnam cruditatem oſtendunt, et pręterea flauam bilem ad caput ſolũmodo rapi. Quibuſdam enim urinę perſpicuę non tamen albę, quę.ſ. tenuem habent ſubſtantiam, colorem uero bilioſum. Quę uero perſpicuę ſunt, et albę ſimul, ſunt penitus aquoſę. Si igitur ſimpliciter ſcriptum ſit. Maxime uero in delirãtibus, horum uerborum intellectus eſt manifeſtus. Si uero fini ſermonis adiiciatur, ſicuti in aliis exemplaribus uidetur adiectum uerbum, apparent, ſenſus erit talis. Aquoſę urinę malę ſunt, pręcipue uero tales apparent in delirãtibus qui exitio ꝓximi ſunt. Neq;.n. in omnibus, quẽadmodum nõnulli libri expoſitores audierunt nihil ſciẽtes ex his quę in ęgrotis apparẽt, in quibuſdam exẽplaribus ita ſcriptus eſt finis aphoriſmi. Pręcipue uero in delirantibus tales apparent, et eſt idem intellectus qui ſecũ dę ſcripturę antea a nobis dictę.

.lxxiii.

i Liis ſuſpẽſis, hoc eſt ad maiorem tumorem ex multis cauſis deductis, quarũ una eſt ꝑ ſpiritũ flatuoſum (de hac nunc diſerit) ſimpliciter facta, nõnũq̃ ex aliquo affectu difficilem habẽte ſolutionẽ partiũ ad aluũ attinentiũ, nõnũq̃ uero ex aliqua recenti occaſione. Diſtinguit autem et Hippocrates iſta. Nam prior diſpoſitio, neq; cum murmure fit. Extenta enim atque inflata inſtar utris ilia in ea repręſentantur. Altera uero cum murmure. Sic autem nominatur ſpiritus ſonus, cum neq; magnus, neq; multus extiterit, cum quadam autem modica humiditate ad inferiora euacuatus. Et quidem accidit tali murmuri deſcendenti ad lumborum loca, una cum ipſo iliorum tumorem deportare, unde partibus quę hic ſunt ex ipſo diſtentis prouenit dolor, deinde hoc pacto humore aliquando ad corpus diſtributo, ſolus ſpiritus flatuoſus emittitur, nonnũq̃ uero una cum humore, et quidem humor diſtributus magna ex parte per urinas excernitur. Recte ergo inquit in dictis ſignis aluum diſrumpi, niſi anticipet, ſeorſum quidem humor diſtribui, ſeorſum uero ſpiritum in inteſtinis retentum per ſedem excerni. Contingit uero, quandoque utrũq; ad corpus diſtributũ, uidelicet et ſpiritũ, et humorẽ cito ad ueſicã ꝑmeare. Quod uero i fine aphoriſmi ſcribitur. In febribus uero hęc, tale aliquid mihi uidetur oſtendere, a febribus moleſtari dicebant antiqui illos, qui abſque inflãmatione, uel abſceſſu, uel heryſipelate, uel ut ſimpliciter dixerim, abſq; aliquo mẽbro ꝑcipue affecto, ęgrotabant. Quod ſi ꝑ lateris inflãmationem, uel pulmonis, uel talis partis alterius febricitarent, non febricitantes ipſos nominabant, neq; a febribus moleſtari dicebant, ſed pleuriticos, aut ꝑipneumonicos, et aliis ſimilibus nominibus, ueluti hepaticos, et lienoſos, appellabãt. Nunc itaq; mihi uidetur Hippo. duorũ alterum uelle inſinuare, uel ꝙ hęc quę dixit, febribus accidunt, in q̃bus nullũ mẽbrũ affectũ

eſt,uel ꝙ et in illis accidũt morbis,non tamen ipſis aluus diſrupta ſit,uel flatus,aut urinę prodierint.Neq;.n.aliquo naturę motu mẽbris ſpiritũ flatuoſum expellentibus murmur in iliis contingit fieri.Sed ueluti caſum tantũmodo. .lxxiiii.

Ictum eſt a me etiam prius ꝙ abſceſſus fiunt ad articulos his qui in eis la/
d borem paſſi ſunt,et qbus quouis modo in morbo articuli laſſati ſunt, et pte
rea in quibuſcũq; craſſorũ hnmorũ multitudo lõgo tempore perdurauerit.

.lxxiiii.

Vibus ſperatur abſceſſum futurum
q ad articulos, liberat ab abſceſſu uri/
na multa, craſſa, et alba facta, qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdam incipit fieri. Si uero etiã ex naribus fluxerit ſanguis,breui admodum ſolutio fit. .lxxv.

I ſanguinem, aut pus mingat, aut re
ſ num , aut ueſicæ exulcerationem ſi
gnificat. .lxxvi.

Vibus in urina craſſa exiſtente, carũ
q culæ paruæ,aut ueluti capilli una ex
eunt,his a renibus excernitur .

Si itaq; natura ualuerit per urinam expurgare corpus, ęger ab abſceſſu liberatur, humoré ad articulos decubiturũ per ueſicam euacuans. Satis aũt habuit laborioſarũ febriũ,ueluti in quodã exẽplo meminiſſe,quę initiũ ad urinam motionis in die indice accipiunt.His.n.laborioſis hoc ineſt,ꝙ cito abſceſſuſ faciant nõ expectantibus, ut alię, tempus prolixius . His uero ipſiſ,et iuxta aurem fieri abſceſſus conſueuere, ſicuti aliis prolixioribus multitudo plus ad inferiora decũbit.Quibus igitur caliditas maior magis materiam ſubleuanit,uel ſanguinis profluuiũ patiũtur,aut parotidas, ideſt iuxta aures abſceſſus habent. Quod autem ſolutio hęc ocior ſit altera per urinas,non oportet dicere,quare et in ipſa adiecit Hippocrates. Et breui admodum ſolutio fit, altera quę fit per urinas euacuatione plures exigente dies . Quod autem quarto die dicitur,pro exemplo poſitum eſt . Te uero oportet transferre ad omnes dies alios quicunq; ſunt contemplabiles,et iudicatorii. lxxv.

Iue in renibus, ſiue in ueſica ulcus factum fuerit, ſi quidem in uaſe aliquo
ſ effatu digno conſtiterit,et pręcipue cum aliqua exeſione,ſanguinis excretio
conſequitur,ſine hoc autem puris tantũmodo.Contingit autem ut facto ulcere in aliquo urinę meatuum,et pus,et ſanguis per urinam exeat.Hi uero renes,ac ueſicam interiacent, et oportet, hos illis ſubaudire. Exulcerantur autem magna ex parte his qui in renibus lapidem habent meatus urinarii, quando a lapide aliquo acuto,aut admodum aſpero in ipſis interſepto excoriantur. Vlcera autem ſi in pene ſiant, etiam ſine urinis et pus exit, et ſanguis. Exit autem et ſimul cum urinis aliquando pus diſrupto abſceſſu in aliquo aliorum locorum. Quare et plures expoſitores alteram ſcripturam magis probarunt in qua coniunctio,et,ſcribitur,in hunc modum. Si ſanguinem, et pus minxerit,renum, aut ueſicę ulcerationem ſignificat, quaſi altero ſolo,ſcilicet pure,per loca urinę exeunte fieri poſſit, ut ſit ſignum non modo renum , uel ueſicę exulceratę, ſed etiam alicuius partium ſuperiorum. Forte igitur et hi aliquid dicunt.Forte autem et uerbum,mingat,ꝙ aliud oſtendit, q̄ minxerit,in ſe ipſo continet diſtinctionem. Neque enim idem eſt, uel ita dicere,ſi ſanguinem, et pus mingat, uel illo modo.Siuſanguinem,et pus minxerit, In uno enim, uel duobus, uel tribus diebus potuit minxiſſe pus diſrupto abſceſſu ad urinę inſtrumenta . Multis autem diebus, ac menſibus, ubi hoc factum fuerit, renum,aut ueſicę exulceratio ſignificatur.Quod autem iporum magis et dolor diſtinguit qui in differentibus accidit locis,et ea quę cum urinis excernũtur,de quibus deinceps loquetur,et quidem de urinariis meatibus eadem eſt ratio. .lxxvi.

Aruę quidem carunculę renum ſubſtantię indicia ſunt, qui uero uti capil/
p li,nullo modo renum. Neq; enim fieri poteſt,ut ad talem ſubſtantię formam
ren diſſoluatur . Qui enim hoc aiunt renum ignorant naturam, ſed neque

ueſica reſoluta,aut exeſa,ut quibuſdam uiſum eſt,tales urinę exeunt.Sunt enim hu/ius particulę foliorum ſimiles magis ; ſicuti et Hippocrates paulo poſt,eas ſqua/mas appellat.Sed ueritas ita ſe habet ,q̄d nobis ſorte quadā ſępius uidere contigit, ſed alii quidam medici,quātūuis in opibus artis multū exercitati, raro ſe aiunt ui diſſe urinas tales .Vocāt aūt medici hāc paſſionem capillitium,quoniā capillis ſimi lia ſunt, et albis magis ſimilia apparent quę in urina feruntur. Nuper aūt quidam

.lxxvii.

q Vibus in urina craſſa furfurea quæ/dam ſimul exeunt,his ueſica ſcabie laborat.

talia corpora tam longa min gebat, ut incredibilis longi tudo uideretur , nam quidā ex ipis ad dimidiū cubitum extendebātur.Hic uero toto fere anno qui anteceſſerat in uſu cibario habuerat orobū.et fabā, et ſępiſſime caſeū tenerū,ac ſiccū, et pluribus aliis,et talia mingere cōtigit qui cibis craſſioribus ueſcebātur.Tali igitur humore in renibus,uſto capillis ſimiles ſubſtantię generantur,et quidem modus ipſe curan di rationi quę de cauſa habetur atteſtantur.Nam ab extenuantibus,atq; incidenti/bus medicinis,adhibito ēt alio uictu humectante ęgri curantur. Si uero tanta eſſet exulceratio renū,aut ueſicę, ꝙ eorum ſubſtantia diſſolueretur,non modo nihil ex ta libus medicinis iuuarentur,ſed ſupramodum irritarentur. In his itaq;, ſicuti et in aliis Hippo.dignus eſt admiratione,eorū inuentor quę à pluribus medicis ad hunc uſq; diem fuere ignorata.Ipſa quoq; ſermonis diligentia magnam habet admiratio nem,cum dicat talia ex renibus excerni. Neq;.n.ſicuti in priore aphoriſmo renum cauſatur exulcerationem,ita et nūc dixit, uerū ſimpliciter ex renibus inquit excer ni,quēadmodū ſi aliquo mingente lapidem ex renibus ipſum excerni dicamus,non ꝙ ſit pars ſubſtantię eorum,ſed quoniam in ipſis ſuam habuit conſiſtentiam.Paruę igitur carūculę ſubſtantię renū ulceratarū partes exiſtunt ,qui uero ueluti capilli, in renibus quidem conſiſtentiam accipiunt,ueluti alii lapides,non ſunt autē partes eorū ſubſtantię.Male ergo in omnibus exemplaribus hic aphoriſmus ſine particu/la,aut.legitur.Carūculę paruę,ueluti capilli. Nullo.n.modo carunculę paruę aſſimi lantur capilliſ.Verū oportet inter uerbū,paruę,et alterū,ueluti,mediam ponere dic tionem,aut,tāq̄ Hippo.nō de una re,ſed de duabus faciat ſuo ſermone mentionem , quarū una ē Carnes paruę,altera uero ,Veluti capilli .In his igitur q̄ ſunt ueluti ca pilli ſemper urina eſt craſſa,cum pituitoſa ſubſtantia quā uenę aggregarunt,per re nes expurgetur.In carūculis aūt non eſt neceſſarium,nūq̄ tamen talem uidi renum diſpoſitionem,ſed quę ſunt ueluti carunculę, ſępius a me uiſę,ſunt in illis febribus in quibus,et quę ſunt ſimilia orobis,ſedimina conſpiciuntur,ſanguine craſſo in re/nibus,aut in hepate exuſto.Non tamen ueras carūculas unq̄ uidi cum urina exeun tes.Puto igitur poſſe contingere,ꝙ craſſa urina ab ipſo dicatur,quę ſecundū naturā eſt mediocris.Hęc.n.tenui quodāmodo opponitur. Neq; nos latet ꝙ ꝓprię quidem ſecūdum exceſſus oppoſitiones ita nominantur,per abuſionē autem,et medio,et me diocri,extremorum nomina tribuūtur,cum et ad maxime craſſum, tenue, et ad ma xime tenue,craſſum,nominetur.Q uod ſi ita audiuerimus,ſermo talis erit. Q uibus ī urina quę tenuis non eſt ea quę diximus exeunt,renum eſt paſſio,ſi uero urina ſit tenuis,totum uenoſum patitur genus,eundem intellectum mihi uidetur etiam in ſe quenti oſtendere aphoriſmo.

.lxxvii.

q Vando urina tenuis fuerit haud ſecundum naturam uenę ſe habent.Cum ue ro non tenuem,ſed mediocrem habuerit ſubſtantiam in quo ſignificato craſ ſa accipere oportet hoc loco, ea quę ſimul cum tali urina excernuntur circa renes,aut ueſicam paſſionem oſtendunt. Cum enim ex uenis urina ueniat, in reni/bus autem percoletur, in ueſica uero aggregetur, quicquid in ea pręter naturam apparuerit,aut uenas,aut renes,aut ueſicam male ſe habere indicabit,ſicuti et nūc furfurea,ueſicam ſcabie laborare, quando uenę multum affectum habent . Ferun/tur enim et ex ipis aliq̄do furfurea,cū earū tunica patitur,quēadmodū et ueſicę,uel cū ſanguis q̄ in ipſis cōtinetur a febre ardente puritur.Aptior aūt ad hoc ē quicūq;

humor in eis craſſior exiſtit,et magis qui ueluti fex ſanguinis eſt,quem ſolemus humorem melancholicum nominare. Sicuti.n.cutis ſuꝑficies quam cutem ſuꝑiorem nomināt,in ſcabie,lepra,atq; lichienibus tenue q̄d abiicit,quale q̄d ſerpētum ſenectus noiatur,ſic ubi in partibus interioribus ea q̄ eſt ueluti cutis tale aliq̄d patitur, et caſus erit paſſiōis ſimilis,hac rōne igitur,et uenę ipę,atq; ueſica ſcabie laborātes furfureos cortices una cū urinis emittēt. Diſtinctio autem fiet ex tenuitate,ac craſſitudine urinę, ut antea diximus. Tenuis.n.urina uenas, nō tenuis autē ueſicam pati indicabit. .lxxviii.

.lxxviii.

q Vicunq; ſpōte ſanguinem mingunt, his a renibus uenulam ruptam ſignificatur. .lxxix.

q Vibus in urinis harenoſa ſubſiſtunt, his ueſica laborat calculo. .lxxx.

ſ I ſanguinem mingant, aut grumos, uel ſtillicidiū urinæ habeāt, et dolor in imum incidat uentrē,et pectinē,et foemen,circa ueſicam labor eſt. .lxxxi.

ſ I ſanguinem, aut pus minxerit, aut ſquamulas, et grauis odor adſit, ueſicæ exulcerationem ſignificat.

q Vod dicitur ſpōte poteſt idē q̄d ſine cauſa exteriori oſtendere, pōt et q̄d ueluti repēte nullo caſu ꝓcedente quales apparēt ueſica ulcerata. In ipa.n. uenā rūpi ex influētiſ ſanguinis abundantia,quēadmodū in renibus eſt impoſſibile. Neq;.n. ꝑ eius uenas ſanguis ꝑcolatur, ſed ſolum tantum quātum ipſi ſufficiens cōtribuitur.Prętera neq; uenę q̄ in ueſica nudę,aut inſtabiles natura ſūnt, ſicuti quę renū uentres ſubintrant quarū ora apiūtur, et quę aliquādo diſrūpuntur pp humorū multitudinē,ac craſſitudinē qui in ipſis continentur. Diſruptio itaq; puris ſāguinis facit euacuationē. Ora aūt apta nō uniuerſim ſanguinē effundunt,ꝑſertim cū parua eſt aptio,ſed paulatim, atq; tenuius ꝑcolāt, unde totam urinā ſubſanguineam efficiunt. Fit aūt,ut dixi,et uenis ueſicę ex exeſione laborantibus ſanguinis euacuatio,quam antecedunt ulceris ſigna in ueſica exiſtentis, hoc eſt et loci dolor,et pus,et ipſius corporis ueſicę,quędā ueluti fruſtula. Hac ratione igitur melius uerbū,ſpōte,prō,repēte,accipe,et nō pro,ſine cauſa manifeſta,ſi quidem ſāguis ex renibus ſępiūs,et ſine cā excernitur manifeſtā,uaſe ex multitudine rupto, ſed aliq̄do ob ſaltū uehemētiorem, uel ex alto caſum,uel ictum. .lxxix.

n ON omnino ueſicā laborāt,ſed cōtingit et renes,quare manifeſte errat aphoriſmus, ſiue quia Hippocrates ipſe dimidiam partem ſermonis neglexerit, ſiue quia primus librarius omiſerit. Siue enim in renibus,ſiue in ueſica calculi generentur,una cum urinis exeunt harenoſa. .lxxx.

d Vobus modis finis ſcribitur aphoriſmi,in quibuſdam exēplaribus,labor ē, in quibuſdā,morbus eſt,et fere in hoc nihil inuicē ſcripturę differūt.Cōiter āt ambę errāt,ſi quis intelligat circa ueſicā ab Hippocrate dici,quaſi ipſam ueſicam laborare dixiſſet. Nā hi quos memorat caſus cōes ſunt omnibus quę urinę ſeruiunt inſtrumentis,ueſicę,renibus,urinariis meatibus. Melius itaq; hoc mō,quę circa ueſicam, accipere, non tanq̄ ſola ueſica ſignificetur, ſed et partes quę illi annectuntur.Adhuc autem magis,ut ita accipiamus,hortabitur ſequens aphoriſmus, in quo non quę circa ueſicam ęgrotare dicit, ſed ipſius ueſicę eſſe exulcerationem, cū nō idem ſit pati aliquid ipſam ueſicā,enunciare,uel quę circa ueſicā. .lxxxi.

ſ Anguinem quidem,et pus ubi quis minxerit omnium inſtrumētorum quę urinę obſeruiunt ſunt ſigna cōmunia. Odor autem grauis hoc eſt moleſtus, adhuc autē magis et ſquamulę ſunt propria ueſicę. In pluribus igitur exemplaribus.Si ſanguinem,et pus minxerit,ſcriptum inuenitur.In quibuſdam uero.Si ſanguinē,uel pus minxerit.Oſtendet autē hęc ſcriptura ſecunda cōiunctionem,aut, eſſe obdiſiūctiuam, quaſi utrūlibet horum quę dicta ſunt ſignificet ulcerationem, altera uero uult ambo aſſidere,uel ſimul inuicem,uel alternatim. .lxxxii.

o B ſermonis breuitatem nihil effatu dignum hoc haberi aphoriſmo ſuſpica/bitur quiſpiam. Promptum.n.eſt unicuiq; intelligere ꝙ in meatu urinario qui in pene eſt (hunc.n.meatum fiſtulam urinariam nominant) ſi cōſiſtant tubercula,et mox rumpantur,fieri ſolutionem.Verum ſi diligentius animaduerti/mus maius aliquid ex eo oſtenditur. Cōtingit.n.urinam aliquando retineri ob tale tuberculum,ex cuius diſruptione ſanitas procul dubio ſequetur.Verum ex dictis q̄dā dubitatio ſuboritur.Vtrū ſolum uelit hęc quę i hoc loco ſunt nata tubercula rūpi, uel ſępius quidem hoc acci/dere? fieri tamen poſſe ut ēt diſſoluantur, uel exēplū ſolutionū unū hoc aliquod ſcri/pſit,diſruptionem q̄d uerius exiſtit. .lxxxii.

.lxxxi.

q Vibus in urinaria fiſtula tubercula naſcuntur,his ſuppuratione facta,et eruptione,ſolutio. .lxxxii.

m Ictio noctu plurima facta,paruam ſignificat deiectionem.

q Vod quidem neceſſarium ſit uentris humore diſtributo minorem fieri alui deiectiōem unicuiq; manifeſtum, ſed cū hoc,et una illud apparet, ꝙ eo una cū cibis exeūte,aluus quidē humidior fit,atq; ideo plura deiciet. Vria uero paucior excernetur.Docebit autem nos hęc ipſa ratio,et alui fluentis,et ſicci remedia. In q̄bus.n.ſupramodū humida aluus dep̄hendiur,his potū minorē exhibebimus,ac p̄terea illi uiā ad ueſicā parabimus,in q̄bus uero ſiccior, et plus dabimus potus, et diſtributionem quantum fieri poterit prohibebimus.

## GALENI IN APHORISMOS HIPpocratis liber quintus interprete Nicolao Leoniceno Vicentino.

.i.

c ONVVLSIO EX HELE/boro lætalis eſt.

.i.

h IS QVI HELEBORVM ACCEPERVNT, Album ſcilicet,Hūc enim ſimpliciter heleborum nominare conſueuerunt, non ſicuti nigrum,cum adiectione,his inq̄ ſi ex purgatione conuulſio aduenerit,caſum ait eſſe lętalem.Fit enim non ab initio purgationis, quādo periculum eſt ne homo ſtranguletur,ſed quando uomentes uehementius lacerātur, propter ipſam quidem maxime quę fit i motibus diſtentionem laborantibus neruis,ob illam quam habēt cum ore uentriculi in patiēdo ſocietatem.In quo et alias uidimus, ubi fortius mordetur,fieri conuulſiones,ſicuti adoleſcenti,qui eruginem euomuerat. Pręſtat.n.eruginem,non eruginoſum uomitum illum nominare. Erat.n.talis,qualis quę uera erugo nominatur florentiſſimus,uerum inter uomendum totū corpuſ conuulſum eſt,et erugine euacuata febris ſtatim,et conuulſio ceſſauit. Tale autem erat quod euomuerat,ſicuti ſi quis optimam eruginem aqua perfunderet,adeo ut ex eorum unione talis ſubſtantia exultaret, quę defruti craſſitudinem repręſentaret. Non impoſſibile eſt igitur,ut dixi,et p cōpatiendi ad os uentriculi ſocietatem,fieri conuulſionem ex heleboro albo,et hęc foret cōuulſio minus p̄iculoſa. Contingit aūt et p̄p ipſam eua/cuationem ſupra modū ipſis purgatis cōuulſionē aduenire, ſicuti et cholerā patientibus contractiones frequēter adueniunt, et ſępius,ac maxime eorū qui ſunt in ſurris muſculorum. Sed neq; et illud eſt impoſſibile p̄p pharmaci efficaciam,ex neruis humiditates ad ſe attrahētis ex hac paſſione fieri cōuulſionē,ſed et helebori aliq̄do ui ad ſui diſtributionē impulſa uehemētius, cōtingit neruorū ſubſtantiā uiolentius exiccari. Ipſe.n.nos docuit Hippo. ꝙ fit cōuulſio ex repletiōe,et inanitiōe,corporū uidelicet neruoſorū,a q̄bus ſecūdū electionē motus p̄ficiūtur.Sūt āt hęc,nerui,ligamēta,muſculi,et tēdones, ſicuti etiā i exterioribus uidemus lora,et cordas extētas ubi uehementius exiccentur, aut multa madeant humiditate, ſic et in corporibus animalium par eſt fieri non raro conuulſionem.Liquet igitur ꝙ ex repletione [conuul]ſio ſanabilis eſt per euacuationem.Ea uero quę fit ex inanitione,et neruorum

tate non facile admittit curationem, Fit autem ut dixi,et propter compatiendi ſo/cietatem conuulſio,quam non debemus exiſtimare fuiſſe ab Hippo. prętermiſſam. Eam.n.quę primũ fit cõuulſioné oſtendit,cum ait.Cõuulſionem ex repletione, atq; inanitione generari,et quidé nouimus ét morſus ratione fieri in ore uentriculi ſin gultũ, adeo ut quiſpiam, et neruos itidem pati exiſtimauerit.Et uidebitur iſta con uulſio his qui ab heleboro purgati ſunt,non dicta ab Hippocrate aliquando fieri, niſi per iouem illam dixerit quiſpiam fieri ex inanitiõe, cũ humores mordaces uim habeant exiccandi . Hi itaq; modi ſunt eorum qui ex he/leboro conuellũtur. Sanatur autem ex ipſis, et q propter morſum,et qui pp diſtentionem ex uomitibus fit,quę ãt ex ſiccitate accidit inſanabilis eſt.Nõ abſq; ratiõe igitur totum hoc genus Hippę. ait eé lętale,quoniã nõnullę eius ſpés cũ difficultate ſanantur. Vna aũt inſanabilis eſt .ii.

.ii.

c Onuulſio ex uulnere lætalis eſt. .iii.

u Bi ſanguis plurimus fluxerit ſingultus,aut conuulſio ſuperueniens,malum. .iiii.

e X ſuperflua purgatione, conuulſio, aut ſingultus ſuperueniẽs,malum .v.

ſ I ebrius quiſpiam repente obmutuerit,conuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut ubi ad horam peruenerit qua ſoluuntur crapulæ,uocem recuperet.

ſ Icuti in eo qui hunc antecedit aphoriſmo, mortalé dixit eſſe cõuulſionem, quod idem eſt, ac ſi diceret periculoſam,atq; ad morté ſępius terminantem, ſic et nunc eam quę fit ex uulnere cõuulſioné lętalem dixit eſſe, non ſtãq̃ ex neceſſitate,ac ſemper mortem afferentem,ſed tãq̃ admodum crebro,ſic et in multis ex prioribus aphoriſmis,lętalis,nomine uiſus eſt uti.Ex uulneribus igitur fiunt cõ uulſiones,ratione ſequentis ipſa inflãmationis ubi partes neruoſas attigerit.Et prí mũ quidé uidetur cõuelli quę e directo ſunt partiũ inflãmatione laborãtiũ,deinde ſic poſtq̃ et principiũ attigerit paſſio ad totum extenditur corpus . .iii.

n ON aliud quidem oſtendi eſt exiſtimandum ex priori nomine,lętale, aliud aũt nunc,cum malum dicit. Cõſueuit ſi quidem Hippocrates caſus illos ita nominare,quos lętum ſępe ſubſequitur.Si cui uero per magis, et minus dif ferre hęc nomina uideantur,maius periculum per uocem,lętale,q̃ per,malum,oſten detur . Q uę igitur fit ex plurima ſanguinis profuſione conuulſio, ex altero genere cauſarum ipſam efficientium,ut antea diximus,dictum eſt. .iiii.

q Vod aliquãdo his qui heleborũ ſumpſerunt diximus fieri,hoc nũc oſtendit in omnibus qui quouis modo purgantur.Conuelluntur.n.qui ultra modum purgantur eaſdem ob cauſas,quas diximus,inde his qui heleborum aſſump ſerunt,et his qui hac ratione laborant, non paruum piculum iminet,ſi quidé peior eſt ea quę fit ex inanitione cõuulſio,altera quę fit ex repletione.Q d' autem et ſingul tus conuulſio fit ſtomachi,ſecundum Hippocratem noſ utiq; nouimus. .v.

r Epletis neruis talis cõuulſio fit. Solet autem facillime eos replere uinum, ut quod calidam habeat temperaturam,talis ſi quidem natura prompte omnia ſubintrat,cum pręſertim non admodum craſſam ſubſtantiam habuerit.Sub ſtantię igitur copia neruis affert conuulſionem . Rurſus autem qualitate ſanat eam quam fecit diſpoſitionem,neruos calefaciendo, atque exiccando, et ſi hoc aliquan/do facere nequeat,mortem ſubſequi eſt neceſſarium.Q ua autem ui diximuſ uinum ſanare conuulſiones,eadem uidelicet et febris ſanat.Hinc uero maxime obſeruanda eſt Hippocratis conſuetudo, qui mutos nominat illos qui quouis modo obſtupue/runt. Verum proprie ſtupor nominatur totius corporis inſenſibilitas, atque immo bilitas repentina . Hanc itaque diſpoſitionem, conſueuit Hippocrates ex uno ca/ſuum nominare,et ſit proculdubio neruorum principio patiente. Neq; enim aliter poteſt omnino conuelli corpus,anteq̃ id principium patiatur,uel principaliter,uel per compaſſionem,altero prius patiente mẽbro. Liquet aũt omnem noxam ex uino

factam a grçcis crçpalen nominari, ſic quidem igitur et nonnulli uocabuli fecere ethimologiam, a carenon, quod ſignificat caput, et palleſthç, cócuti. Horã autem qua crapulç ſoluũtur, tempus nominauit. Eſt autem hoc tempus non prçciſum, neq; circũſcriptum, omnibus una menſura. Quidam enim poſtridie a crapula ſunt liberati, quidam uero ſequenti nocte, quidam uero tertio die, et fit hoc pro multitudine, ac ui epoti uini, et eius qui potauit natura. Sicuti igitur neq; cibus unum habet in omnibus tempus coctiõis p̃finitum, ſic neq; uinum. Aut igitur oportet nos ęgri naturam habere experiẽtia compertam, aut poſtremũ terminum obſeruare, i quo ſi neq; febricitare, neq; loq ãticipauerit, cõuulſus morietur. .vi.

q Vicunq; a diſtentione corripiuntur, í quatuor diebus pereũt, ſi uero has effugerint ſani fiunt. .vii.

q Vibuſcunq; morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt, quibuſcunq; autem uigeſimo quinto, cõmoriuntur. .viii.

q Vicunq; morbo laterali laborãtes in quatuordecim diebus nõ repurgantur, hi ad ſuppuratioñe uertũtur. ix.

d Iſtentio morbus peracutus eſt, ut quç cõpoſita ſit ex illa, quã grçci emproſthotonon, ideſt ad anteriora diſtẽtionem, et opiſthotonõ. i. ad poſteriora diſtentioñe grçci nominant, ita quod citius in ipa fit iudicatio, non tolerante natura lõgiori tempore, quem fert diſtẽtio laborẽ. In primo igitur circuitu dierũ iudicatoriorũ paſſio iudicatur. .vii.

p Roprię quidem paſſionis mutationes nominant, quãdo ex una parte trãſeũt ad aliã, per abuſionem aũt, et oẽs ſolutiones ita nominantur, et mihi uidetur Hippo. in ſecũdo ſignificato uſus eſſe appellatione. Nõ modo. n. ad alias p̃tes translatis his, qui morbũ comitialem humoribus faciunt, ſoluitur paſſio, ſed ẽt oio curatis. Sunt. n. hi craſſi, ac frigidi, et pituitoſi. Ceſſant aũt et ob ętatẽ ad ſicciorem naturam tranſmutatã, et ob exercitatioñe, et uictũ exiccantem, adiunctis adhęc idoneis medicinis. Verũ Hippo. nũc ſolum eius meminit mutationis, quę ex ętate fit, a qua docti, et formam uictus una cum medicinis inueniemus. Quod igitur in altera parte aphoriſmorum dicit. Qui morbo comitiali laborant, ſi iuuenes fuerint mutationibus, maxime ętatis, et regionum et uictus, et locorum, liberantur, hoc nunc in ipſis paſſionibus declarauit, morbos comitiales qui ante pubertatem fiunt, ceſſare ex ętatis cõmutatiõe. Qui uero ultra uigeſimũquintum annum proceſſere, cõmori inquiens. Vnde liquet ꝙ pubertatis tempus uſq; ad uigeſimumquintum annum extendi arbitratur, ſumens initium in ſecunda ſeptimana. Liquet autem ꝙ neq; oibus ſanabitur paſſio ex pubere ętate, niſi et alia recte geſſerint, neq; quibus in hac accidit, omnino permanet, ſi bonam uictus rationem adhibeant. Verum ꝙ non habeant ex ętate ſanationem, ſed quantum ad eam attinet, paſſio conſeneſcat, liquido oſtẽdit. Non tamẽ adhuc manifeſte dictum eſt, q̃uis uideatur manifeſtum, his qui negligentius accipiunt uerba illa. Quibus uero uigeſimo quinto anno, cõmoriuntur. Neq;. n. his ſolis paſſio cõmoritur, quibus uigeſimũquitum annũ agẽtibuſ aduenit. Sed multo magis etiam his qui ultra hanc ętatem progreſſi ſunt. Addentes igitur ſermoni Hippo. illud q̃d deeſt, uerũ ex omni parte ipſum faciemus. Morbi comitiales qui q̃dem ante pubertatẽ fiunt, in eius ętatis tẽpore finiunt, qui ultra pubertatem procedunt cõmoriuntur. Tẽpus aũt pubertatis eſt poſt quartũdecimũ annũ uſq; ad uigeſimũquintum. Eſt aũt et alia ſcriptura taliſ. Quibuſcũq; uigintiquinq; annorũ fiũt, multi cõmoriuntur, ſignificante uerbo, multi, idem quod plurima ex parte. viii.

e Am quę fit p ſputa euacuatioñe humorũ facientiũ morbum lateralem ſolet Hippo. purgatioñe, ac repurgatioñe noiare, ſicuti et iſtos expuere, purgari, tã in libro de uictu acutorũ, q̃ in prognoſtico nominauit. Verũ nunc et tempus prçfinit purgationis, in quo ſi non fiat, ad ſuppuratioñe, aut morbũ uerti lateralem, eã uidelicet quę fit ad pus trãſmutatioñe ita nominans omnẽ, ſicuti in p̃gno

ſtico ſępius,aut eam quę fit inter thoracem,et pulmonem puris effuſionem,fit enim utrũq; horum,quando morbo laterali laborantes non expurgãtur per ſputa.Verum ſecundũ ꝙ diximus ipſe in ſequẽtibus eruptionẽ ſuppurationis nominauit. .ix.

i N ſuperioribus aphoriſmis quando morbos ſecundum ętates enarrabat.Iuuenibus autem,inquit,ſanguinis ſputa, tabes. Nũc uero etiam numerum appoſuit annorum,non propterea eadem rurſus ſcribenſ quę antea,ſed ꝑꝑ paſſionum thoracis,atq; pulmonis cõmunionẽ. Propter qđ igitur iuuenes his morbis p̄cipue corripiantur, antea diximus. De annis autem ętatum nũc determinandũ,quoniã et Hippocrates dixit tabem maxime fieri ętatibus a decimooctauo uſq; ad trigeſimumquintum.Quod enim ętatibus numero plurali dicitur quandam habet ſignificationem,ꝙ nõ eandẽ Hippocrates ętatẽ exiſtimat eſſe mediam inter annos enumeratos,neq; ſane una eſt ſi diligentius cõſideramus,uerum ea q̃ eſt a decimo octauo uſq; ad uigeſimũquintum annũ, adoleſcẽtium eſt, quę autem ab hinc uſq; ad trigeſimum quintum iuniorum. .x.

.ix.

t Abes fiunt maxiẽ ætatibus,a decimo octauo uſq; ad trigeſ.mũ quintũ. x.

q Vicunque ab angina liberantur, his ad pulmonem uertitur,et in ſeptem diebus pereunt, ſi uero has effugerint ſuppurantur. .xi.

q Vi tabe moleſtantur,ſi ſputum quod extuſſiunt graue olet iniectum carbonibus,et capilli a capite defluunt, lætale. .xii.

q Vibuſcunq; tabe laborantibus capilli a capite defluunt, his alui profluuio ſuperueniente moriuntur. .xiii.

q Vicunque ſpumoſum ſanguinem expuunt,His e pulmone eductio fit.

d E tranſmutatione nũc ipſi eſt ſermo quę fit ex angina ad pulmonem, quam ait plerũq; ante ſeptimum diem occidere,ęgro uidelicet ſtrangulato, ſi uero id tempus poſſint euadere fluctione in pus conuerſa ſuppurari. .xi.

e AS quę ſunt in pulmone ulceroſas diſpſitiones nunc tabes nominat,in quibus iubet odorem diligentius perpendi,id quod expuatur carbonibus iniiciẽdo.Sicuti autem prius in ulceribus ueſicę odorem dixit grauem ſentiri, ita et nunc tabidorum ſputum grauiter olere. Si uero et ex capite capilli defluant, ita affectis lętalem eſſe notam, quoniam et maximus aliminti defectus oſtenditur, atq; aliquando humorum corruptio. .xii.

d E his qui ex tabe iam morte uicini ſunt,nunc ſermo habetur, quos etiã male ſe habere oſtenderat in defluuio capillorũ.Alui aũt profluuio ſuꝑueniẽte, mortem appropinquare opinandũ,cũ hic caſus,et mala cauſa,et malũ ſignũ exiſtat.Fit.n.ex uirtũ ĩbecillitate,quę ꝑterea ex ipo caſu fiũt imbecilliores. .xiii.

e T pleraq; exẽplaria,et q̃plurimi huius libri expoſitores norunt aphoriſmũ in hęc uerba ſcriptũ.Quicũq; ſanguinem ſpumoſum euomunt,his e pulmõe eductio fit,et quidã ipſum exponẽtes aiũt uerbũ id multitudinẽ ſignificare, ac ppea a ꝓprio eẽ tranſlatũ,apte mẽtientes cõtra id qđ apparet.Sępe.n.uiſus ẽ ſanguis ſpumoſus abſq; multitudine fieri.Si igitur ita Hippo. ſcripſerit, ipm abuſum fuiſſe uocabulo dicemus.Neq;.n.ſanguis multus ex pulmone eductionem ſignificat, paucus uero ex alio loco.Si uero ſpuũt,aut expuũt ſcriptũ ſit,tũc ꝓprio uſum fuiſſe uocabulo,et oſtẽdere ſanguinẽ talẽ carnoſam pulmonis ſubſtantiã q̃ eſt ipſius uera ſubſtantia,affectã ulceribus eẽ,adeo ꝙ uere dicatur ſolius pulmõis ulcera indicari, non aũt uere ulcerato pulmone ex neceſſitate ſpumoſum expui. Sępius.n.uidimus qbuſdã ex alto cadẽtibus,et calcitratis,atq; in paleſtra ꝑcuſſis,ab illa maxime ictus ꝑte in qua cũpiã ad ſolũ ruenti alter ſup thoracẽ inciderit,ſanguinẽ plurimũ bene coloratũ expui ſine ullo dolore,qđ rõ dictat ex aliquo pulmõis uaſe ꝓdire. .xiiii.

Aulo antea dixerat. Tabidis cum pus graue olet, et capilli a capite defluũt,
p alui profluuio superueniẽte mortem subſecuturam. Hic uero ſimpliciter di
xit eſſe lętale alui profluuium in tabe, nulla facta neq; de pure, neq; de capil
lis mẽtione, tãq̃ illud ſolum ſufficiat mortem ſignificare, non tantum ita e proximo
neq; tam cito ſecuturã, ſicuti cum defluuium capillorum adiungitur. .xv.

Ddens ſuo ſermoni ruptionis uocabulum manifeſtum ſe fecit de illis loqui
a in quibus lateris in .xiiii.
flãmatione in ſuppu
rationem cõuerſa, deinde diſ
rupta in ſpatium thoracis,
atq; pulmõis intermedium
pus continetur. His.n.omni
bus, niſi ut plurimũ in qua
draginta diebus puris eua/
cuatio fiat per ſputitiões pur
gati, neceſſarium eſt pulmo/
nem exedi, pure ꝓceſſu tẽpo
ris putreſcẽte. Morbo igitur
laterali diem quartum deci
mũ terminum poſuit purga
tiõis. Supporatis autem qua
drageſimum. Dictum autem
eſt plenius de differentia, et
aliorum dierum iudicatorio
rum, et horum, i eo tractatu
qui inſcribitur de diebus iu
dicatoriis. Quare ſi quis uni
uerſam illam legerit contem
plationem, ea quę ab Hippo
crate de diebus iudicatoriis dicuntur, promptius aſſequetur. .xvi.

Tabe habito profluuium alui ſuper
a ueniens, lætale. .xv.

Vicunq; ex morbo laterali ſuppurã
q tur, ſi in quadraginta diebus pur/
gantur, a die a qua fit ruptio, liberã
tur. Si uero non, ad tabem tranſeunt, .xvi.

ALidum ubi quis ſæpius eo utatur
c hæc mala affert, carnium effoemina
tionem, neruorum incontinentiam,
mentis torporem, profluuia ſanguinis, animi
defectionem, hæc ad quæ mors. .xvii.

Rigidum autem conuulſiones, diſtẽ
f tiones, liuores, rigores febriles. xviii.

RIGIdum inimicum oſſibus, denti
f bus, neruis, cerebro, ſpinali medulæ.
Calidum uero utile.

E calidi, et frigidi uſu imodico, et modico dictũ eſt ſępius in libro de uſu hu
d midorũ. Dicta ſunt aũt, et hoc in loco aphoriſmorũ omnia fere capita, et pri
mũ hoc ipſum, ꝙ calidũ ſi quis eo ultra modũ utatur has facit paſſiones, car
nium effoeminationẽ, hoc eſt debilitatem. Dictum eſt.n.nomẽ per tranſlationẽ, quo
niam foemina debilior eſt maſculo, cui adſtipulatur hoc quod ſubiũgitur. Neruorũ
incontinentia. Hi.n.fiunt imbecilles eorũ ſubſtantia a calore diſſoluta, et mẽtis tor
por, mentis eſt imbecillitas, ita.ſ.ſubſtantia cerebri, ſicuti etiam neruorum diſſo/
luta. Eodem modo et calidi uſus imodicus facit ſanguinis profuſiões. Sequũtur aũt
ad ſanguinis profuſiões defectus animi, et ad hos mors, ſicuti et ad alia prius dicta,
ſed ad illa quidem tempore pluri, ad hęc quidem magis, ad hęc uero minus. Ad ſan
guinis uero profuſiones, et mentis defectus ſtatim. Scriptus eſt autem finis aphoriſ
mi uario modo in exemplaribus. Scripturę uero omnes dictam ſententiam oſten/
dunt. Eſt autem una hęc. His mors. Altera uero hęc, In qbus mors. Tertia hęc. Qui
bus mors Alia. Hęc ad mortem .xvii.

Mmodicum ſcilicet frigidum hęc facit, conuulſiones, et diſtentiones, et ner/
i uorum refrigerationem. Sicuti enim non oportet ipſorum ſubſtantiam ab
immodico calore diſſolui, ſic neq; ultra modum conuenientem refrigerari,
et in unum cogi, ac cohiberi, et quidem liuores ex refrigeratione fieri, et rigores fe
bres aduocantes. Melius autem fuiſſet ita dicere, Rigores facientes et conuulſiones,
et liuores, et febres. Plenius autem de his ſeorſum diximus in libro de caſuum cau
ſis. .xviii.

Vęcunq; partes ſunt natura frigidiores; ſunt autem in animalibus tales, quę
q cunque ſunt penitus exangues, citius ac magis ab imodico frigidi uſu offen
duntur. Hiſdem autem rationabiliter calidum conuenientius. .xix.

h Oc quod nunc dictum eſt haud quaq̃ euertit, illud theorema, Cõtrariorum cõtraria eſſe remedia, de quo plenius diximus in eo tractatu qui de arte curatiua inſcribitur, in quo oſtendimus, aliud eſſe theorema maxime neceſſarium, illa prius curari pręcipiens quę magis urgent, hoc eſt quę maius periculum afferunt, ſicuti et nunc profluuium ſanguinis. Ad hoc igitur prius obſiſtendũ eſt, deinde quod paſſum eſt ad bonã temperiem eſt reuocandum.

.xix.

q Vӕcunque refrigerata ſunt excalefacere oportet, exceptis his q̃bus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt. .xx.

u Lceribus, frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulſiones, diſtentiones. .xxi.

e ST autem ubi in diſtentione ſine ulceratione, iuuene bene carnoſo, æſtate media, frigidæ aquæ multa perfuſio calorẽ reuocat. Calor aũt hæc ſoluit. xxii.

c Alidum ſuppuratorium non in omni ulcere, magnum ad ſecuritatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem ſedat, rigores, couulſiones, et diſtentiones mitigat, et ex his quæ ad caput attinent, eius

.xx.

f I ꝓprio utamur uocabulo, calidum, mordax eſt. Senſuſ autem ſimilitudine, et frigida aqua uocatur mordax, non cum in cutem ſimpliciter icidit, ſed ulceratam, nã quod mordax futurum ſit, eius quod morderi debeat ſubſtãtiam oportet puadere, quod in cute ſecundum naturam ſe habente frigida aqua non poteſt efficere, quoniam dẽſior eſt q̃ pro eius ſubſtantia cutis. In ulceratis autẽ, ut quę rariora ſunt peruadere poteſt per eorum ſubſtãtiam in profunda ſubintrãs. Dictum autem eſt plenius de natura mordaciũ in libris de potentia ſimplicium medicinarum. Vlceratis igitur frigidum ẽ mordax, integris autẽ neq; mordax, et cutem facit duriorem, eiuſ denſando ſubſtantiam. Et quidem dolorem efficit inſuppurabilem, natiuum reſfrigerando calorem qui ulcera ad ſuppurationem perducit, et ea difflari prohibet quę dolorem efficiunt. Quę autem ſequuntur, et prius dicta ſunt ab ipſo, et liuores, et rigores febriles, et cõuulſiones, et diſtentiões. .xxi.

q Vę raro iuuent frigidum, ac calidum, poſt ea quę ante dixit Hippocrates deinceps proſequitur, et primum quidem de frigido inquit, ſicuti in diſtentione. Liquet autem ꝙ et in omni alia conuulſione in medio ęſtatis tempore cũ bene carnoſus fuerit ęger, ac iuuenis frigidę aquę perfuſio calorem reuocans naturalem, paſſionem ſanet. Vnde et illud fit manifeſtum ꝙ non ſua ui frigida aqua morbũ tunc ſanat, ſed ex accidenti, quoniam iuuenibus bene carnoſis reuocationem caloris facit. In alia igitur ętate nil proderit quoniam neq; reuocationem efficit, quãdo neq; in hac ullo anni tempore, pręterq̃ ęſtate media. Nam aquę frigidę occurſus, aut uincit natiuũ calorem, aut colligit. Vincit quidem cũ debilis fuerit. Colligit aũt cum fortis, ipſum difflari prohibens. Excipit autem eas quę ſunt cũ ulcere conuulſiones, ut quę nũq̃ ab aqua frigida ſanari queant, neq; ſi ęger iuuenis, et natura calidus fuerit, et ęſtiuo anni tẽpore, ac regione calida, quoniam (ut et ipſe antea dixit) Vlceribus frigidum mordax dolorem inſuppurabilem facit. His igitur qui in ulceratione cõuellũtur ob neruoſorũ corporũ inflãmationẽ, contrariũ uehemẽter eſt frigidũ, ut qđ neq; ulcus ſedet, neq; corporũ neruoſorũ diſſoluat inflãmationẽ. .xxii.

f Icuti frigidum conuulſiones, et diſtentiones facere natura aptum, tamen ſanat aliquando, raro diſtentionem, ſic et calidum quantum ex ſui natura ad ſuppurandum efficax, eſt aliquando prohibens ſuppurationem, ſiquidem ulcera putrida, et ſimpliciter omnia quę fluctiones habent, adeo non ſuppurat calidum, ꝙ his etiam plurimum nocet, et hęc ambo in unum coniunguntur, et nocere ulceribus, et minime ſuppurare, ſicuti contra prodeſſe, ac ſuppurare maximũ eſt ulce

ri ſignum,ad ſecuritatem,et pus,et medicamen quod habet id faciendi facultatem, Nihil enim male poteſt aduenire ulceri pus generanti.Quę igitur conuulſionem af ferunt,non ſuppurantur omnino.Similiter autem et quęcunque ulcera ſunt putre dini obnoxia,et quę partes circunſtantes exeſas habent, et quę difficulter ad cica tricem perducuntur uniuerſa minime ſuppurantur , et quęcunque ex malis ulceri bus proprijs nominibus inſigniuntur,ueluti quę Canceroſa,Chironia, Telephia,et Phagedenica.i.carnē comedētia nominantur,hęc oia ulcera non ſuppurantur.Maximum igitur ſignū ulceri ad ſecuritatem eſt pus , et hoc potes cōijcere,ex calidi uſu. In quibus enim non cōgruit uidebis hęc a calido iſuppurabilia perdurare.Deinceps autem calidi opera quę frequenter apparent enumerat . Et enim cutem induratam mollit,et craſſatam extenuat,et dolorem ſedat,et conuulſiones,ac diſtentiones mitigat,non ſicuti frigidum dolorem inſuppurabilem efficit,quoniam eſt a natura noſtra alienum,quę eſt calor natiuus,quem coauget,ubi mediocriter adhęreſcit . Calor uero extrinſecus facit hęc omnia quę dicta ſunt,nonnulla concoquens,et ad melius alterans, quędam uero diſcutiendo,atque euacuando,noxia ad ſanitatem perducit.ꝙ ſi non ex toto ſanat,ſaltem,dolores mitigat.In capitis uero diſpoſitionibus, et facit hęc eadem, et eas quę καρηβαρίαι , ideſt capitis grauitates nominantur,ſanat conquoquens, atque diſſoluens quęcunque moleſtant,et quidem fracturis oſſium utiliſſimum eſt,et magis nudis,hoc eſt carne exutis.Adhuc autem magis his quę in capite fiunt,nam talia frigidum maxime offendit , ut quod non oſſibus tantum, ſed ipſi quoque cerebro ſit inimicum,et quidem quęcunque partes ex algore emortuę ſunt, his calidum remedio eſt,ſic quęcunque frigidum exulcerat,ſicuti hiberno tempore calcanea, et digitos,et extrema omnia,et horum remedium eſt calidum,et ſanat etiam ſerpentia, comeſa, q̄uis ab humore bilioſo calido fiant, nam propter exulcerationem frigidum eſt ipſis inimicum,ut quod eis mordax exiſtat.Sic et omnibus quę ſunt in ſede diſpoſitionibus,amicum quidem eſt calidum,cōtrarium uero frigidum,quoniam neruoſa ſedes eſt.Frigidum uero ē neruis inimicum,et quoniam per cōmunicationem frigiditas facile ex ſede ad uentriculum aſcendit, et eodem modo caliditas . Sic et utero,et ueſicę, calidum quidem amicum, et iudicans. Inimicum uero et occidens frigidum,nam et hę pariter neruoſę ſunt,et ſupraiacentibus partibus facile tradūt frigiditatem.Quod autem in omnibus quę in aphoriſmo dicuntur communiter pronunciauit,his calidum eſſe amicum, et iudicans, frigidum uero inimicum,et occidens,liquet et ſi a me non dicatur. .xxiii.

ſoluit grauitatem, plurimum autem confert oſſium fracturis,ſed nudis præcipue ,eorumq; maxime qui in capite ulcera habent, et quæcunque a frigore moriuntur, uel ulcerantur, et repentibus comeſis,ſedi,pudendis,utero,ueſicæ,his calidum amicum, et iudicans,frigidum inimicum,et perimens. .xxiii.

i N His frigido utendum unde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, nō ad ipſa, ſed circa ipſa unde fluit, et quæcunq;

e As quas facit frigidum utilitates,ac mala, hoc trāſigit aphoriſmo. Primum in quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt,inquiens conferre ipſum,non ipſis partibus manantibus ſanguine ad motum. Vlceribus enim frigidum mordax, ſed circunſtantibus, et illis pręcipue unde aliquid ad ulcera profluit.Et quidem ait omnes iuuare inflammationes,et quę ipſe inflāmina nominat, ueluti ab aliqua deuſta flamma propter humorum a quibus fiunt caliditatem.Nam et hęc frigido gaudent.Videntur autem hęc omnia intuenti colore rubra, et ſubcruenta, recenti ſcilicet, et non antiquo ſuffuſa ſanguine. Nam ſanguis antiquus floridum non habet colorem . Quare frigido admoto liuere, et nigras fieri contingit partes patientes. Eodem modo et eryſipelas non exulceratum iuuatur a frigido ſicuti ulcera

ro mordax eſt frigidum,et dolorem affert,et hac ratione nocet,cum partes dolentes ſemper ad ſe ipſas moueant fluctiones. xxiiii.

h Actenus de aqua calida, et frigida ſermonem habuit, nunc autem de niue, et glacie diſerit, illud oſtendens, ꝙ tanto magis hę nocere poſſunt, quanto ſunt aqua frigida frigidiores,et ꝙ thoracis partibus ſũt inimiciſſimę, cum et tuſſes moueant, et uaſis diſruptis ſanguinem ſępius manare faciant,et ex capite deſtillationibus thoracem offendant,atq; pulmonem. Nã has quoque nix facit,et glacies cerebrum refrigerantes. .xxv.

inflammationes, uel inflammina ad rubrum, et ſubcruentum ſanguine recenti tendunt, nam ueteribus nigredinem affert. Eriſypelas etiam non ulceratum iuuat, nam exulceratum lædit. .xxiiii.

f Rigida qualis nix,et glacies pectori inimica, tuſſes mouent, et ſanguinem,et deſtillationes. .xxv.

t Vmores articulorum, atque dolores abſque ulcere, et podagricos quoq;, atque conuulſa,horum plurima frigida aqua large effuſa leuat, et extenuat, ſoluitque dolorem, nam modicus torpor dolorem ſoluit. .xxvi.

a Qua quæ cito calet,et cito refrigeratur leuiſſima eſt. .xxvii.

VI q Noctu bibere appetunt, his admodum ſitientibus ſi ſuperdormierint,bonum.

q Vod quidem aqua frigida horum plurima iuuet,oſtẽdit.Sed quę nam unq̃ hęc ſint,dicere prętermiſit, ſicuti ex illis quę antea tetigit non eſt admodum difficile inuenire. Quęcunque enim inflãmationes, uel inflammina ad rubrum, et ſubcruentum recenti ſanguine tendunt, a frigida ait aqua ſanari, quę influxum ſcilicet cohibet, et hac ratione corpora euacuat, quapropter,et dolorem in talibus ſoluit, quia et eius cauſam abſcidit, et refrigeratio etiam partium longius affert torporem mediocrem,qui et ipſe dolorem ſoluit ſenſum hebetando. .xxvi.

n ON pondere talem eſſe leuiſſimam dicendum eſt. Sic enim nihil magnum edoceret,prętet id ꝙ per quendam circuitum illud inuenit quod facile erat ſtatim inuenire.Nam ſi pondere leuiorem aquam dignoſcere quęrit promptum ad proprium eorum quę ponderantur iudicium perducere eius rei per lancem,ac pondus facientes inquiſitionem . Sed nunc leuiorem dixit aquam quę uentrem non grauat, et quę cito permeat, ſicuti iſti contrariam,grauem uocamus quę cito non permeat . Liquet autem ꝙ non ſolum hoc iudicium exiſtit uirtutis aquę, ſed ꝙ cum alia in propatulo ſint,et ab omnibus nota,hoc uero aliquid habeat artificioſum,ſic ad id prodendum ſcripto Hippocrates uenerit . Sed quę nam ſunt alia ? Primum quidem,ſi neq; turbida,neq; coenoſa,neq; in guſtu aliquam abſurdam qualitatem pręſefert,deinde et illud quod nũc Hippocrates dixit, ſi cito refrigeratur, et calet,nam perſpicuum exiſtit talem eſſe bene alterabilem.Sicuti autem cibi uirtus eſt eſſe bene alterabilem, ita et aquę,ſiquidem facile tranſmutari uolumus quicquid concoqui debeat ab inſtrumentis quibus eſt coctionis munus a natura demandatum.Quicunque uero ſola potantium diſpoſitione optimam aquam iudicant,certiſſimo quidem utuntur iudicio uerum ſi hoc tantum aſſũpſerint non recte faciunt. Prius enim oportet de aqua ex dictis ſignis iudicare, anteq̃ ad talem ueniant experientiam. .xxvii.

n Eque ſi dandus, neque ſi minime dandus ſit potus,his qui noctu admodum ſitiunt,quicq̃ oſtendit, ſed hoc tantum ꝙ ſuperdormire confert. Coquitur enim per ſomnum,ut liquet, et ſubdeſcendet id quod efficit ſitim, non ta

men illud eſt in obſcuro, ꝙ ualde ſitientibus potus eſt dandus , ſiue ex potatione ui ni meratioris,ſiue ex defectu potus ſitis aduenerit ,nam et defectui ſuccurrere con fert,et illam quę facta ex uino caliditatem aqua reſtinguere,theorema eſt medicina le.Si tamen modice ſitierint, non omnino eis dandus eſt potus, ſed conſiderandum nūquid ex defectu humidi tale quid patiantur, ſiue ex nimia uini potatione,contin git enim his ex ſomno iuuari. xxviii.

.xxviii.

ſ VFfitus aromatum muliebria ducit, ſæpius uero et ad alia utilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem. .xxix.

g RAuidas purgare turgente mate/ria a quarto menſe uſque ad ſepti/mum,minus uero has . Recentiores autem,et ſeniores uereri oportet. .xxx.

m VLierem utero gerentem capi ab ali quo morbo acuto,lætale eſt. .xxxi.

m VLier utero gerens ſanguine miſ/

Vliebria dicit,ut liq̄t,
m ea quę ex utero mulie ribus euacuantur in menſtruis purgationibus,et a partu. Clarum etiam illud eſt,ꝙ et hoc in loco,illas quę uel propter uteri inflamma tionem, uel euerſionem, aut talem aliam cauſam non pur gantur , non recte curabi/ mus,uel eam curanteſ paſſio nem, cuius eſt caſus ſuppreſ ſio menſtruorum. Q uę uero ſine hac paſſiōe parcius pur gantur,his quę nunc ab ipſo docenter ſuffitibus curat.In his enim uel ſanguinis craſ/ ſitudo cauſa eſt retentionis, uel obſtructio uaſorum quę pertingunt ad uterum,uel horum obſerratio,uel totius ſubſtantię denſatio. Q uodcunque uero dictorum in cauſa fuerit ex aromatibus ſuf fitus ſanat diſpoſitionem,qui ſua ui aperit quidem uaſorum extrema obſerrata, Ex tenuat autem humorum craſſitudinem , obſtructiones uero incidendo exobſtruit. Multoties uero, et ad alia , inquit, utilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem, nam totum corpus poterat continuo ſuffiri per uterum in omnibus frigidis,atque humi dis diſpoſitionibus, niſi timeremus illam quę fit ex ſuffitu capitis grauitatem, pręſertim in febribus. Qđ uero omnia aromata natura apta ſunt facere capitis graui tatem,et experientia oſtendit,et ratio docet.Q uęcunque enim ſatis calefaciunt,om nia fere capitis grauitatis ſunt cauſa, utpote ſui natura calido ad ſuperiora peten te. Calida autem eſt ſufficiēter omniū aromatum natura,et pręcipue Caſſię,Coſti, et Cinamomi,et Amomi. .xxix.

Ic aphoriſmus dictus eſt, et antea ubi de purgatione ſermo habebatur . Sed
h et hic ubi de muliebribus agitur , in q̄pluribus exemplaribus inuenitur. Q uidam uero eximunt ipſum,ne bis ſcriptus inueniatur.Noua autem expo ſitione non indiget pręter illam quam retro ſcripſimus. .xxx.

ON abſque ratiōe,ſiue enim ſit cum febre morbus neceſſe eſt ipſum febres
n habere continuas . Talis enim eſt morbus acutus , et in hoc duplex pericu lum.Vnum quidem propter febrem ipſam foetum occidentem, alterum ue ro ꝙ ex longo interuallo cibum dantes ex alimenti defectu foetum deſtruemus. Si uero ut ſeruemus hunc,non uerebimur crebro cibū exhibere,febres continuas uic tu intempeſtiuo augentes mulierem grauidam occidemus.Sic et ſi abſque febre ali quis alius morbus acutus fiat , ueluti morbus comitialis, morbus attonitus,quem gręci apoplexiā uocant,conuulſio,diſtentio,propter magnitudinem morbi, et acu/ tiem,impoſſibile eſt laborantem euadere. xxxi.

X defectu alimenti foetus deſtruitur,non modo miſſo ſanguine ex uena, ſed
e etiam ex longiori inedia. Oſtēdemus autem et hoc ipſum paulo poſt, et per alios aphoriſmos.Non abſque ratione autem et maior foetus magis deſtrui

tur miſſo ſanguine ex uena mulieris,quia plurimo indiget alimento. .xxxii.

n ON abſque ratione.Erit enim retractio ſimul,atque euacuatio ſanguinis ad ſuperiora tendentis. Hoc quidem igitur et experientia comprobat utiliter fieri. Nos uero ex ipſa permoti naturę opera, quę bene geruntur,imitabimur, et mulieres hac paſſione laborantes miſſo ſanguine ex uena euacuabimus. .xxxiii.

ſo ex uena abortit, et magis ſi foetus ſit maior, .xxxii.

m VLIeri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus ſolutio. xxxiii,

m ENStruis deficientibus ſanguis ex naribus fluens bonum, .xxxiiii.

m VLieri in utero gerenti ſi aluus plurimum profluat,periculum eſt ne abortiat. .xxxv.

m VLIeri quæ uterinis moleſtatur,aut difficulter parit,ſuperueniens ſternutatio,bonum.

q Vod quidem ſit neceſſarium eũ qui ſingulis menſibus bene euacuatur ſanguiné,quando ob aliquam diſpoſitiõem fuerit retentus mulierem lędere, et ꝙ per aliam partem euacuatus omnem corporis tollet lęſionem, unicuiq; eſt manifeſtum. Cum uero multa ſint loca per quę poteſt euacuari, omnibus aliis, aut maius,aut minus ineſt detrimentum,ſola quę fit per nares euacuatio inoxia eſt, quá nunc laudat Hippocrates,nõ tamen ſi aliqua etiam alia euacuatio ſine noxa eſt,propterea aphoriſmus eſt falſus. Neque enim qđ ſola per nares euacuatio deficientibus menſtruis bona ſit,dixit,ſed hanc ſimpliciter laudauit non adiuncto,ꝙ ſola. Et ſi igitur alteram quę fit per ſedem dixerit ita affectis mulieribus utilem eſſe, hoc non aduerſatur aphoriſmo.Videtur enim aliquando Hippocrates per unum exemplum de omnibus aliis ſimilibus pronuntiare. .xxxiiii.

r Atione euacuationis et nunc Hippocrates inquit periculum abortus eſſe, quem admodũ,et antea in miſſione ſanguinis ex uena oſtendebamus. xxxv,

u NVM in aphoriſmo uerbum habet obſcuritatem, uterinis,ſcilicet,nonnulli enim per id accipiunt omnes quę utero adueniunt diſpoſitiones, nonnulli uero illas tantum in quibus paſſio contingit,quam uocant uterinam ſtrangulationem,quę tamen non eſt uere ſtrangulatio,ſed defectus anhellitus. Alii locos, ſiue ſecundas intelligunt, nam et has uteros nominant. Verum hi aperte aberrant, quãuis maxime uerum dicere uideantur, quoniam ſecundę contentę in utero ex ſternutatione diſrumpuntur. Alius enim de his aphoriſmus eſt ab ipſo perſcriptus,et plurimum refert,an uterum dixeris,an uterina. Falſum quidem eſt de omnibus uteri paſſionibus dictum eſſe ab ipſo ſermonem. Neque enim exulcerationes, neque inflammationes,neque eryſipelata,ſicuti neque abſceſſus ſternutatio iuuat. Verum autem ꝙ in uterinis ſtrangulationibus ſuperueniente ſternutatione patiens aliquantulum leuatur, non ſolum quia bonum eſt ſignum ſternutatio ſponte adueniens his quę ita ſe habẽt mulieribus, ſed quoniam et cauſa,ut quę ſit huius paſſionis remedium.Signum itaque bonum exiſtit quia naturam oſtendit et propriarum meminiſſe motionum,quę prius erat emortua excitari, ac reuiuiſcere,quando aliquam eicit ſuperfluitatem.Oſtenſum eſt enim in libro de cauſis accidentium ſternutationem fieri hoc modo.Cauſa autem ob quam iuuat,et quia uehementiore concuſſu, atque feruore, partim quidem naturam excitat, partim uero excernit quę partibus corporis firmiter infixa adhęrẽt.Sic.n.et ſingultũ ſolet ſanare. .xxxvi.

N multis exemplaribus ſcripturã ita ſe habentem poſſumus inuenire . Mu-
i lieri menſes tardi,nec per idem ſemper tempus uenientes. Poſſunt quidem et menſes tardi, hoc eſt qui poſt conſuetum ueniunt circuitum, purgatione indigere humoris pituitoſi,ob quem et decolores fiunt.Non tamẽ et hac ſola neceſſario, nam et per extenuantem aliquando uictum tales diſpoſitiones ſanabimus. Sępius autem ſcriptum a nobis eſt de hoc uictu,unus liber, ſeorſum, et ſuffitus aromatum,et qui eandem iſti uim habent peſſi adhibiti,et epotę medicinę quę incidunt,et humorum craſſitudinem extenuant , quale eſt quod ex Calamento fit,quo nos aſſidue utimur , ſępius ciere ſolent tardantes menſium purgationes . Nam intentio ſanatiõis in ipſis eſt,ora quidem adaperire uaſorum quę pertingunt ad uterum , ſanguinem uero extenuare. Et quidem purgatio totius corporis,ut dixi quando craſſi euacuantur humores,tales ſanat diſpoſitiones . Si uero decolores ſcriptum ſit, multo magis purgatio ſanabit, ita ſe habentes mulieres . Neq; enim propter humorem pituitoſum tantummodo , ſed et propter melancholicum, et bilioſum, menſes fiunt decolores . Quomodo igitur dignoſcere oporteat humorem ſuperabundantem, ipſe in primo de muliebribus docuit,nunc autem ꝙ per purgationem euacuandum ſit,ipſe monſtrauit.Verba autem illa . Nec p idẽ ſemp tẽpus uenientes,huic ſcripturę magis cõſonant,ut totus ſermo ſit talis. Si menſes decolores fiant,et non per idem tempus ueniant, quo antea uenire conſueuerant,mulier purgatione indiget.Contingit enim in mulieribus quę malos humores habent,non modo decolores apparere menſtruas purgationes, ſed etiã tempus periodi nõ ſeruari,ſi quidem craſſiores fuerint humores,et difficilius fluentes his qui ſecundum naturam ſe habent morando , et longius tempus expectando.Si uero contrarii,hoc eſt humidiores , ac tenuiores conſuetum terminum anticipando.

.xxxvi.

m Vlieri mẽſes decolores, nec per idem ſemper tempus uenientes,purgationem indicant eſſe neceſſariã. .xxxvii.

m Vlieri utero gerenti ſi mammæ graciles repente fiant,abortit. .xxviii.

m Vlieri utero gerenti ſi altera mamma gracilis fiat,geminos habenti, alterum abortit, et ſi quidem mamma dextra gracilis fiat,marem,ſi uero ſiniſtra,foeminam.

.xxxvii.

IC pariter aphoriſmus ex illorum numero eſt, quos diximus defectum ali-
h menti foetui ſignificare . Communes enim quędam uenę ſunt mammis, ac uteris quę ubi parum habuerint ſanguinis,graciles quidem mammas oſtendunt, inedia uero nonnunꝗ foetum perimunt,nonnunꝗ uero ad excretionem excitant , illam ob cauſam quam ipſe in libro de natura foetus per hęc uerba explicat. Alimentum, atque auctio a matre ueniens, non adhuc eſt infanti ſufficiens, quando decem menſes pręterierint,et foetus auctus fuerit.Trahit enim a ſanguine ad ſe id quod dulciſſimum.Simul autem et lactis parte aliqua fruitur. Vbi uero hęc illi rariora fuerint, et iam infans molem corporis habet,plus cibi requirens, ꝗ illud quod adeſt,calcitrat,et membranas diſrumpit,initium partus matri affert. Liquet igitur,ꝙ et ante decem menſes foetus ẽ indigens alimento,et calcitrans,et membranas diſrumpens .

.xxxviii.

Vod ſupraſcriptus aphoriſmus de ambabus mammis dicebat, hoc in altera
q iſte dicit, propter illam quam diximus de uenis cõmunibus cauſam,eo qui e directo eſt mammę factę gracilioris foetu aborſum patiente . Qđ autem exiſtentibus geminis, altero mare, altero foemina,ſi dextra quidem mamma gracilis fiat ſolus mas, ſi uero ſiniſtra foemina ſola corrumpitur , ex illa ipſius pendet opinione, qua mares quidem in dextris, foeminas uero in ſiniſtris magis concipi opinatur.

.xxxix.

r Atio qdem longior exiſtit,et oportet illum qui eam exquiſite aſſeq debeat e ercitatũ eſſe in libris de potẽtiis naturalibus . Tãtũ tamẽ de his nũc a nobis dicetur,quantũ breuiſſime dictũ poſſit ad pſentia cõferre. Hoc quidem cõmune eſt omnibus animalis partibus quę aptę ſunt humores aliquos utiles generare,aut partibus aliis,aut ad generis propagotionem,aut ad conceptus nutritionẽ, eſſe humorem illũ quãdã ueluti ſupfluitatem partis ipm generantis.Non.n.quia norit ad quid utilis erit humor animali,ipius facit pars generationem, niſi debeat talem habere intellectum,qualem habere oportere arbitrantur ciuitatũ gubernatores, ſed animalis quidẽ opifex illum habet intellectum. Ipſa aũt pars ut oſtenſum ẽ, potentiis regitur naturalibus,tum aliiſ quibuſdam,tũ alteratiua per quã aſſimilat alimentum ſibi ipſi. Quantum igitur alimenti ab ipſa alterati fuerit nutrito corpori exquiſite aſſimilatũ illi appõitur parti,ac nutrit eã, et hoc eſt quod ipſe ait. Alimentum autem quod alit. alimentum etiam quod eſt ueluti alimentum,et quod debet alere, ſuperfluũ uero derelictum , ſimilis quidem naturę partis humor exiſtit.In oſſibus quidem id quod in eius cauernis continetur,i hepate uero ſanguis,ex hoc genere eſt,et ſpumeus humor qui in carne pulmonis cõtinetur,et qui in articulorũ compagibus glutinoſus humor, et id quod in teſtibus, et in uocatis aſſidentibus ſemen,et qui in lingua cui nomen ſaliua.Sũt aũt et quidã in mãmis adenes uim habentes id quod ad eos influant alterandi.Cum ergo hi ſint exangues et albi proprium efficiunt humorem,talem quãlis eſt lac,quando plus alimenti defertur ad ipſos.Plus uero defertur octauo,et nono menſe conceptionis quãdo abundanter opplerę ſunt cõmunes uenę mãmarum,et uteri, ſicuti in animalium pręgnantium refectionibus maniſeſte conſpicitur. Fit autem et tale raro quandoq cum mulier grauida non eſt,quando ad ſimilem puenerint uenę repletionẽ, ex menſtruorũ retẽtione,cuius nunc diſpoſitionis Hippo.meminit, .xl.

.xxxix.

ſ I MVLier quæ neque grauida eſt, neque peperit,lac habet, huic menſtrua defecerunt . ,xl.

q Vibuſcũq; mulieribus ad mãmas ſanguis colligitur,furorẽ ſignificat. .xl.

ſ I uelis noſcere an conceperit mulier, cum dormitura eſt ei aquã mulſam potãdam da, et ſi alui tormina patietur concepit, ſi minus non concepit.

q Vod quidem ſanguis ad mammas feratur, deinde ab adenibus qui inibi ſũt in lac tranſmutetur,in ſtatim antea ſcripto dictum eſt aphoriſmo.Nunc aũt quando in tranſmutabilis manſerit hic qui ad eos ſanguis peruenerit,furorem ait Hippocrates ſignificari. Ego quidem nunq̃ hoc accidiſſe uidi, et ſi quando eueniat.ex his eſt,quę raro eueniunt. Hippocrates uero, ut qui uiderit ſcribit,et ſi uerum ſit talem ipſius oportet cauſam exiſtimare.Adenum natura,et illorum pręſertim qui in mammis ſunt exanguis eſt.et liquet,q frigida. (Omne enim exangue frigidum) et quidem eius qui defertur ad ipſos facit ſanguinis alterationem ad frigidius declinantem.Quanto enim adenes hi ſunt hepatis carnę frigidiores,tãto lac ſanguine.Cum igitur plurimus aliquando ſanguis feruens per totum labitur corpus,et caput pręcipue petit,in furorem uertentur, quoniam ſanguis talis occupat caput.Qui uero ad mammas defertur ad contrariam naturam alterari nõ poterit, ita ut lac fiat tum propter habitum talem,tum propter exuperantiam. .xli.

r Ormina fiunt quidem,et propter mordacitatem. Fiũt autem et propter ſpiritum flatuoſum,qui facilem non habet exitum,quę etiã tormina fieri nunc eſt arbitrandum in mulieribus quę cõceperunt propter eam quę fit ex utero anguſtationem . Dat aũt aquã mulſam mulieri dormiturę crudã uidelicet, quoniam qualitas flatuoſa ſi noſcere uolumus eſt neceſſaria , uolens et quieſcere ſimul,et plenam eſſe cibis mulierem . Hęc enim ambo conferent ad torminum generationem . .xlii .

T ad ſe ipſam muliere collata uidelicet,non autem ad alteram,dictum eſt ab
u Hippocrate indicium quod ex bono colore,ac malo ſumitur, nam quę foe/minam concepit minus ſe ipſa colorata apparet,quoniam frigidior eſt foe/mina mare,nūq̃ uero talem cōcepiſſet,niſi uiri ſemen,uel uterus mulieris frigidior eo tempore fuiſſet in quo concepit.Q uare quod dicitur, ex eorum numero eſt quę ſępius eueniunt.Contingit.n.ita omnia recte agere mulierem poſt tempus conceptionis, ꝙ bene colorata fiet. .xlii.

VLier ſi marem concepit,bene colorata eſt, ſi uero foeminam, male colorata. .xlii.
m

I mulieris grauidæ, in utero ſit ery/ſipelas,læthale. .xliiii.
ſ

Væcunque præter naturam tenues exiſtentes utero gerunt, abortiunt priuſq̃ craſſeſcant. .xlv.
q

Væcunque mediocriter corpora habentes abortiunt,ſecundo,aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta, his acetabula uteri plena muccoris ſunt, et non poſſunt ex pondere foetum continere,ſed diſrumpuntur. .xlvi.
q

Væcunque præter naturam craſſæ,
q

Liquet autem ꝙ et alia ſigna ſunt maren eſſe conceptum, ſicuti ipſius conceptus plurimę,ac ualidę motiones, quę neq; ipſę ſigna ꝑpetua ſunt. Contingit.n.aliquando,licet ſit rarum, ꝙ concepta foemina ſit mare robuſtior,et multis,ac ualidis motibus mo/ueatur, et aliquando mas ſit debilior foemina,ac paucioribus,debilioribusq; moti/bus cieatur. .xliii.

N ſolum eryſipelas
a in utero mulieriſ grauidę conſtitutum putant eſſe lętale,uel illam etiā quę ꝓprio nomine dicitur inflāmationem.Q uod.n.facto in utero eryſipelate foe/tus morietur ex neceſſitate, manifeſtum,ſi quidem et febres acutę,aliquādo ſine inflāmatiōe ipm interficiūt.Si uero et utero inflāmationē patiēte,pōt aliq̃do foetus uiuere,dignū inq̃ſitiōe. xliiii.

Ecundum tres modos audierunt expoſitores libri huius pręſentis aphoriſ
ſ mi intellectum. Q uidam enim omnino arbitrantur ipſas abortire, quidam uero niſi craſſeſcant,et reficiantur,ſed maneant abſq; refectione, ac tenues, quidam uero cum reficiuntur,tunc maxime eas exiſtimāt abortire, quod minus ſit q̃ prius dicta ueriſimile.Verum tamen ita expoſuit Numeſianus, dictum inquiens eſſe aphoriſmum,in his quę pręter naturā ſunt extenuatę,et quas prius refici oporteat.Sed cum concipere anticipent non refici,ut ait abſq; ꝙ ſanguis ad cōceptus alimentum deputatus ad eius quę concepit nutritionem recipiatur,quare nō abſq; ratione foetus ſufficiēti indigens alimento corrūpitur.Sed et uerba illa Pręter naturam tenues,quidam ita acceperūt,ſicuti Numeſianus.Vt pręter ſui ipſius naturam grauida mulier ſit extenuata. Q uidam uero magnum exceſſum uolunt ſignificari, uolēte Hippo. nobis inſinuare,non ꝙ mediocriter extenuatę id ex neceſſitate patiātur,ſed quę ualde ſunt extenuatę.Vtraq; aūt expoſitio nō caret ratione. xlv.

Ine manifeſta occaſione ait febre uehemente,et alui fluxu, uel profluuio ſan
ſ guinis,uel eryſipelate in ipſo utero conſtituto,uel ſaltu grauidę mulieris uehemētiore,uel clamore,uel ira,uel timore,uel uictu parciore,uel tali aliquo actu,ſeu paſſiōe.Fit.n.ueriſimile in his eſſe plena muccore ora uaſorū uenientiū ad uterū, ex q̃bus ſecūdę pēdēt quę ora acetabula noiauit,nō ſicuti q̃dā arbitrātur adnatas ipis carnes adenoſas.Nā uti ipſe inq̃t i primo lib.de paſſiōibus muliebribus. Si acetabula plena fuerit pituita mēſtrua fiūt pauciora, et Praxagoras in primo de naturalibus.Acetabula aūt ſūt ora uenarū,et arteriarū,q̃ ferūt ad uterū. .xlvi.

Erba.pręter naturam,dupliciter etiam audiunt hoc loco quidam,exceſſum
u ſignificari arbitrantes, quidam pręter ipſius mulieris grauidę naturam. Verior autem prior acceptio . Nam ab omenti pinguedine comprimitur,

atque anguſtatur uteri os his quę ſupramodum craſſę ſunt. Dicit autem nunc os, illud ſcilicet quod intus eſt, ubi uterus deſinit, Collum uero incipit quod magis proprie os uteri diceretur. Nam altera colli extremitas quę mulieris pudendis coniungitur, nó uteri, ſed ipſius colli os haud ſine ratione diceretur. .xlvii.

c Vm neceſſariũ eſt fieri p linea fila curationé, linamétũ noiauit. Q d' auté uterus ſuppuratus, et pſertim ad exteriora (ná hoc nũc uidetur dicere) curatiõe

.xlvi.

non concipiunt utero, his omentum os uteri comprimit, et priusq̃ extenuentur non concipiunt. .xlvii.

ſ I uterus in coxam uergens ſuppuratur, neceſſe eſt linamentũ fieri. xlviii.

f Oetus, mares quidem in dextris, foeminæ uero in ſiniſtris magis. .xlix.

u T SECunda procidat, ſternutatorio appoſito, et nares appræhendito, et os. .l.

m Vlieri ſi uelis menſtrua cohibere, cucurbitulam q̃ maximam ad mãmas appone. .li.

q Væ utero gerunt, his uteri os comprimitur. .lii.

m Vlieri utero gerenti, ſi lac multum e mammis effluat, foetum imbecillem ſignificat, ſi uero mammæ ſolidæ fuerint, foetum ſignificant ſaniorem.

tali ex neceſſitate indigebit, nó eſt obſcurũ. .xlviii.

q Vod pp temparaturam quę ſtatim ab initio calidior exiſtit, foetus maſculus generatur, in cõmétariis de ſemine é demóſtratũ. Calidior uero téperatura foetibus aduenit nó minime ob locũ q é dextra uteri ps, hic aũt ipſe calidior exiſtit, pp hepatis uicinitaté. Conferet aũt aliqd ad cóceptus caliditaté et muliebre ſemen, profuſum quidem ex ppriis teſticulis per utrũque cornículum, ps una i dextrũ uteri ſinũ, ps altera i ſiniſtrũ, diſſimiles ambę, ut et hoc ipſum oſtédimus. Si qdé feroſior é, atq; frigidior quę in ſiniſtro teſticulo continetur, et iuxta hoc cóceptus in leua pte uteri cóſtitutus nó abſq; róe eét frigidior. Dictũ aũt eſt de oĩbus talibus ſufficiéter i. V. libro ſectióis. Hippo. .xlix.

n Oñ cũ accétu circũflexo ultimã ſyllabam uerbi grçci, ὑϛερῶν, legere oportet, ut ſignificet uterum, ſed cum graui, ut ſecunda intelligatur. Neq; enim uult uteros ipſos excidere tentione facta cum medicinis ſternutare facientibus, ſed ea quę loci uocantur, atque ſecundę. .l.

ſ Icuti méſtruorũ q̃ aut nullo mó, aut pte fluũt docuit Hippo. curatióem, ita et nũc illorũ q̃ ultra modũ euacuãtur, iubens nos cucurbitulã q̃maximã ad mãmas appóere. Melius aũt nó ad ipſas mãmas, ſed ſub ipſis ptibus iferioribus firmare cucurbitulã, ubi maxime ſunt hę q̃ ad ipſas uenę deſubter ueniunt. Vult autem maximam eſſe cucurbitulam, ut fortiorem faciat ex utero ad ſuperiora attractionem per cõmunes id uenas artificioſe molitus. .li.

m Aximum hoc eſt mulieris quę concepit indicium, ſi obſtitrix potuerit immiſſo digito os uteri tangere. Statim enim cum ſemen intra ſeipſas acceperint, totum ſui interius contrahunt ſpacium, et claudunt os. Videtur autem et propter durum tumorem, et inflãmationem os uteri comprimi. Diſtinguitur autem ab eo qui in grauidis, ex duritie uteri. .lii.

i Llo uidelicet tépore fluit lac quibus uiſum fuerit fluere, quãdo natura fert, ut in grauidis generetur. Neq; enim in primis generatur méſibus. Quod át omnino fluat, et non maneat intus, hoc ideo fit, quia plurimum ex eo colligitur. Plurimum uero colligitur oppletis uenis cõmunibus quę a mãmis pertingunt ad uteros. Sed adhuc magis implentur quando minimum conceptus abſumit. Hoc uero ipſum fit ob eiuſdem conceptus imbecillitatem. Liquet igitur q neq; mammas

tenues oportet apparere,ſicuti in muliere nõ grauida. Hoc enim ſignum defectum ſanguinis oſtendit,et hac ratione foetus in ipſis corrumpitur.Neq; adeo plenas, ut lac effluat, ſed tantum ſubleuari, ut ſolidę tangentibus uideantur. Media enim hęc conſiſtentia inter renitentes propter nimiam repletionem,et molles, ac laxas,propter defectum ſanguinis.Quare merito laudat hoc ſignum Hippocrates, ut quod indicio ſit, neq; foetum eſſe imbecillem,neque deficere ipſi alimentum. .liii.

.liii.

**q** Vę corrupturę ſunt foetus,his mammę extenuantur . Si uero rurſus durę fiant,dolor aut mãmas,aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, et non corrumpent.

**p** Rius dixerat.Mulieri utero gerẽti ſi mãmę repẽte extenuẽtur,abortit. Dixerat ãt.Et ſi altera mãma extenuetur geminos habẽti,alterius foetus aborſũ ſecuturũ. Nunc uero ordinẽ cõſecutiõis comutauit ,et nõ a ſignis ipſis, ſed a mulieribus foetum corrũpentibus fecit iniciũ, ipſis pręcedere inquiens mãmas tenues. Nõ ẽ aũt omnino idẽ,uel ſi dicatur ad mãmaſ tenues ſequi corruptionẽ,uel debente fieri corruptiõe mãmas tenues pręcedere. Qui.n.ait ad mãmarum extenuationem ſequi corruptionem, hic non ſolum iſtud oſtendit eſſe ſignum futurę corruptionis. Qui uero dicit his quę debent corrũpere foetus mãmas extenuari,ſolum hoc uidetur oſtendere ſignum pręcedere foetus corruptionem.Quare diligentius inquirendum,et diligentius obſeruandum in mulieribus grauidis, ſi nũq̃ aliter foetum corrumpunt,ſed ſemper pręcedit mãmarum extenuatio,uel ſaltantibus, uel ualde uociferantibus,uel ira excandeſcentibus, et nimio repente pauore correptis contingit mãmarum non pręcedere extenuationem. Contingit autem et quibuſdam propter magnitudinem febris,aut factum in utero heryſipelas, uel propter muccorem, acetabulorum,ſeu tale aliquid,foetus corrumpatur abſq; mãmarum extenuatione,nam uidetur Hippocrateſ,hanc ſemper pręcedere exiſtimare,et mihi ſępius obſeruanti, uiſę ſunt in ſupradictis occaſionibus ante corruptionem mãmę fuiſſe extenuatę.Ne forte igitur quando citra aliquam huiuſcemodi cauſam mãmę extenuantur,defectum ſanguinis eſſe in cauſa debemus exiſtimare qui in uenis eſt utero mãmiſq; cõmunibus.Vnde propter inediam foetus corrumpitur.In aliis uero cauſis in quibuſ interit propter paſſionem,aut diſrumpitur foetus,cum ipſum membranę continentes diuelluntur natura os uteri adaperiente, et dolores excitante,ob has ipſas cauſas ſanguinem ad genitales deferri partes . Hęc.n.eſt quędam ratio cõmunis in quibus natura aliquid uiolẽter excernit, eo ſanguinem,ac ſpiritũ tendere,quibus duobus,ueluti inſtrumentis natura utens,ea quę infeſtãt per uim expellit.Hac ratione igitur,et dolentibus partibus inflãmationes adueniunt natura excernere,atq; expellere cauſam doloris ꝓperante.Vt uero hoc faciat ſanguine, ac ſpiritu locum implente.Hęc itaq; a me dicta ſint in primam partem aphoriſmi,ſecunda uero quę ſequitur in qua contrarię mãmarum meminit diſpoſitionis,tale eſt. Si uero rurſus mammę durę fiant.Quõ uero dictio rurſus duo ſignificet in huiuſcemodi locutionibus, alterum quidem quod antedictę coniungitur diſpoſitioni,alterum uero quod ꝑ alia uerba dici cõſueuit uice uerſa.Mihi uerius et magis Hippocratis ſentẽtię cohęrere uidetur ſecundum ſignificatum,ut quod in toto dicitur aphoriſmo,ſit tale.Mammę quidem tenues omnino pręcedunt foetuum corruptionem,et non poſſunt iſti corrũpi ſine earum extenuatione pręcedente. Durę uero corruptionem quidem nõ ſignificant,ſed dolor quidam dictarum partium ad ipſas conſequitur, ut ſicuti mãmę tenues defectus ſanguinis ſignificationem habent, ſic durę multitudinis, differentes ab illis quas prius dixerat ſolidas, in quibus rurſus reponente natura ad quaſdam partes materiam inutilem illę dolent,ſed foetus nullam habet offenſionem.Quęſtio autem occurrit hoc loco ob quam cauſam ad corpus uteri natura nũq̃ materiam reponit inutilem,et non facit inflãmationem,uel cur inflãmato utero,foetus non corrumpetur ? An quod ab Hippocrate dicitur aliud eſt, neq; enim ꝙ nũq̃ ad mãmas

duras corruptio foetuum ſequatur, putandum eſt fuiſſe ab Hippocrate dictum. Sed ꝙ non ſemper (quéadmodum in tenuibus) uerum ſi ad alterum locum natura repo nat ſuperfluitates, ꝙ ex dolore cognoſcimus, corruptio non ſequitur, et fiet rurſus, ſi ita audierimus, ſermo talis. Mulieribus quę corrupturę ſunt ſemper mãmę exte nuatę prçcedunt, durę autem, ac plenę non ſemper. Omnino enim in his ad alteram partem materiam inutilem natura reponit. Si uero ad uteros ipſam expellat, fient et tunc omnino tenues. Nam ſecundum Hippocratis, ut apparet, ſententiam ſi ꝓpter aliud quicq̃, et nó defectum alimenti aborſus fiat, omnino prçcedet mãmarum gracilitas, ob cauſam antedictá, ita ꝙ ſi etiam ob acetabulorum humiditatem cóceptus effluet, túc ét ipm natura ex pelléte ad excretioné motio ſáguiniſ erit ad uteroſ, et hac róne mãmę fiét graciles ma gis q̃ prius erát.

.liiii.

q Vibus os uteri durum eſt, his uteri os comprimi eſt neceſſarium. .lv.

q Væcunq; utero gerentes a febribus corripiuntur, et fortiter calefiunt ſi ne occaſiöe manifeſta difficulter pariunt, et cum periculo, aut abortum facientes periclitantur. .lvi.

i N Fluxu muliebri ſi cõuulſio, et animi defectus aduenerit, malum. .lvii.

ſ I MENſtrua plura fianr, accidunt morbi, et ſi non fiant, ex utero morbi contingunt.

.liiii.

d Ictum eſt et antea ꝙ os uteri cóprimi cómune eſt ſignum, et tumoris alicuius in eo prçter naturam exiſtentis, et conceptionis in muliere, et ꝙ oportet id ex duritie diſtinguere. Grauidis enim molle eſt, et ſecundum naturam. In quibus autem eſt tumor prçter naturam, ſiue inflãmationi ſimilis, ſiue duriciei du rum. Melius itaque fuerat hunc aphoriſmum poſt illum ſcribere in quo dicebatur. Quęcũq; utero gerunt his os uteri compreſſum eſt. .lv.

a Ccidit quibuſdam grauidis in quibus uitioſi humores priuſq̃ conceperint ſunt aceruati, nõnũq; a febribus uehementibus corripi, ita ꝙ ex neceſſitate abortiunt, nõnũq̃ uero mediocribus. Sed cum non purgentur ſufficiéter, ali quid ſupereſt reliquiarum humorum in corpore uitioſorum, ex quibus febres ſunt inſtitutę, utpote non potentibus medicis mulieri grauidę aliquod forte auxilium adhibere, neq; exquiſita uictus ratione in ipſis uti. Ob hanc igitur cauſam febriſ in ipſis frequenter reuertitur, et magna temporis parte grauiter ſe habent. Non ſine ratione igitur foetus aliquando nequit obſiſtere. Sed ex febre, et uitio humorum corrumpitur, nõnũq̃ uero perdurat quidem uſq; ad tempus partus, ſed cum et ipſe ualitudinarius ſit, ut qui lógo tempore laborauerit, et cum matrem habeat imbecil lem, non ſine periculo paritur. Nam ad bonum partum, duorum corporum uigore eſt opus, et grauidę mulieris, et infantis. .lvi.

n ON ſtatim fluxu conſtituto hçc fiunt, ſicuti, et aliorum nihil quęcunq; in ſe quenti ſermone quibuſdam aliis ait aduenire, ſed cũ uel ualidiora fuerint, uel diu ꝑdurauerint. Defectus quidem animi cõmunis omnis imodicę euacuationis eſt caſus, Conuulſio uero et ſi non communis exiſtat, ad plures tamen, ex ipſis conſequitur, et magis ſi pars quę patitur neruoſa fuerit. .lvii.

q Vibuſdam medicis uiſum é ex multitudine quidem plurimos fieri morbos, ex defectu autem nullum. Verum Hippocrates arbitratur etiam ob defectum fieri aliquando morbos, non ſolum mulieribus, ſed etiam uiris. Si quidé ad defectus conſeqtur aliquando ſiccitas, aliquádo frigiditas, aliquando utrũq;. Oſtenſum autem eſt ꝙ intemperaturę, quęcũque tantam habent magnitudinem, ut poſſint iam lędere operationem, ſunt ex morborum genere. Verum ſecundum hoc, neq; falſum, neq; obſcurum eſt ab Hippocrate dictum. Quatenus autem in pluribuſ quidem menſtruis, ſimpliciter dixit fieri morbos, neq; ex utero adiecit. In defectu autem eorum iſtud adiunxit, dignum eſt inquiſitione, nũquid in utriſq; affectibus

dictis cõmuniter ex utero ſubintulerit,uel hoc proprium eſt defectus menſtruorũ. Hoc autẽ ſcire exquiſite, eſt impoſſibile, niſi omnes nouerimus cauſas,ob quas uel plura,q̃ opus ſit,uel pauciora ueniant menſtrua. Poſſibile eſt igitur ſi ora uaſorum quę pertingunt ad uterum ultra modum aperiantur, et ſi ſanguis, uel calidior, uel tenuior fiat,et totum corpus propter malum habitum aliquẽ aggrauetur ſanguine, et ſi modum naturę conuenientem ſua multitudine non exceſſerit,quare ipſum expellit ad uenas quę in utero ſunt,ut i fluctiõibus accidit. Poſſibile eſt inq̃ alias ad aliã partem imodicas fieri menſtruorũ euacuatiões. Eadem uero menſtrua poſſunt fieri pauciora,uel q͂a uenę ferẽtes ad uterum menſtruam purgationem comprimũtur,uel obſtruũtur, adeo ut quod influit nõ admittãt. Quodcũq; autem horum fuerit, neceſſe eſt ꝓceſſu temporis et ipſum uterũ pati,aut ſimilem Inflãmationi diſpoſitiõem,aut Eryſipelati,aut duro tumori,aut Cãcro, quibus denuo totum compatitur corpus. In imodicis uero euacuationibus nulla talis accidit uteris paſſio,adeo ut per compatiendi rationem totum corpus una laboret,quare fit uerifimilius i ſola retẽtiõe mẽſtruorũ dixiſſe Hippo. morbos cõtingere ex utero. lviii.

.lviii.

r ECto inteſtrino, aut utero inflammationem patiẽte, urinæ ſtillicidium accidit,et renibus purulentis urinæ aduenit ſtillicidium.

.lix.

ſ I Mulier non concipit, ſcire autem uelis ſi conceptura ſit,pannis circumtectam deſubter ſuffias, et ſi odor uideatur per corpus ire ad nares, et os, ſcito ꝙ ipſa non ex ſe ipſa ſterilis eſt.

q Vando aliquis parum,et frequenter mingit,hęc paſſio urinę ſtillicidũ nominatur,et fit aliquando ex imbecillitate potentię retentiuę in ueſica,nonnũq̃ uero ex acritudine urinę. In hepate uero per inflãmationem patiente ſingultus aduenit,imbecillitas ergo fit propter intẽperaturam, et aliquem tumorem pręter naturam. Acritudo autem,uel propter renum paſſionem,uel quia talis ad ipſos uenit ex uenis ſupfluitas ſeroſa percolata. Recte itaq; Hippocrates iquit urinę ſtillicidium recto niteſtrino,et utero inflãmationem patiente,et renibus ſuppuratiſ aduenire. In recto quidem inteſtino,et utero per compatiẽdi rationem ueſica patiente. In renibus autem purulentis pure per ueſicam euacuato. Hoc igitur ſui acritudine mordẽs ueſicam excitat ad excretionem. In uteri autem, uel recti inteſtini inflãmatione,uicinitatis ratione pati ueſicam eſt neceſſariũ, ut quę et intemperaturam participet,et inflãmationem,et pręterea prematur,atq; anguſtetur a tumoribus pręter naturam qui in illis exiſtunt. Dictum autem eſt a me prius ꝙ nõ ſimpliciter altera paſſio aduenire apta eſt, ſed his quę magnitudinem habent effatu dignam. Sic igitur et hepate inflãmationem patiente ſingultus accidit propter neruorum comunicationẽ,nõ quidẽ ſemper,ſed quãdo ad maximã atollitur inflãmationem. .lix.

u Erbum,ſuffias,materiam indicat quę naturam habet,ut ſuffiri poſſit,Tus uidelicet,et Myrrham,et Storacem, et quęcũq; alia talia quę calidã habẽt temperaturã,et ſunt ſatis odorata. Vult enim ad totum deferri corpus eam quę ab ipſis fit uim,ut cum et os,et nares attigerit,a muliere manifeſtę ſentiãtur. In his igitur ſolis totum non peruadet corpus qualitas ſuffitorum quibus durũ eſt,ac denſum uteri corpus,cum uero ſit tale non eſt aptum ad conceptionem, ſicuti et paulo poſt ipſe inquiet. Quęcũq; frigidos habent uteros,et denſos,non concipiunt. Quod autem in fine aphoriſmi ſcribitur. Scito ꝙ ipſa nõ ex ſe ipſa ſterilis eſt,indicat eius rei neceſſitatem. Sępius enim ut permaneat genus ad quõd pertinet,uel dignitas ſacerdotii, uel regni,ſtudent ciuitates ut prolem habeant uirorum, ſeu mulierum ad quos ſolos peruenerit genus, deinde ubi mulieres non concipiunt quęritur utrius cauſa hoc accidat, ut facto diuortio mulieres concipiant, et hanc Plato in Thęteto innuit eſſe bonarum pronubarum artem. Totus autem ſermo dicetur paulo poſt, quando omnes exponemus qui ad ipſum pertinent aphoriſmos. .lx.

T uerbum,purgationes,numero plurali dictum,et alterum,eant,adiunctum
e ostendunt non eſſe paucum illum qui excernitur ſanguis, neq; ſemel ſed ſę- pius,et multum.Q ui enim ſemel,aut bis paucus excernitur,ſępius apparet abſq; hoc ꝙ foetus patiatur. Cum uero nihil deficit multitudini purgationis men- ſtruorum,et ſeruat deinceps terminum circuitũ per menſes,impoſſibile eſt foetũ eſſe ſanum,ſi quidem ille qui fortis eſt ad ſui alimentum utitur illo qui ex toto cor pore ad uteros fertur . Verũ excretio quę grauidis fit, ui detur ex uenis quę in collo ſunt apparere . Nam ab inte rioribus quę in cauitate ute ri ſunt,loci pendét, quare ni hil per illas poteſt in mulie- brem ſinũ excerni. .lxi.

.lx.

ſ I MVlieri utero gerenti purgatio- nes eant,impoſſibile eſt foetum eſſe ſanum. .lxi.

ſ I MVlieri ceſſent purgationes, neq; febris,neq; rigor ſuperueniat,et faſti dia incidant,iudica ipſam in utero habere. .lxii.

q Væcunque frigidos,et ſpiſſos uteros habent non concipiũnt.Et quæcũq; præhumidos uteros habent non cõ cipiunt,extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunq; ſiccos,magis et adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen . Quæ- cunq; uero ex utriſq; mediocrem habent tem peraturam,hæ foecundæ ſunt.

i N his quę recte pur gantur mulieribuſ,et quibus repente ſine cauſa mãifeſta ſupprimũtur purgatiões,ſermonem fecit, docens nos ea quę plurimę mulieres ipſa experientia di dicerunt. Cũm.n.faſtidiũ pa tiuntur mẽſtruis ſuppreſſis, tunc ſe cõcepiſſe coniiciunt. Fit autem faſtidium eadem qua pica ratiõe,lęſo ore uen triculi in mulieribus graui dis. Contingit aũt et pp uitioſos humores torũ corpus occupantes tale aliqd accide re,uerũ hoc cũ horrore,et febre patiũtur,et his diſtinguũtur a grauidis. .lxii.

ſ I Mihi liceret omnibus aphoriſmis ordinem congruentem apponere, non eſſem ueritus paulo antea dictum aphoriſmum in huius locum transferre, ut finito ſermone de purgationibus,ille q de ipſis eſſet uteris deinceps ſcri beretur,docẽte ipſo quot modis mulieres ſteriles fiãt. Primus igitur illis erit apho riſmus in quo dixit.Si mulier non concipit,ſcire autem uelis ſi cõceptura ſit,pãnis circũtectam deſubter ſuffias. Secũdus autem iſte propoſitus,cuius ſumma eſt,ꝙ be ne temperati uteri ad conceptionem ſunt idonei,male autem temperati,ſi parum a bonitate recedunt,difficulter concipiunt,ſi uero nimium,mulieres ſterileſ fiunt,ita ꝙ ſimul etiam datur intelligi,unde uiri ſint ſteriles,ſed hęc multos latet. Q ui uero ea quę dicta ſunt diligentius conſiderat, primum quidem ſciet quam ob cauſam et quidam uiri omnino ſteriles ſunt.Secundo loco poſt hoc de uiris quidem,ac mulie ribus bonam habentibus temperaturam,ꝙ ſemper generabunt, etiam ſi cum malã habentibus coeant.De habẽtibus autem malam temperaturam,ꝙ cum ſolis his qui contrariam habent coeũtes,gignent.Prius autem dicetur de mulieribus ſterilibuſ, quarum uterus ſtatim ab inicio eſt male temperatus, exupante ſcilicet uel una dua rum qualitatum,uel duabus,quẽadmodum in cõmentariis de temperaturis deter- minauimus,oſtendentes octo eſſe numero omneſ intemperaturas,ſimplices quidem quatuor,quarum nunc Hippocrates meminit,compoſitas autem alias quatuor his ſimplicibus inuicem complicatas.Vbi igitur frigiditas imodica exuperat , adeo ꝙ uterus ſpiſſior efficiatur,anguſta quidem ſunt ſupra modum ora uaſorũ quę ad ipm pertingunt,mulieres uero ſteriles cum loci, ſiue ſecundę nõ poſſint adnaſci ad ora uaſorum,neq; ſi hoc fiat aliquando poſſit bene nutriri cõceptus, uel enim nullo mo do fiunt hiſce mulieribus purgatiões, uel omnino paucę,hę ipſę uitioſę, ſolo tenuio re atq; aquoſiore ſanguine perlabente.Sed et hęc quoq; ora facile obſtruũtur, et pp natiuam anguſtiam, et quoniam magna ex parte hę mulieres humorem aggregant

pituitoſum, ſiquidem et corpus totum omnino eſt uteris ſimile. Contingit autem
et maris ſemen in talibus uteris refrigerari, niſi ſit natura calidiſſimum. De prima
itaq; frigida temperatura Hippocrates fecit mentionem inquiens. Quęcunq; frigi
dos, et ſpiſſos uteros habent. Non per iouem uolens ſimul coniungere in ipſis cum
frigiditate denſitatem, ueluti ſi ſiccitatem, aut humiditatem addidiſſet. Harũ enim
neutra ſemper conſequitur frigiditatem, et propterea ipſi, modo una, modo altera
adiungitur. Denſitas uero ex neceſſitate ualde frigidos uteros comitatur, ob quam
non poſſunt cõcipere (ut diximus) Quare ita ſermonem totum huius aphoriſmi au
diemus. Quęcũq; frigidos uteros habent, non concipient ꝑꝑ ſubſtãtię ipſorum ſpi
ſitudinem. Cur uero ſpiſſitudo aduerſetur cõceptioni, dicere ꝑtermiſit, ut nobis po
tentibus intelligere. Et quęcũq; uteros nimis humidos habent non concipient. Ex-
tinguitur enim genitura, quẽadmodum ĩ terra paluſtri cerealia ſemina. Et quęcũq;
ſiccos, ſiue durentes habent uteros propter defectum alimenti non concipiẽt, nam
ĩ ſiccis uteris tale quid accidit quale ubi, aut harenę, aut argiloſę terrę, aut petroſę
mandantur ſemina. In habentibus autem ĩmodicam caliditatem, quale ubi ualde ca
lidę terrę ſemina cõmittũtur, quẽadmodum in ęſtibus ſub Cane cõtingit. Sic q̃dem
quatuor qualitatum Hippo. meminit ſingularũ ſeorſum facultatem exponens, ut ſi
quando inuicem miſceantur manifeſta ſit earũ cõmixtio. Poſt hęc autẽ inquit. Quę
cũq; uero ex utriſq; modice tẽperatę ſunt, foecũditatem habẽt. Ex utriſq; autem, nõ
qualitatibus ſcilicet (ſunt.n. quatuor) ſed quę ſunt ſecundum ipſas oppoſitionibus.
Sicuti.n. dictum eſt in libro de temperaturis, una quidem ẽ bona temperatura mix
tis modice inuicem calido, ac frigido, altera uero humido, ac ſicco, et fieri poteſt, ut
ſit aliquis uterus ſecundum unam quidem oppoſitionem bene temperatus, ſecundũ
alteram uero male. Sed ne mulier concipiat, poteſt altera efficere intemperatura.
Mulierem uero eſſe foecũdã, ſine ambabus bonis temperaturis eſt impoſſibile. Hip
pocrates quidem, ſicuti totum ſermonem anteriorem de muliebribus ſcripſit, ſic et
nuper dictum de his quas habent uteri temperaturas, non tamen ẽt audient de ui
ris ſermonem, uel quia promptũ nobis ſit ex his quę dicta ſunt eaſdem intempera
turas ad ſemen transferre, uel quia diſtulit ad ſequentia, ſed poſtea oblitus eſt. Qui
dam tamen alterum deinceps aphoriſmum de maribus adſcripſere, cuius inicium.
Similiter et in maribus. Sed probatiſſimi aphoriſmorũ expoſitores aiunt ipſum, et
ab Hippocratis mente, et modo elocutionis manifeſte deficere, et quidem ſecundũ
proportionem illorum quę de mulieribus ſcripſit, licet nobis ad uiros trãſcenden
tibus dicere, ꝙ propter temperaturę frigiditatem non bene ſemen concoquitur,
atque ideo ſi mediocris quidem ſit intemperatura, in ipſo indiget utero calido ſuf
ficienter. Si uero imodica ſit, eſt omnino ſterilis, uel propter humiditatem, rurſus
neque concoquitur, et hoc etiam indiget ſi modica ſit intemperatura, utero cali-
diori, ac ſicciori ſi uero immodica, ſterilis eſt. Eodem modo et propter excedentem
calorem ſemen ſit toſto ſimile. Ob ſiccitatem uero ubi primum excidit, neque ex-
tendi poteſt, quod maxime ſit neceſſarium ſi mulier debeat cõcipere. Oſtenſum eſt
enim in ſermone de ſemine ꝙ niſi per uteri cauitatem parte plurima ſemen exten-
datur, mulierem non concipere. His ueluti quibuſdam elementis a nobiſ adſtructiſ,
deinceps dicamus id quod ab inicio diſtulimus dicere, quod etiam a Platõe in Thee
teto proponitur. Inquit.n. et hoc eſſe maximum opus obſtitricum ſcire coniungere
inuicem corpora apta ad conceptionem, quod nunc in ſermone dictum eſt, et ſimul
poſſe diſcernere qui uiri ſint infoecundi, et quę mulieres ſteriles, nam imodicę in-
temperaturę horũ ſunt cauſę, modicę uero ſi ſint, et contrariis cõiungantur, tunc cõ
cipient mulieres, ſi uero ſimilibus non concipient. Neq;.n. fieri poteſt ut frigidum
ſemen in utero frigidiore ſit fertile, neq; ſiccum in ſicciore, et aliorum alterutrum
eodem modo, ſed indiget ſemen quidem frigidius, utero tanto calidiore, quanto de
ficit ab optima temperatura, et humidius ſicciore, et in aliiſ eodem modo. Cognitio
autem omnium imodicarum uteri intemperaturarũ, eſt quam paulo ãte dixit Hip
pocrates in ſuffitu, qui per aromata fit. Frigiditas enim ſpiſſitudinis ratione, non ꝑ
mittit uſq; ad os, et nares ferri aromatum exhalatiõem. Eodem modo et ſiccitas. Hu

miditas uero ſicuti ab ipſo dicta eſt extinguere genituram, ſic et aromatum qualitatem, reliqua eſt uehemens caliditas, ſi quidem ea ratione ꝙ uincit aromatum facultatem alterat, atq; corrumpit, ac propterea non permittit ipſa ſeruantia ſui naturam ſinceram circa os, et nares referri ſufficienter. De hiſce naturis ex ſuffitu aromatum cognitio pręſtabitur. Si uero non poteſt hęc ſufficienter haberi, ex aliis indiciis nobis erit talis natura inueſtiganda, hoc ipſum cognoſcentibus ꝙ rara admodum eſt huiuſcemodi temperatura in mulieribus. Si quidem foemina eſt mare frigidior. Vnde ob hoc ea quam facit Hippocrates ex aromatum ſuffitu dignotio in ſterilibus mulieribus utiliſſima eſt, uel quia omnis immodica intemperatura iſti ſubicitur, uel quia rariſſime una ipſam ſubterfugit in mulieribus illis quę tenues apparent, et nigrę, et hirtę, ita ꝙ ex his ſignis ꝑcipitur earũ ĩmodica intẽperatura ſine ſuffitu aromatũ. .lxiii.

.lxiii.

SIMILiter autem et in maribus, aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, ut ſemen non tranſmittatur ad os, uel propter ſpiſſitudinem humor nõ exit foras, uel propter frigiditatẽ nõ cõcaleſcit, ita ut ad hũc colligatur locum, uel propter caliditatem hoc idẽ accidit. .lxiiii.

LAC Dare caput dolentibus malum,

QVi hunc interpoſuit aphoriſmum neque proprias uoces intellexit, nam cum profiteretur eundem in uiris ſermonem ſe facturum ſicut Hippocrates in mulieribus ſcripſerat, nõ adimpleuit hoc. Cum enim ille de quatuor intemperaturis feciſſet mentionem, oportuit hunc etiam quatuor ĩ maribus, ut nos fecimus, in medium adducere, uerum non ſic iſte, ſed primum quidem ſtatim damnat corporis raritatem, quę in mulieribus fuit prętermiſſa, neq; eius ſermo, ſi ipſe ſeorſum diligentius examinetur, uerus depręhendetur. Videntur ſi quidem uiri multi habentes rarum corpus, ſemen tamen habere foecundiſſimum, neq; id mirum, raritas ſi quidem corporis in calidioribus, atq; humidioribus prouenit temperaturis quę plurimo ſemine, et foecundiſſimo abundant. Nam et materiam habent ex qua ſemen generatur copioſum, et uim a qua concoquitur. Vaſa autem ſeminaria ſua intentione expreſſum ſemen extra iaculantur, et non ſpiritus eſt ille qui propellat, ſi quidem ſubſtantia ſpiritualis cum humore miſcetur ſeminis, quę et ipſa indiget exprimentibus, ſicuti et humor qui tantum ſiccum ſuperexcedit, quanto et celerius extra eiicitur, et ad longius ſpacium defertur. Hęc igitur ſunt ab eo ignorata qui aphoriſmum adiecit, et pręterea cum ait humorem propter ſpiſſitudinem nõ exire foras. Si enim aliũ humorem a ſemine dicit, ſermo delirus eſt. Si uero ait ſemen propter corporis totius ſpiſſitudinem non exire foras, ignorat omnino quę ſit ſtructura inſtrumentorum, quę ſeminaria uocãtur, melius enim fuerat ipſorum cauſare anguſtiam. Et quidem id quod deinceps eſt dictum uſq; ad aliquid uerum non habet id quod ſequitur intelligibile, nam ꝙ propter temperaturę frigiditatem ſemen nõ cõcaleſcat, ac ꝓpterea ſit infoecundum, uerum exiſtit. Qđ autem colligi nequeat ad locum hunc, ſuperfluo adiectum eſt, pręter id ꝙ neque locus ab ipſo explicatur, ſed a nobis intelligendus relinquitur, et tamen id uerbum, hũc, ad ea quę prius dicta ſunt habet relationem. Sed hęc quidem parua ſunt. Qui uero circa finem error, eſt magnus, cum dicat propter ipſius caliditatem hoc idem euenire, nam manifeſte ad illud quod antea dictum eſt ſermo iſte refertur. Dictum autem antea fuit quod propter frigiditatem non concaleſcat, adeo ut adhunc locum colligatur. Quare propter calorem oportet intelligere non concaleſcere, neque colligi in uaſis ſeminariis ſemen. Hoc autem eſt aperte abſurdum nã torreri, aut aſſari, aut tale aliquid ſemen pati propter calorem, rationem habet, non concaleſcere autem eſt omnino perabſurdum. .lxiiii.

QVod lac facile alteretur, et ꝙ duplicem habeat alterationem, quãdo pluri adhęreat calori, ſtatim euaporans, quãdo autem pauco, cito aceſcens, tibi licet

perdiſcere,partim ſtati cũ ex mãmis excidit ad ignem elixãti,partim ipſum iacere
perſe ipſum promittenti. Nam elixato ad fumum euerſio fit, iacenti autem omnino
aduenit acor,uel citius, uel tardius.Sic autem et in ſanis,ſi non bene concoquatur,
in quibuſdam aceſcit, in quibuſdam autem euaporat, in uẽtriculo quidem frigidio
re aceſcit,in calidiore uero euaporat.Lac uero quod bene concoquitur nutrit,et bo
nos facit humores,et dum concoquitur his pariter attollit ilia,et tangit caput.

malum uero et febricitantibus, et quibus ilia
ſuſpenſa murmurant,et ſiticuloſis, malum au
tem et quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt
deiectiones, et quibus ſanguinis multi deiec
tio facta eſt. Conuenit autem, et tabidis dare
qui non ualde multum febricitant, et in febri
bus longis, et paruis, ſi nullum ex ſupra dic-
tis ſignis affuerit, et præter rationem con-
ſumptis.

Hos
effectus,et paſſiones in ſanis
etiam uidebis .Verum quę
ęgrotis accidunt, percurrit
Hippocrates, quę ſemper q
dem experiri uolentibus ma
nifeſtantur,et poſſunt etiam
ante experientiam cognoſci.
Vbi enim in his qui integra
ſanitate fruuntur uidemus
lac capiti dolorem afferre,et
ilium inflare, nihil mirum
excogitanti, ꝙ his qui iam
caput dolent,uel ſuſpenſa ha
bent ilia ſit inimiciſſimum.
Recte autem dixit ilia ſuſ-
pẽſa,licet dicere potuerit in
flata,et flatuoſa. Neque enim hęc ſola lac poteſt offendere,ſed et alia omnia quę ſunt
quouiſmodo ſuſpenſa,propter aliquam talem,qualis eſt, Inflãmatio, uel Eryſipelas,
uel tumor prędurus, uel laxus paſſionem.Adhuc autem magis ſi abſceſſus nondum
ſit in ilio diſruptus,non eſt neque his utile lac. Hęc itaq; omnia per unum uerbum
oſtendit Hippocrates,inquiens.Ilia ſuſpenſa.Nocere autem ait, et murmurantibus
lac,quę alia ſunt ab inflatis,et diſtentis, flatuoſa quidem,ac uentoſa,et hęc ſunt. Ma
ior itaque offenſio iliis diſtentis,minor uero murmurantibus, ſed tamen neque his
eſt utile lac.Aceſcit enim in ipſis.Serum tamen lactis ſale,et melle condientes plu-
rimis talibus exhibuimus,et iuuantur citata ipſis aluo.Et ſitientibus malũ,inquit,
lac eſſe.Supponit enim in ipſis,ſiue natura ſitierint,ſiue ex aliquo tempore ſitis ad
uenerit. Et quidem quibus bilioſa deiiciũtur,et in his equidem dicerem lac euapo
rare.Non minus autem,et his qui talia euomunt,nam in uniuerſum didicimus ꝙ ce
lerrime ab omnibus cauſis calidis lac ad fumoſum alteratur.Ratiõabiliter itaq; hiſ
qui acute febricitant nocet, et mihi uidetur ſermo melius in hunc modum ſe habe
re.Malum autem et quibus bilioſę deiectiões,et acutis febribus, neq; enim utriſq;
ſimul iunctis tantummodo noxium eſt lac,ſed ſeorſum in alterutro.His igitur paſ-
ſionibus lac plurimum aduerſatur.Vtile autem eſt his quę ſequuntur ab Hippocra
te ſcripta,in hunc modum . Conuenit autem tabidis non ualde febricitantibus da
re.Nam primum de tabidis facit mentionem . Intelligendum autem eſt ipſum ita
nominare illoſ qui tabem ex ulcere pulmonis patiũtur. Nam alios qui alia ex cauſa
ſunt extenuati,ipſe deinceps nominabit in uerbis illis,quorum inicium eſt. Et in fe
bribus paruis . Commune autem in omnibus qui lacte indigent, ꝙ cibus bonum
generans ſuccum,et qui cito per uenas diſtribuatur illis eſt neceſſarius, neque mi
randum eſt ſi lac dicimus bonum ſuccum generare, cum quid habeat flatuoſum.
Nam in uniuerſum bonum ſuccum generare dicimus, quęcunque poſt coctionem
ad bonum humorem tranſmutantur, hoc eſt ad ſanguineum, hic enim humor eſt
nobis amicus cur autem cum dixiſſet. Conuenit autem tabidis, adiecit, non ualde
multum febricitantibus mihi uidetur dignum inueſtigatione non parua, nam ſu-
fficiebat etiam, ſine ualde, dicere . Nunquid et multum febricitantibus lac exhi-
bet,ſolis his qui ualde multum febricitant haud quaquam exhibens,an ab aliquo
adiectum fuit uerbum,ualde,ſicuti et pleraq; alia.Hęc itaq; quiſpiam per ocium in

quírat. Sciat autem eam a nobis addiſcés lac multum febrícitantibus dandum non
eſſe. Miror autem quomodo, in illis in quibus lac dari iubet adſcripſit, nullo eorum
quę prius dicta pręſente, quod fuit a breuitate aphoriſtica alienum, id enim erat
ex his quę prius dixerat cognitum etiam hoc non adiecto, ꝙ dandum eſt tabidis,
et pręter rationem extenuatis lac, niſi caput doleat, aut ilium intumuerit, aut bi/
lioſę ſint deiectiones, aut tale aliquid aliud ipſis adſit. Vel non ſimpliciter, ne/
que ſemper ſeruare breuita
té uidetur Hippocrates, ſed
in quibus magnum aliquod
periculũ iminet ſi negligen
tius qđ ab ipſo docetur, au
diatur, in his his, terue repe
tere eadé nó ueretur. .lxv.

.lxv.

q VIBus tumores in ulceribus appa/
rent non cõuelluntur maxime, neq;
inſaniunt. Verum his euaneſcenti/
bus, derepente quibuſdam a tergo conuulſio
nes, et diſtentiones fiunt. Quibuſdam ante
inſania, uel dolor lateris acutus, uel ſuppura/
tio, uel difficultas inteſtinorum, ſi tumores
ſunt rubicundi. .lxv.

ſ I in uulneribus fortibus, et prauis tu

o MNes pręter natu/
ram tumores Hippo
crates οἰδήματα, id
eſt inflationes nominat, ſub
quibus uidelicet etiam tu/
mentes inflammationes con
tinentur, et hoc ipſum no/
men inflammationis antiqui
omnes magis inflammationi
bus quę ſine ullo ſunt tumore adaptabant. Quod igitur dicitur, tale eſt, quibus tu
mores ulceribus adueniunt, non admodum conuelluntur, neque inſaniunt. Hoc au
tem indicio eſt, ꝙ nonnulli quidem in ipſis conuelluntur, et inſaniunt, ſed raro hoc
patiuntur, quando uidelicet magnitudinem effatu dignam, uel malignitatem aſſum
pſerint. Si uero tumores de repente euaneſcant, conuulſiones, ac diſtentiones, quan
do in partibus retro, hoc eſt in dorſo ulcera fuerint. Quę uero deinceps dicun/
tur, ſi in partibus anterioribus fuerint, conſequi dicit. Poſteriora ſi quidem neruo
ſa ſunt, anteriora uenoſa, atque arterioſa. Quando igitur ab ulceratis partibus hu/
mor, qui fecit tumorem ad aliquam partem principalem ſe contulit, in partibus
quidem retro neruoſis, conuulſiones fient, ac diſtentiones. Nam hę ſunt neruorum
paſſiones. In anterioribus uero inſania, ſi feratur ad caput. Lateris autem dolor, ſi
ad thoracem humor conuertatur. Sępius uero et hi ſuppurantur, ſi humor non diſ/
ſoluatur. Difficultatem uero inteſtinorum fore inquit, ſi tumoribus rubentibus con
uerſio repente fiat, illam quidem inteſtinorum difficultatem quam ſanguineam no
minant, quę eſt ſanguinis euacuatio per inteſtinum abſque exulceratione. Qđ igi/
tur ſi uel indorſo, uel in partibus anterioribus illi oppoſitis contigerit aliquando
tumores de repente euaneſcere, in tales ęgri incidunt paſſiones, nos uidimus. Non
tamen ipſe nobis Hippocrates manifeſtauit, ſi de his partibus ſolis loquatur, an
ſimpliciter de omnibus, ita ꝙ etiam membra extrema hoc ſermone compręhen/
dantur. In tibiis itaque, neque ſunt in partibus anterioribus muſculi, in chordas
ualidas deſinentes. In coxa uero in partibus genu anterioribus magnam uidemus
chordam, in qua per compatiendi rationem, rationabile magis fieri conuulſionem,
q̄ in aliquo muſculorum, qui ſunt in partibus coxę poſterioribus. Sunt enim om/
nes carnoſę. Quare nó uerum uideretur id qđ uniuerſaliter dicitur, ꝙ ex partibus
tantum poſterioribus accidunt conuulſiones. Videtur quidem magna ex parte id
fieri, non in cruribus ſolis, ſed etiam in manibus, forte quoniam hę partes omnes e
directo ſunt dorſalis medulę. Naſcuntur autem ab hac, et membrorum extremo/
rum nerui, et dorſalium muſculorum. .lxvi.

p Oteſt qdé et ultimo uerbo aphoriſmi malũ adiũgi ĩgéſ. Pôt ât, et priori par
ti aphoriſmi. Fiet. n. ſermo taliſ uulneribꝰ prauiſ exiſtétibꝰ, ſi tumor nó appa
reat, ĩgés é malũ, uel talis, uulneribus prauis exiſtatibus, ſi tumor ĩgés nó

appareat malum. Contingit autem, et uerbum ingens cõmuniter dici,ac ſi ita dixiſſet.Si uulneribus prauis exiſtẽtibus tumor ingens non appareat,ingens eſt malum. Melior uero ex tribus ſermonibus meo iudicio eſt talis. Si uulneribus prauis exiſtentibus tumor non appareat,malum eſt ingens. Dictum autem et antea eſt. ꝙ tumor generaliter dicitur de omnibus tumoribus pręter naturã. Vulnera autem praua dici exiſtimandum eſt quę ſunt in capitibus aut finibus muſculorum , et maxime neruoſorum. Nam in capitibus muſculorum, muſculis nerui adnaſcuntur, ex finibus autẽ chordę oriũtur. Sicuti igitur paulo prius dãnabat omnes tumores de repente tumeſcentes, ita nunc illos qui neq; omnino adueniunt uulneribus prauiſ.Nã et in his ſuſpicandum ne humores ad uulnera defluẽtes, ad partes principaliores trãſmutẽtur. Et hoc in illis pręſertim fieri uulneribus eſt exiſtimandum,in quibus adeſt quidem dolor,et propter ipſum omnino aliqd influit. A medicis autem reprimitur cum ualde infrigidantibus,aut adſtringentibus medicamentiſ,ſicuti ſi dolor abſit,neq; fluctio mouetur.Maxime autem dolores patiuntur partes neruoſę,quę medicinas calefacientes,atq; exiccantes deſiderant. .lxvii.

mor non appareat,ingens malum. .lxvii.

m Olles boni,crudi uero mali. .lxviii.

d Olenti partem capitis poſteriorem, i frõte recta uena icĩſa,prodeſt. lxix.

r IGores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, et per dorſum ad caput, ſed et uiris parte corporis poſteriore magis, q̃ anteriore ueluti foemorum, cubiti . Sed et cutis rara, indicio autem eſt pilus. ,lxx.

a QVartanis capti non admodum a conuulſionibus capiuntur. Si uero prius capiantur, et quartana ſuperuenerit liberantur.

h IC ſermo pars eſt antecedentis,docẽte Hippocrate omnes tumores quicũq; molles ſunt optimos eſſe,contrarios uero prauos. Proprie igitur molli opponitur durum, atque renitens, Hippocrates uero crudum ipſum nominauit. Neq; enim fieri poteſt,ut ſit tumuor renitens bene concoquente membri natura humores ad ipſum confluentes. .lxviii.

n ON ſolum ſtudet Hippocrates ubi ſit opus euacuare,ſed cũ auerſione.Auerſio autem ad contraria fit.Secundum longitudinem quidem ſupra, infraq;. Secũdum latitudinem uero hinc,et inde,hoc eſt a dextris,et a ſiniſtris.Secũdum profundum uero, ante , et retro. In doloribus itaq; partis capitis poſterioris, cum auerſione euacuatio ex fronte fiet. Sicuti et in anterioribus ea quę ſecundum occiput.Sic itaq; diuturnę oculorum fluctiones ſępius ſanatę ſunt,ex partibus ſecũdum occiput ſanguine miſſo,una cum cucurbitulę uſu. .lxix.

r Igores omnes incipiunt quidem cum ſenſibili frigore.Paratiores autem nõ ſolum ad ſuſcipiendam,ſed etiam ſentiẽdam frigiditatem ſunt dorſi partes. Quare non abſq; ratione,hinc rigores incohant,et hi citius fiunt mulieribus,quoniam foemina eſt natura frigidior,atq; imbecillior.Recurrit autem hinc rigor incipiens,ad principium neruorum,ſcilicet caput,celerrima facta per ſpiritalem medulam compaſſione,quoniam et ipſa natura frigida eſt, ſicuti et cerebrum, et propter ſubſtantię mollitiem,ſimiliter facile alterationem ſuſcipiens . Ex partibus autem anterioribus rigores non incohant quoniam calidiorem habent,q̃ partes poſteriores temperaturam,et horum argumentum ſumit ex cutis raritate, huius uero ipſius rurſus ex pilorum multitudine. Dictum autem a me eſt de generatione pilorum ſufficienter in cõmentariis de temperaturis. .lxx.

q Vę qdẽ fit ex eũatiõe cõuulſio,acutiſſima ẽ,et pnicioſiſſima,q̃ uero ex repletiõe partiũ neruoſarũ q̃lis i morbo cõitiali, neq; acutiſſima,neq; ſimiliter piculoſa.

Meminit autem Hippocrates nunc non de tali conuulſione, nam uerba capti, et capiuntur longitudinem temporis oſtendunt. Hanc itaq; conuulſionem quartana non ſolum prohibet fieri, uerum ſi fieri anticipauerit ſoluit. Fit aūt ab humoribus lentis, ac pituitoſis qui partibus neruoſis inſerti ſunt. Cum uero horum humorum duplex ſanatio ſit, excretio ſcilicet, et coctio, ambas habet quartana, excretionem quidem ex rigore, hęc enim ſola agitatio ſufficiens ē craſſum excernere humorem, coctionem uero caloris febrilis ratione qui rigorem conſequitur. .lxxi.

.lxxi.

q Vibus cutes circuntenduntur aridæ, et ſiccæ, ſine ſudore moriuntur, quibus uero laxæ, et raræ, cum ſudore moriuntur.

m Orituri, q qdē ſqualidas, duras, et ſiccas habēt cutes, et extentas, ſine ſudore moriuntur, quando uero contraria, laxa uidelicet, et mollia, et rara, cum ſudore moriuntur. prioribus ſiquidem, uel humiditas oīo deeſt, uel cuti, aliis uero ineſt ex cuti. .lxxii.

.lxxii.

q Vi regio morbo laborant, non multum uentoſi ſunt.

u Entoſos ab ipſo nunc dici eſt exiſtimandū illos, qui in uētre colligunt multitudinē uenti flatuoſi, qui uel per ructus, uel flatus excernitur, uel remanet, et extendit quę inibi ſūt Fit autem hoc, nonnunq̄ quidem ob debilitatem, et partium ad uentrem attinentium imbecillitatem. Nonnūq̄ uero ex pituitoſo, et frigido humore. Hi itaq; qui pp pituitoſum humorem uentoſi ſunt, cōtrarii ſunt regio morbo laborantibus, qui ex bile accidit. Quare hi nūq̄ ob humoris exuperantis naturam uentoſi fierent. Contingit autem ipſos, ob partium imbecillitatem fieri aliquādo uentoſoſ. Quare ſermoni adiecit, nō admodum, continuum quidem negationi adiimens. Oſtendens autem maiori ex parte quod prius dixerat fieri. Neq; enim admodum inuenire contingit regio morbo laborantes habere partium ad uentrem attinentium imbecillitatem.

## GALENI IN SEXTVM APHORISmorum Hippo. Nicolao. Leo. Vicentino interprete.

.i.

i N LONGIS LEVITATIbus inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat qui prius non erat, ſignum bonum.

l EVITAS INTESTINORVM eſt uelox exitus eorum quę cōmeduntur, atq; bibuntur, quę talia deiciuntur, qualia fuere deuorata. Si qs uero uellet breuiorē afferre diffinitionē, diceret eſſe carentiam coctionis, cū neq; ſecundū conſiſtentiā, neq; ſecundū colorem, uel odorē, uel ullam oīo qualitatem, in uentriculo facta fuerit mutatio ciborū. Tale aūt nomen hęc paſſio ſortita eſt exiſtimantibus illis, qui prius talem ei indiderūt appellationem, fieri ipſam pp intrinſecę ſupficiei inteſtinorū leuitatem, ob quam cibos qui cōtinentur in eis non amplius apręhendūt, ut cū ſuam ſeruarent ſibi a natura inditam aſperitatem retinebant. In pluribus itaq; aliis qui primi nomina rebus impoſuere collaudandi, nō tamen in leuitate inteſtinorum uiros accepto qui ignorauerint ꝙ ipſius uentriculi proprium eſt cibos amplecti, ac ſe circūſtringendo, certo tempore retinere, et rurſus ad inferiora demittere. Et ſicuti in ueſica fit urinę ſtillicidiū, nō expectāte ut illa colligatur, ſed ſtati tāq̄ mordentē, aut aggrauantē, expellēte, ſic et in uētriculo ueloces exitus, hi. n. ſunt omniū excretiōum cauſę quas ſi illi ſciuiſſent, qui primi hāc paſſionem leuitatem inteſtinorum nominarunt, talem de ea opiniōem abieciſſent, et uice eius, totius uentriculi, atq; inteſtinorum imbecillitatem in cauſa poſuiſſent, ob quam hę partes corporis grauatę a cibis aſſumptis, ipſos confeſtim excernūt. Fieri autem poteſt aliquando, ut a quorūdam humorum mordacitate in ſuperficie exulce

ratis,fiat hęc paſſio,et ſi uis ipſa non multum patiatur,tunc enim erit neceſſarium, ut permeantibus cibis,partes exulceratę dolorē ſentiant,atq; ideo illos propellant, atq; a ſe ipſis citiſſime emittāt, quo in omnibus partibus facto,uelocitaſ exitus ſub ſequetur,et nullum fiet inicium coctionis. Verum tali inteſtinorum leuitati cuiuſdā morſus inerit ſenſus. In illa uero quę accidit propter uentriculi, atq; inteſtinorum imbecillitatem,abſq; ullo doloris ſenſu fiunt deiectiones . Adeſt autem et hęc haud parua utriq; differentia. Quę enim abraſa,fit humorum acritudine uentriculi, atq; inteſtinorum ſuperficie,ceſſante humorum malignitate ſtatim ſanatur, cibis, ac po tibus quę uim denſandi habent. Qđ ſi longiori tempore perſeueret,in alteram paſ ſionē quę Dyſenteria,ideſt difficultaſ inteſtinorum nominatur,tranſmutatur. Quę autem potentię retentiuę ſequitur imbecillitatem,omnino quidem fit ex intempe ratura. Sed uel ipſorū corporum quę iam habitum quendam non facilem ſolui con traxerunt,eſt diſpoſitio,uel propter humorem aliquem qui in uentriculo,atq; inte ſtinis continetur euenit,ex quibus humoribus unus eſt pituita. Vnde et acidos ruc tus qui tali paſſione laborant,habent,quos gręci ὀξυρεγμίας nominant, qui ſine ali qua pituita quandoq; in uentriculo frigidiore fiunt,et in quibuſdam leuitatibus in teſtinorū,quę ex frigiditate ortum habent,una fiūt,ſed progreſſu temporis ceſſant. Nam ab inicio paruo quodam tēpore cibi in uentriculo retinentur,procedente au- tem, atq; aucta paſſione, neq; hoc tempore retinentur. In qbus igitur paruo rema nent tempore,fit quoddam ueluti inicium coctionis, et propter hoc non ſortitur ef fectum. Nos uero didicimus imperfectaſ coctiones ex frigiditate prouenientes ruc tus acidos facere. In quibus autem cibi nullum habent coctionis inicium, neq; ul- la ab inicio fit ſecundum qualitatem mutatio,adeo ꝙ neq; ructus acidi,niſi pituita, pręſertim acida in uentriculo abundet,propterea Hippocrates nō ſimpliciter dixit bonum eſſe ſignum acidos ructus in leuitatibus iteſtinorum, ſed primum quidem in longis adiecit quaſi cum incipientibus,ut dictum eſt ſępiuſ una eueniant,deinde ubi prius non fuerint,inquit. Quęcūq; enim a pituita uentriculū refrigerante fiūt leuitates inteſtinorum,ſemper cum ipſis ſunt acidi ructus,ut caſus quidam. Illis igi tur quę neq; incipiunt,neq; ex pituita fiunt,non inſunt acidi ructus qđ ſi aliquan- do fiant,ſignificant tantum aliquando tempus cibum in uentriculo retineri,ꝙ prin cipium mutationis accipiunt,et naturam ſuorum operum reminiſci. Et iam,ut ar- bitror ſatis impleſſe uideor expoſitoris officium. Si quis uero eorum quę dicta ſūt uult capita omnia ſcientia comprehendere,in tractatu qui de potentiis naturalibuſ inſcriptus eſt, non paucas habet de uentriculi uiribus demōſtrationes, in cauſis au tem accidentium,de omnibus quę uelociter excernuntur. Quoniam uero Eraſiſtra tus in ſecundo de uentriculo mentitus eſt de medicis ſe ętate ſuperioribus, turba- uit autem atq; cōfudit inteſtinorum leuitatis notionem. Melius mihi uiſum eſt hęc ſuperaddere,et primum ipſius Eraſiſtrati uerba ſubſcribere,quę ita ſe habent . De ea quę leuitas inteſtinorum nominatur dicendum,quam priores medici in tres par tes diuiſerunt, in difficultatem inteſtinorum, in leuitatem inteſtinorum, et tentio- nem , et quidam in his quę excernūtur differentias conſiderantes paſſionis, atq; di centes. Quando enim ſanguinolēta,atq; muccoſa exeunt,quę a uentriculo fuere con cocta,tunc difficultatem inteſtinorum nominabant. Si uero exeuntia cruda, mixta autem ſanguinolentis,atq; muccoſis, leuitatem inteſtinorum uocabant,cum uero bi lioſa mixta cum ſanguinolētis,atq; muccoſis excernuntur, tentionem paſſionem ap pellabant. Hęc igitur Eraſiſtratus inquit,neſcio qua ductus opinione adiiciens cru dis excrementis muccoſa, ac ſanguinolenta. Hoc enim nullus appoſuit, neq; eorum qui eius ętate claruerunt medicorum,ueluti Philotimus, Erophilus, Eudemus,neq; eorum qui poſteriores fuerunt Archigenis ſectatores, neq; quos ipſe citat, medici ſuperiores, hoc eſt ipſo Eraſiſtrato ſeniores, Diocles ſiquidem in libro de curatiōe cauſę paſſionis,ſcribit in hunc modū. Tertia fit magna ex parte ex difficultate inte ſtinorū. Vocatur aūt leuitas inteſtinorū,ad quē ſeqtur deiectio humida, ac ſpumoſa et cruda,et multa,et cita poſt cibum aſſumptum,ac potum. Praxagoras autem in ſe cundo de aſſidētibus,inquit. Inteſtinorū leuitate laborātibus, quoniā lubricū eſt in

teſtinum,ieiunum pręſertim,neceſſe eſt cito ciborum fieri deiectiones. Poſt hęc deinceps, ꝙ neceſſarium ſit cito exeuntia eſſe omnino cruda Praxagoras ſcribit,maximā quidem paſſionis proprietatē in cita ponens deiectione. Qđ uero cibi omnino incocti ꝑmaneant,hoc unū faciens ex his quę neceſſario conſequuntur.Neq;.n.quia oio incocti ꝑmanent cibi,ideo cito deiciuntur, ſed quia cito deiciuntur idcirco nullam habent coctionem,atq; ideo nos,et alii medici plurimi citam ciborum nullam habētiū coctionem deiectionem,dicimus eſſe leuitatem inteſtinorū. Sic et de ipſa uidentur ſentire,et alii medici antiq. Nam et i libro de paſſionibus Hippo.ſiue eius ſit liber,ſiue Polybi eius diſcipuli,hęc de leuitate inteſtinorū ſcripta inueniūtur. Cibi deiciuntur impuridi,humidi,abſq; dolore,corpus āt extenuatur.Liquet uero fuiſſe morem antiquū iſtorū uirorū uocare imputrida quę nos incocta nominamus.In libro aūt de uictu ſalubri,qui ēt et ipſe Hippo.adſcribitur,licet q adulterinū cēſent,nōnulli ad Ariſtonem, nōnulli ad Philiſtionem, quidā ad Pheſtam, referāt, ſcribūtur hęc uerba.Patiūtur nōnulli talia,cibus eis deicitur, humidus,incoctus,non pp morbū,ueluti leuitatem inteſtinorū, neq; aliquem ipſis affert dolorē.Hi qdē uiri oēs Eraſiſtrato ſeniores.Mille autē alii,quos dixi omnes q Eraſiſtrati ętate uiguerunt,in eandem ſentētiam de inteſtinorū leuitate ſcripſerūt. Quare neſcio qua cauſa ductus de priſcis hominibus mentiatur ,illos inqens arbitrari i leuitatibus iteſtinorū ſāguinolēta,atq; muccoſa cibis icoctis comiſceri.

.ii.

QVibus nares natura humidiores, et genitura humidior, minus itegra ſanitate fruuntur . Quibus uero contraria,ſalubrius degunt.

.iii.

IN longis difficultatibus inteſtinorum,inediæ ex faſtidio malum, et cū febre peius.

.ii.

IN ſiccioribus ſecundū naturam temperaturis,nulla omnino ſupfluitas manifeſta, neq; ſenſibilis per nares effluit ex cerebro, ſicuti neq; p cutem ſudor. Sed illa quę a medicis diffiatio occulta nominatur,ſupflua extenuata p modum uaporis euacuat,humidioribus uero naturis ſenſibiles fiūt ſuperfluitates.pręſertim cerebri,quoniam eſt natura frigidius.His uero et eiſdē genituram,hoc eſt ſemen ipm,ait eſſe humidiorem, ſicuti in ſiccioris aquoſa humiditate cōſumpta, craſſius, ac ſiccius eſt ſemen.Eos igitur q ſunt humidiores,ſiue cerebrū tantū, ſiue corpus uniuerſum,nō cōtingit ſalubrem uitam omnis expertem noxę traducere, uerū continuo deſtillationibus ex parua occaſione capiūtur, et ſi ſuperfluitas eis ad inferiora per palatū deſcendat partes ſubiectę offenduntur,fauces,guttur,aſpera arteria,pulmo,gula,uentriculus.Tuſſes itaq; in ipſis fieri,et difficiles anhellituſ,et anginas,cruditateſq;,et uentris profluuia eſt neceſſariū,nōnūq; uero,et difficultates inteſtinorū, quādo quod deſtillat ſalſum quodāmodo fuerit. Dixit aūt et ipſe de his, in libro de aqs,de aere,et de locis,ſicuti in libris,et de morbis,ac paſſiōibus.

.iii.

DIfficultates inteſtinorū fiunt quidem ex humoribus acribus.Sunt autem inteſtinorū exulcerationes primū quidem ſuma occupantes, progreſſu autem tēporis,et profundiora,oio habentiū et ulcera putrilagini obnoxia,quo maxime tēpore etiam uentriculus ipſis cōpatiens ad concoquendum offenditur , qua offenſione magis,ac magis ad ſupiora ꝑueniēte, quādo et os uētriculi una afficitur, ſunt cibum faſtidientes, hoc eſt inappetentes.Sunt quidem et ab initio nōnūq̃ cibū faſtidiētes pp malos humores fluentes ab hepate,a quibus diximus abradi inteſtina,pręſertim cū hi amare bilis naturam habuerint. Nā pars eorū ſupfluitās ad os uentriculi effertur.In longis uero difficultatibus inteſtinorū,cū hic caſus euenerit mortem quādam ipſi aduenifſe uentriculo cōpatiendi ratione ſignificat, in qua omnino interiit appetentia, opus ad uitam neceſſarium . Si uero una cum inappetentia febris adueniat difficultati inteſtinorum, duorum alterum, uel putredo aliqua eſt circa ulcera,uel digna effatu inflammatio, atque ita, ut dictum eſt,toto patiente uentriculo ęgri ſe habent exitialiter.

.iiii.

q Vando ſcilicet uideris pilos defluentes a circũiacentibus ulceri locis,uel cutem ſquamulas e ſumma parte dimittere,ſcito his qui ita ſe habent prauos humores ad partem confluere,qui ulcus erodũt.Neq; enim radices quidem pilorũ poſſunt corrũpere,loca aũt ulcerata permittere ad cicatricẽ peruenire. .v.

p Erdiſcere oportet non modo locum dolentem qualis nam ſit,ſed et magnitudinem doloris in eo quãta ſit. Hoc autem confert et ad loci patientis dignotionem, et ad pręcognitionem eorum quę circa ęgrum futura ſunt, et pręterea ad curationis inuentionem. Si ergo in lateribus magnus fuerit dolor, primum hic eſſe nõ poteſt quin membrana quę ſubcingens nominatur,patiatur.Secundo autem neque abſque periculo eſt.Deinde et maiore indiget curatiõe.Si quidẽ ad clauiculam dolor pertingat, uenę ſectione,ſi uero ad ilia,purgatione,quẽadmodum ipſe in libro de uictu acutorum edocuit.Si quidem mediocris fuerit dolor,et pręterea nõ pungat,ut qui in mẽbrana ſubcingente eſt,neq; ad clauiculam pertingat,aut ilia,contingit,ipſum carnoſis coſtarum partibus patientibus fieri,atq; ideo neq; eſſe periculoſum,neq; magno auxilio indigere.Sic et in ſingulis aliis partibus doloris magnitudo eſt conſideranda,ueluti ſi renum pars carnoſa patiatur inflãmationem, dolor eſt grauis,quẽadmodum ipſe inquit in Epidemiis, ita illum nominans, qui ueluti cuiuſdam ponderis loco incũbentis inuehit ſenſum . Aliis uero partibus quę ſunt in rene patientibus, dolor ſentitur acutus.Dico autem alias partes quę ſunt in tunica hũc obtegente, et uentrem eius interiorem,et eas quę ad hũc terminantur arterias,ac uenas,ac pręterea ortus uaſorum urinariorũ. Sic pręterea ſe habet res etiam in hepate. Nam eius parte carnoſa inflãmationem patiente,grauis fit dolor.Tunica uero circũducta, uel uaſis,acutus,et ipſius doloris acuti quãtitas maior, aut minor cauſę facientis affert indicium,humor ſi quidem bilioſus,et acutus dolorẽ auget, ſic et ſpiritus flatuoſus non habens exitum,exoluit autem pituitoſus. Non ſolum autem magnitudo qualitatis aliquod nobis dat doloris indicium,ſed etiam quantitatis.Augetur.n.nõ cuiuſlibet cauſę efficientis opus,eius aucta ſubſtantia.Si itaq; uniuſcuiuſq; doloris uolens a nobis magnitudinem conſiderari,hunc aphoriſmũ ſcripſit Hippocrates,ſufficienter ipſius uſum expoſuimus.Si uero non ſolum ſecundum magnitudinem dolorum differentiam dicit fore conſiderãdam. Sed generalius quoddam, ac ueluti uniuerſalius oſtendit,conſulens nobis omnes effatu dignas dolorũ differentias inſpicere,maiorem adhuc ex eo fructum utilitatis percipiemus . Fiet enim huiuſcemodi ſermo. Non ſimpliciter partium dolorem conſiderare oportet, neq; arbitrandũ eãdem eſſe in omnibus diſpoſitionem.Veluti ſi prius quidem Dion, poſtea uero Theon coſtam doluerit,non eodẽmodo utrũq; ſe habere exiſtimandũ,ſed diſcere oportet nũqd, maxime inuicem in dolore differant,an quodãmodo ſimiles exiſtãt. Fit aũt ex duobus perſpicuũ,et ex doloris ſpetie,et ex uehementia.Ex ſpecie quidem,ſi pungenti ſimilis,uel tendenti,uel torporẽ inducenti,uel grauãti,uel ſtimulanti,uel ferienti,uel cõtinuus,uel cũ intermiſſione,uel ęqualis,uel inęqualis.Secundum aũt uehementiam quis ſit maior,aut minor aduertendũ,quę paulo antea ſecundũ magnitudinem differentia in doloribus dicebatur.Cõſueuere ſi quidem medici, uerbo abutentes omne uehemẽtius maius nominare,ſiue ſit ſecundũ qualitatem, ſiue ſecundũ quãtitatem. Q uare neq; ceſſant febrem magnã, uel paruam, uel mediocrem, omnes nominare, quę ſuam habẽt in caliditate ſubſtantiam.Q uare nihil mirandum,ſi et dolorem uehementiorem, maiorem appellant. Adhuc autem et minus dignum admiratione, ſi quęcunque inuicem diſtant ſpeciebus aiunt magnum habere diſcrimen,ueluti dolorem qui ponderis cuiuſdam ſimilitudinem gerit,ab eo qui uidetur ferire, uel aliquod aliud pati ex his quę antea diximus. .vi.

u Vlnera circũglabra praua ſunt. .v.

d OLores qui ſunt in lateribus,et pectoribus, atque aliis partibus, ſi multum differant perdiſcendum. .vi.

N ſenibus uix inquit ſanantur, hoc eſt multo negocio,ac tempore,quç in re
i nibus,ac ueſica ſunt uitia,quoniam earũ opus indeſinens eſt.Q uiete autem
opus eſt ſi quid ſanari debeat,et quia ſuperfluitas acris apta irritare,ſiue ul
cus,ſiue inflãmatio,ſiue aliqua alia paſſio in ipſis cõſtiterit. Multo autem difficilius
ſanantur in ſenibus ueſicç paſſiones, quoniam et omnes alii morbi prçcipue longi,
Tales autem et ipſç ſuperius dixit cõmori omnes. .vii.

ENum, et ueſicæ uitia in ſenioribus
r difficulter ſanantur. .vii.

OLores uentris ſublimes, leuiores.
d Qui uero nõ ſublimes,fortiores.viii.

QVA intercutem laborantibus ul
a cera in corpore facta difficulter ſa/
nantur. .ix.

l Atræ puſtulæ nõ admodũ pruriũt. .x.

Aput dolenti,et circum dolenti,pus,
c uel aqua, uel ſanguis effluens per na
res,aut os,aut aures morbũ ſoluit.xi

Tra bile uexatis,et renum paſſioni/
a bus, hæmorrhoides ſuperuenientes
bonum. .xii.

Diuturnis ſanato hæmorrhoidibus,
a ſi una non ſeruatur, periculum eſt
aquã intercutẽ,uel tabem aduenire.

Vblimes nũc audien
ſ di ſunt, non ſecundũ
longitudinem corpo
ris,ſed profunditatem.Inter
ſtinguuntur autem hi in lo/
cis ad uentrem attinentibus
membrana interiore abdo/
minis, adeo ꝙ quicunque ſu
pra hoc fiunt ſublimes uocã
tur,qui uero infra,hoc eſt in
ipſis inteſtinis,atqȝ uentricu
lo,et in profundo,non ſubli/
mes dicuntur. Liquet aũt ꝙ
tales dixit eẽ fortioreſ. .viii.

Ocuit ipſe i libro de
d ulceribus, non prius
ad cicatricem perdu
ci ulcera, q̃ ſufficienter exic
centur,hoc autem non facile
fieri in his quos aqua inter
cutem male habet, ob humi
ditatis imoderantiam. .ix.

Icuti tubercula om/
ſ nia duplicem habent
differentiam,quoniã
quçdam tendunt in acumen,et altum petunt,quçdam ad maiorem extẽduntur locũ,
non tamen in altum attollontur.Sic et puſtulç, nõnullç ſublimes, nõnullç latç fiunt.
Sublimiores autem puſtulç,atqȝ tubercula a calidiore humore generantur,humilio
res aũt a frigidiore.Quareob duplicem cauſam latç puſtulç non admodũ pruriũt.
Diſflantur.n.in latitũdinẽ extẽta,et facientẽ ipſas humorẽ minus acrẽ habẽt. .x.

Lura et alia ſic oſtẽſus eſt Hippocrates dicere, in quibus niſi quis animum
p aduerterit uidebitur quod ab ipſo dicitur, ſolum ad curatiõem paſſiõis pro
ficere,aliud uero nihil.Verum ipſe non hoc tantum dicit, ſed ſimpliciter ꝙ
pus, uel aqua effluens p nares, uel aures morbum ſoluit. Et ſi utiqȝ conueniẽs dixiſ
ſet,quẽadmodum ego nunc,ſermo foret irreprçhenſibiliſ.Q uãdo enim uel propter
inflãmationem,uel humorum crudorum multitudinem in capite aceruatorum fie/
ri dolorem contigerit,tunc inflãmatione ſuppurata, aut humore excreto,ſolutio fit
morbi.Si uero propter ſpiritum flatuoſum,aut ſanguinis multitudinem, aut bilem
mordacem,aut omnino ex intẽperatura dolor acciderit,per alia ſenabitur. .xi.

ON ſolum ratione, euacuationis hçmorrhoides ſanant huiuſcemodi paſſio
n nes,ſed et ipſa qualitate humoris euacuati. Hç et enim ſanguinem craſſum
conſueuerunt euacuare,humore plenum melancholico, talem habente inſan
guine conſiſtentiam qualiſ eſt in uinis fex.Q uare nihil mirum ſi atrç bili,et renum
paſſionibus conferunt . .xii.

Aemorrhoidas fieri impoſſibile abſqȝ hoc,ꝙ propter multitudinem,et craſ
h ſitudinem ſanguinis ora quarũdam uenarum aperiantur hepatç ad ipſas re
ponente fecem,et quandoqȝ ſanguinem melãcholicum. Si quis igitur ei hoc
intercludat iter,una et duriciẽ in hepate facit,et ſimul multitudine grauans,ac craſ
ſitudine calorem in ipſo natiuum extinguit, cum tale quid accidat, quale in flãmis

exterioribus,in quibus multa ligna ſuperingeſta ſtrangulant ignem, atq; extingũt. Si igitur a natiuo calore generatur ſanguis, clarum ꝙ ipſo extincto nõ generabitur amplius. Aqua uero intercutem fit cum ſanguinis generatio fruſtratur. Si uero aliquando poſſit hepar propellere multitudinem ad uenas pulmonis, hic uaſe aliquo rupto tabidi fiunt. Non fruſtra igitur conſulit unam ſaltem ſeruare hęmorrhiden, ut per hanc euacuetur feculenta, ac uitioſa materia hepatis, prꝗſertim in quibus ſolita eſt tempore longo per tales uenas excerni. .xiii.

.xiii.

a Singultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat, .xiiii.

a B Aqua intercutem habito, ſi aqua e uenis in uentrem defluxerit ſoluitur morbus. .xv.

a Longo alui profluuio habito, ſpontaneus uomitus ſuperueniens morbum ſoluit. .xvi.

a Morbo laterali, uel pulmonia habito, alui profluuium aduenẽs, malum. .xvii.

I Ippiẽtẽ alui profluuio corripi bonũ.

a Vtor eſt ipſe, ſicuti cõuulſionem, ita et ſingultũ, uel ex inanitione, uel plenitudie fieri. Quãdo igitur a plenitudine fit, magna autẽ ex parte ita fit, uiolento opus eſt motu, ut ueluti concluſꝗ ipſum efficientes humiditates diffientur, atq; euacuẽtur, hoc autem facit ſternutatio. Eos uero qui ex inanitione fiunt, qui ſunt rariores, non ſanat ſternutatio. Qđ uero ex plenitudine ſingultus iugiter fiat, idicãt pueri crebro ſingultientes, cum ſunt repleti. Rigor aũt et frigiditas ois qui oia neruoſa corpora efficiũt ad diſſlandũ difficilia, ſunt cauſa ut hęc repleãtur, atq; ideo in ipſis ſingultiũt. .xiiii.

e T hoc exemplum eſt earum quę ſponte fiunt et utiliter euacuationum. Spontaneum autem dicimus non quod ſine cauſa fit, ſed ſine cauſa ex nobis fit. Quando enim data a nobis medicina aquam trahẽte talis fiat euacuatio, nõ etiam et hanc ſpontaneam nominamus. .xv.

e T hoc pariter exemplum eſt eorum quę recte fiunt a natura, quę medicum imitari oportet. Vtilitas uero ratione retractionis. .xvi.

c Vm partes aliquę patiuntur, non ſimpliciter alię compati ſunt natura aptę, ſed cum forti paſſione detinentur. Secundum hoc igitur, et hepate fortiter patiente, ſingultus ſuperuenit compatiente ſtomacho. Tuſſis autem, et difficilis anhellitus, compatientibus his quę reſpirationi obſeruiunt inſtrumentis. Sic et his ipſis peſſime affectis hepar compatitur, et hoc ipſum manifeſte oſtendit Hippocrates, cum non ſimpliciter dixerit. In morbo laterali, uel pulmonia aluum turbatam eſſe, malum ſignum, ſed adiecerit, habito, ac ſi dixiſſet detento, atq; uexato homini a talibus paſſionibus profluuium alui ſuperueniẽs malum eſſe ſignum, quoniam ita ſe habentibus id ſolet aduenire non potente hepate ad ſe trahere alimẽtum, neq; conuertere in ſanguinem, et quandoque uentriculo idem alimentum corrumpente. In mediocri autem morbo laterali, atque pulmonia, profluuium alui ſuperueniens poteſt prodeſſe ratione euacuationis, et magis cum ſigna coctionis apparuerint in eſſe paſſionibus, neq; adeſt timor, ſed morbus eſt citra periculum. Communiter autem, et in his, et in omnibus aliis quęcunque eodem modo dicuntur illud meminiſſe oportet, ꝙ nullus alius extemporaneus, et manifeſtus caſus ſuperuenerit, ueluti et nunc alui profluuium, non ex cibo, aut potu aliquo, ſed morbi ratione contingat. Nam ſi alia ex cauſa, et non ui morbi fiat, non poteſt eius morem ſignificare, ſi quidem oportet aliquid ſigno, quod ab ipſo oſtenditur, cõnecti. .xvii.

n On ueluti ſignũ hoc oculorũ bonũ dictũ ab eo ẽ, ſed tãq̃ cã, qa humorũ abundãtia ſimul euãtur, atq; ad iferiora retrahitur. Eſt ãt et hoc apud; ipm exẽplũ unũ eorũ q̃ ſpõte, et utiliter euacuãtur, q̃ medicũ imitari oportet, uidelicet et ita oẽs faciũt i lippitudinibꝰ, aluũ et clyſteribꝰ, et purgatiõibꝰ ſubducẽtes. .xviii.

Oc uerbum lętale ſępius dixit in aliis, et in hoc ipſo libro de his qui ex ne
b ceſſitate ſunt morituri. Sępius autem et in his qui magna ex parte. Quare
neq; nunc eſt manifeſtū ſi omnino ſecuturam mortem diſſciſſis his partibuſ, uelit oſtendere,uel in quibuſdam raro hominem ſeruari cōtingat. Qđ quidem igitur cor uulneratum mortem affert neceſſario,unum ex his eſt quę in confeſſo habentur,non tamen in aliiſ ęque recipitur, uulnus quodcūq; mortem afferre ineuitabilem,ſed illud quod magnum eſt,atq; profundum, quod rationabile ē a uerbo,diſſciſſa, ſignificari, ut tota ueſicę tunica diuiſa uſq; ad ſpacium interius intelligatur, atq; in ſingulis aliis eodē modo. In ueſica quidem, confeſſum tale uulnus non coaleſcere, ſicuti et in parte ſepti neruoſa, et in tenuibus inteſtinis. In uentriculo autem dubitatur,nam quoſdam in eo uulneratos dicunt aliquando,ſed raro fuiſſe ſanatos. Hepatis autem non ſolum profundum uulnus in fibris eius factum, ſed etiam fibram abſciſſam aiunt fuiſſe ſanatā,neq; nos latet ꝙ in libro de uulneribus exitialibus quędā ex his eius libri autor conatur ſanare . Qđ uero partes ipſę diuiſę agglutinari non poſſint,in corde quidem,ac ſepto tranſuerſo ex iugi eorum motu contingit.In ueſica autem,quia neruoſa eſt ac tenuis,et exanguis,eius profecto collum uidemus quotidie ſanari cum lapiſ extrahitur,quoniam carnoſum eſt.Hepar uero uulnera habet plurimo manantia ſanguine, atque idcirco mori anticipant, qui ita ſunt uulnerati, priuſ q̄ uulnera agglutinētur, dixi autem ſic,uolēs intelligi etiam uenam eſſe diſſectam.Ob hoc ipſum igitur qui uulnera in ſumma eius parte conſiſtentia aiunt ſanari,et fibras hepatis abſtuliſſe,uerum uidetur dicere.Cerebrum autem uulneratum ſępius ſanatum uidimus,et ſemel,et bis in Smyrne Ionię,uiuente adhuc pręceptore Pelope, et erat uulnus ſatis effatu dignum . Hoc igitur rariſſimum eſt . Verum autem eſt,ꝙ magna uulnera,quę conſueuit Hippocrates nominare diſſciſſiōes, afferre mortem,et fatentur omnes uulnera cerebri quę uſque ad aliquid in uentriculos penetrant,etiam afferunt mortem.Tenuium autem inteſtinorum natura,et uentriculi magis non parum participant carnoſę ſubſtantię , et ideo in ſumma parte uulnerata ſępius agglutinātur.Tota autem diſſciſſa uſque ad eorum cauitatē rariſſime.Hoc aūt nō ut mihi uidetur propter eorum ſubſtantiam accidit,ſed quoniam non poſſumus ęque intrinſecis,ſicuti extrinſecis imponere uulneribus medicamentum.Quapropter per potiones conatur autor libri de uulneribus pernicioſis inſcripti , ſiue Hippocrates fuerit,ſiue quis alius,ſanare uentriculum.

.xviii.

Eſica diſſciſſa,aut cerebro,aut corde,
u aut ſepto,aut aliquo ex tenuioribus
inteſtinis,aut uentriculo,aut iecore, lætale eſt.

.xix.

VM diſſciſſum fuerit os, aut cartila/
c go,uel neruus, aut genæ particula te
nuis,uel præputium,neque augetur, neque coaleſcit.

.xix.

Vgeri uocat talem aliquam generari ſubſtantiam,qualis abſciſſa,ſicuti in ca
a uis ulceribus uidetur caro germinare. Coaleſcere autem quādo diſſciſſi cor
poris labra agglutinantur. Qđ quidem neq; cartilago, neq; os generentur, eſt in confeſſo.An uero agglutinentur,nonnulli dubitant.Inquiunt enim perſpicuo uideri oſſa perfracta agglutinari.Hi uero aberrāt et doceri poſſunt in brutis,quorum pars aliqua fracta contraxit callum.Hęc enim,ſeu uiua,ſeu mortua,ſi quis uelit inſpicere diſſecādo, uidebit manifeſte a callo quodam,ueluti uinculo circūſcripto partes oſſium diſſciſſas eſſe cōſtrictas,quas ſi abraſerint fracturę profundum uidebunt non glutinatum.Sic igitur de his quę diximus ambigunt, nōnulli augeri dicentes,non tamen coaleſcere,quidam uero etiam coaleſcere, ſed raro augeri. Igitur illa deſiderant,quę per exeſum ſunt ulcerata, et nullum uidi taliter affectum cui nō increuerit car[illegible] Agglutinari autem illa quę diuiſa ſunt,et non diſſciſſa.Hęc enim inuicem differūt, cum diſſciſſa diuiſionem habeant uſque ad finem perueniētem,quę nunc Hippocrates inquit non coaleſcere, non ob id tantum ꝙ neruoſa ſunt, atq; te/

400



nuia,ſed quoniam etiam ex eo ꝙ talem habent naturam,labra uulneris non ſunt parum diſtantia inuicem. •xx.

q

Vidam ſine articulo apud grecos uentrem ſcribunt,uolentes omnem ſignificari cauitatem,quibus adſtipulatur, quod preter naturã adiicitur, per quã adiectionem tale quid oſtendit Hippocrates, ſi unq̃ ſanguis a propria cauitate in aliam quãcũq; peruenerit,ut ſanguis permaneat eſt omnino impoſſibile. Sic igitur et in iflãmatiõibus, et illis,quas greci ἐγχυμώσεις nominant,fieri uidetur. In iflãmationibus quidem p minimas partes diſpſo ſanguine ad eas quę ſunt in muſculiſ cauitates,quas ſola ratione cõtẽplamur,in ecchymoſibus autem, in ſpacia effuſo quę uaſiſ circũiacent.Suppurari autem non eſt recte dictum,cum nomẽ ſit uniuſ mutationis in ſanguine factę, quare nonnulli ipſum ad generalius transferunt, ad corrumpi uidelicet,hoc ab ipſo dicẽtes ſignificari. Sic enim uidetur fieri nõ permanere ſanguinem,cum a ſuo loco exciderit naturali,ſed aliquando quidem ſuppurari, aliquando uero liueſcere,aliquando in grumos uerti,pręſertim quando in magnam cauitatem exciderit pręter naturam. .xx.

ſ

I in uentrẽ ſanguis præter naturam effunditur,neceſſe eſt ſuppurari. xxi.

i

N inſanientibus ſi uarices, uel hæmorrhoides ſuperuenerint inſaniæ ſolutio. .xxii.

q

Væcunq; rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt uenæ ſectio ſoluit. .xxiii.

ſ

I timor,atq; meſtitia longo tempore habentes perſeuerent,ex eo atra bilis ſignificatur. .xxiiii.

ſ

I Quod inteſtinorum gracilium diſſcindatur non coaleſcit.

.xxi.

h

Ic inſaniam illam quę proprie melancholia dicitur uocat, non illum qui fit ex bile furorem.Eſt autem uarix cum uenę latiores fiunt in coxis, et cruribus,quod ex craſſo,et melancholico humore contingit,adeo ꝙ pellente natura ad partes ignobiliores eoſ qui inſaniam efficiunt humores,et pręſertim cum melãcholici fuerint,ac craſſi,dictarũ ſeq̃tur paſſionũ generatio,et inſanię ſolutio. xxii.

m

Elius quidam ſcribunt. Quicunq; dolores, nam ruptum ipſum deſcendere, unum eſt impoſſibilium, ſi quidem diuulſa, ac rupta muſculi parte carnoſa,fit ruptum. Videtur quidem nõnũq̃ manifeſte admodum collectus in loco ruptionis ſanguis,et diſcuſſione ſanatur.Reliqui uero qui ſunt in dorſo dolores, ex defluente humore generantur ſolo aliquando, ſed magna ex parte craſſo, ac flatuoſo ſpiritui aſſociato,quem excipere oportet atque euacuare, per uenę in cubito exiſtentis ſectionem,quando huc apparet fluens. Eſt enim eius pręceptum ſecundum ꝙ humores repunt facere euacuationes.Idem autem ſignificant et uerba hęc. Eo ducendum eſt quo repunt,per loca oportuna.Si autem de ruptis ſermo eſt ſcriptus ab eo, eos qui fiunt compatiendi ratione dolores intelligendum eſt dici ab ipſo deſcendere ad cubitos,non ipſam carnoſę partis diuiſionem.Et quidem fieri poteſt ut et talis uenę ſectio utilis ſit cõmuni euacuationis ratione. .xxiii.

ſ

I Quis non ex cauſa manifeſta metuat, aut meſtus ſit, ſunt atrę bilis caſus manifeſti,etiam ſi nondum tempus acceperint. Sed propter cauſam manifeſtam incipientes,deinde inueteraſcant, non te lateant inſaniam ſignificare.Nam et plures uiſi ſunt furore correpti qui ab excandeſcentia,uel ira,uel moeſtitia principium habuere, ipſo ſcilicet corpore tempore illo prompte ſe habente ad incidendum in tales paſſiones. ,xxiiii.

h

Oc et in aphoriſmo paulo antea dicto monſtrauit.cuius inicium. Veſica diſſciſſa,uel cerebro . Neſcio igitur quo pacto, nunc fruſtra fuerit adſcriptus . Hoc autem ipſum profecto uidimus , et in pluribus aliis aphoriſmis quos melius fuerit eximere . xxv.

n ON ſolum Eryſipelas,ſed aliud quodcũq;,quod ex profundis, et principalioribus partibuſ traſfertur ad cutem,bonum eſſe ſignum,ac cauſam debemuſ exiſtimare. Si uero contra ad interiora, et profunda tranſmutetur, malum. Sed et alia multa uidetur dixiſſe Hippocrates quędam ueluti exempla ſermonum uniuerſalium,a quibus eius quod ſolet euenire,experientiam poſſumus habere manifeſtiorem. Talia et enim exempla oportet eſſe. .xxvi.

.xxvi.

e RYſipelas ab exterioribus uerti ad interiora non eſt bonum , ab interioribus autẽ ad exteriora bonũ. .xxv .

q Vi in febribus ardentibus tremores fiunt,delirio ſoluuntur. .xxvii.

q Vicunq; ſuppurati,aut aquam inter cutem patientes uruntur, aut ſecantur, ſi pus, aut aqua uniuerſim effluxerit,omnes moriuntur . .xxviii.

e Vnuchi,neq; padogra laborant.neq; calui fiunt.

ſ Iue Hippocrates tales ſermones ſcripſerit, quędá ueluti exẽpla magis generalium,atque uniuerſalium ſermonum,ſiue alii iterpoſuerit aliis,perquirendum , relinquentes illud tantum in ipſis obſeruabimus, quod et antea dictũ, et nunc in febre ardente docetur. Q uę .n. hanc febrem efficiunt cauſę in uenoſo genere exiſtentes , quando ad neruos transferũtur, primũ tremoreſ faciunt, compatiente uero principio,etiam deliria.Sicuti igitur in febre ardente translatio,ſic et in omni alia febre poteſt fieri, et omnino ex arteriis,et uenis ad neruos transfluxus humorum noxiorum,ſicuti rurſus ex neruis ad has.Improprie igitur dictum eſt febrem ardẽtem a tremore ſolui. Hęc.n.arbitratur qbuſdá ſupuenientia eorũ ſoluere cõſiſtentiá,q̃cũq; oio hominem liberant,nõ quę alterá generãt paſſionẽ,quę nihilo minus ſit prima piculoſa..xxvii.

ſ Vppuratos pręcipue conſueuit nominare qui pus habẽt in ſpacio, inter thoracẽ,atq; pulm:em,quos quomodo urere oporteat dixit in libro de paſſionibuſ,cuius iniciũ.Pulmonis arteria.Q uidam uero hunc librum inſcribũt de ſuppuratis.Vſtione igitur indigent qui plurimũ habent pus, adeo ut deſperent per ſpuitiones poſſe expurgari.Hos uero ipſos et difficultas anhellitus maxime infeſtat ex loci anguſtia quę etiam nos cogit,ut eos uramus.In his autem qui aquam intercutem patiuntur,illę quę a gręcis παρακεντήσεις,ideſt punctiones nominãtur,ſunt magis in uſu medicorũ.Verũ hoc utiq; cõmune eſt uſtioni,ac punctioni,ꝙ in utraq; Hippocrates cõſulit caueri uniuerſam euacuationẽ, ſic enim uidetur cõtingere uti ait.Dictum eſt et ab Eraſiſtrato exquiſitius,ac plenius de his qui aqua intercutem laborant,ac ſi ipſe dicat,ſe compertũ habuiſſe experiẽtia,uniuerſam euacuationem febres,ac mortem afferre, uidemus et in aliis partibus ęque atq; in thorace quãdo aliquis magnus tumor ſuppuratur,periculoſam eſſe uniuerſam euacuationem, cum e ueſtigio deficiat anima, et uires debilitẽtur, et poſtea debilitas iſta remedium nõ habeat,uidetur in his pp magná diſtantiá corporũ,et puris acritudinẽ ora quorũdã uaſorũ arterioſorũ eſſe adapta, quę prius ueluti quoddam embriſma pus cõtinebãt quo uniuerſim euacuato,multi ſpiritus una cũ eo exeũt,atq; excernũtur.Vnde periclitantur.In aqua uero intercutẽ non modo ob hanc cauſam,ea laborantes offenduntur, ſed et duricies uiſceris,ut quod non ſubſtentatur ab aquoſa ſubſtantia, et ſeptum tranſuerſum deorſum trahit,et uiſcera quę ſunt in thorace. .xxviii.

e Vnuchos ſectio teſticulorũ ſimiles efficit foeminis. Sicuti ergo in eis caluicies non accidit,ſic neq; in eunuchis pp tempaturę humiditatem.Eunuchos quidem Hippo.tẽpore podagra nõ laboraſſe uerum exiſtit. Nũc uero nõ ita pp imodicũ ociũ,et uictũ intemperantem.Res aũt tota ita ſe habet. Neceſſe eſt pedes natura eẽ imbecilliores ſi quis podagra corripi debeat,ſicuti et cerebrũ ſi morbũ comitialẽ paſſurus ſit,nõ tamen eſt omnino neceſſariũ alterutrũ pati, ſi nihil in uita deliquerit. Diſces aũt aperte ꝙ imbecillitas ptis non ſit ſufficiens ad generan/

dam paſſionem ex intermedio tempore acceſſionum, in quo nulla fere infeſtantur, quãuis natiua imbecillitas continua ſit. Clarum autem, et hoc et in podagricis maniſeſtiſſime apparens, ꝙ influẽte aliquo ad pedes humore ſupfluo, paſſio generatur. Si igitur neq; hic humor influxerit, liquet ꝙ neq; unq̃ accidet paſſio. Non influet autem ſi omnino uacans ſuperfluitatibus corpus extiterit. Erit autem uacãs ſuperfluitatibus ſi mediocri utatur exercitio, et homo bene cibum concoxerit, unde et deſidię, et crapulę eis nocent. Nocent autem et potus multorum, et fortium uinorũ, pręcipue cum aliqs ea ieiunus potauerit. Hęc enim neruoſam ſubſtantiam promptiſſime offendunt, ſicuti et coitus. Aetate quidem Hippocratis pauci podagra laborabant propter uitę moderantiam, noſtris uero temporibus uſque adeo auctis eduliis, ut nihil eis addi poſſe uideatur, infinita eſt podagrarum multitudo, cum nõnulli ſint qui nihil exercitantur, et cruditatibus, atque ebrietatibus offendantur, et ante cibum aſſumptum bibant uina potentia, ac uenereis utantur immoderatis, nõnullis uero, et ſi non in his omnibus, in uno ſaltem, aut duobus ex his quę ſunt dicta delinquant. Sed cum peccatum fuerit magnum, ſępius in uno eorum quę diximus deliquiſſe ſat erit. Ob hanc igitur cauſam etiam eunuchi podagra corripiuntur, quãuis nullum habeant uſum uenereorum. Talis enim eſt eorum deſidia, inſaciabilitas, ebrietaſque, ꝙ etiam ſine uenereis podagra corripi poſſunt. Hęc eadem de articulari morbo exiſtimes dicta, omnes ſi quidem qui eo laborant magna ex parte prius podagrici fiunt. Accedit et ad has cauſas ob quas plerique incidunt in podagras, ꝙ multi, et patres, et auos habuere podagricos, in quibus ſemen erat uitiatum, atq; ideo natis uehementiorem fecerunt partium imbecillitatem. .xxix.

.xxix.

m Vlier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint. .xxx.

p Ver podagra nõ laborat ante uſum uenereorum. .xxxi.

d OLOres oculorum meri potio, aut balneum, aut uenæ ſectio, aut medicamentum epotum ſoluit.

m Vlieres non fiunt podagricę ratione euacuationis. Oſtenſum eſt enim in pręcedente ſermone, ꝙ niſi humores ſuperabundauerint, ex ſola partium imbecilitate non poteſt podagra fieri. Verum rurſus et hic prius quidem erat uerũ, ubi nõ oĩo mẽſtrua defeciſſent, q̃a parua erãt delicta quę ętate ſupiore mulieres admittebãt, nũc uero ob eorũ magnitudinem quędã podagra laborant anteq̃ menſtrua deficiant, cũ nõnullis pauca exeant, nõnullis autẽ uel mediocria. .xxx.

q Vod magnam uim habeat ad podagrę generationem uſus uenereorũ, liquet etiam in pueris, et ex his quę paulo antea de eunuchis dicebat. Eunuchos itaq; uidimus quoſdam podagra laborantes, pueros autem non uidimus. Verum et ſi quis tali eſt paſſione correptus, una et genuum articuli, et manuum intumuerunt, inſtar morbi articularis repente facti a plenitudine ex multis cruditatibus aceruata. .xxxi.

ſ Ingula horum quę dixit, magis experientia, et non ratione aliqua uidetur mihi Hippocrates cognouiſſe, nil.n. mirum ſi homo dolens cum iſſet ad balneum dolore fuit liberatus, uel ſi non permiſſus bibere uinum, deinde nullã ex hoc ſentiens utilitatem motus eſt ad bibendum, alioquin multum appetens uini, et poſthac melius ſe habuit. Sicuti igitur et plura alia quę medici hoc modo inſpexere, ſunt ab eis ſcripta abſque aliqua determinatione, ita et hęc mihi uidentur ab Hippocrate, neq; ut rationali dicente, diſpoſitiones, neq; ut empirico, concurſus. Vtilitas autem quę nobis poteſt aduenire, ex ſermonibus hoc modo ſcriptis eſt inquirentibus diſpoſitiones, in quibus meri potio, et balneũ, et ſingulum eorũ quę ſeriatim dicta ſunt, utile ſit, quod et mihi contigit. Nã ꝙ omnino ſint aliqui oculos dolentes, quorum nõnulli meri potionibus, nõnulli balneis iuuẽtur, fidem Hippocrati adhibens eram perſuaſus, neq;.n. illud ſcripſiſſet, ſi non uidiſſet. Non tamen ab aliquo

prçceptorũ tale auxilium aliquod animaduerti fuiſſe adhibitum.Cum itaq; omnes quçſiſſem diſpoſitiones inquibus ſit neceſſariũ,non in oculo tantum, ſed et in aliis partibus fieri dolores,deinde mihi ipi perſuaſus adinueniſſe. hinc cõſideraui earũ indicia diſpoſitionũ,et poſtq̃ etiam his credidi,tunc auſus ſum remedia afferre do lentibus,et primũ quidẽ adoleſcentẽ balneaui,cui medicus non abſq; ratione in die ſecundo ab initio uenam ſecuerat,et deinceps curauerat medicinis quas experiẽtia cognouerat,cum inflãmatio ſola obſideret oculos. Dolebat autẽ uehementiſſime in quibuſdam inſultibus in quibus aiebat ipſe ſentire ſe acutos humores,qui uniuer ſim defluebant ad oculos,mox poſt eorum excretionem uehementia doloris ſedaba tur,non tamen dolor omnino ceſſabat,et hoc illi per totam quintam accidit diem, maius ſemper habens incrementũ.Cum igitur dolorem non poſſet tolerare,me, et quẽdam alterũ ex ocularibus medicis aduocauit in urbe Romana probatiſſimum. Illi itaq; uidebatur utendum eſſe collyrio quodam ex his quç emplaſtica nominant et anodyna,ideſt dolorem ſedantia,cuiuſmodi ſunt quç ex Ceruſa lota,Amylo, et Pa pauere componũtur,nam ſic maxime poſſe reprimi per emplaſtica id quod influe bat,et ſimul ſenſum torpeſcere per infrigidãtia ſperabat.Ego uero ab inicio ſuſpec ta habui talia medicamenta, neq;.n.uehementes reprimunt fluctiones, ſed excerni prohibent,atq; ideo ſi humores fluentes acres extiterint,corneam erodi contingit, ſi uero multi,magis irritari, ac uehementer extendi, ac ſi rumperetur, ex quibus niſi,medicamentũ fuerit uehementer ſtupefaciens,dolores impatibiles excitantur. Si uero fuerit adeo uehemẽter ſtupefaciens, ut ex eo oculi maximã inflãmationem non ſentiant,neceſſarium eſt ſimul quidem uim uiſoriam offendi,adeo ꝙ ceſſante in flãmatione,uel debiliter,uel nihil omnino uideant,ſimul autem et quãdam prçdurã diſpoſitionem,et quç difficulter ſanari poſſit,in oculorum tunicis derelinqui.Cum igitur iſta nouiſſem,atq; animaduerterem humorem influentem nõ paucum, et for titer acrem,ac calidum,primum fomento utendum cenſui,experientiç gratia, tanq̃ ex ea certius cogniturus qualis nam foret diſpoſitio. Solet enim in his fomentum uſque ad aliquid dolorem mollire,ſed alteram fluctionem aduocare. Qua enim ra- tione poteſt id quod in oculis continetur diſcutere , eadem etiam alteram ex uici- nis attrahere.Verum q̃ primum,et aquam calidam,et ſpongiam afferri iuſſi. Aeger ipſe ſe dixit expertum eſſe tota die idem remedium,primum quidem dolorem mi- nuere,ſed paulo poſt maiorem facere, quç ego cũ audiſſem medicum ocularem di- miſi,pollicitus ipſe expectare,et çgrum abſque medicamento frigido a dolore libe rare . Cum autem ſolo balneo uſus eſſem, ita dolorem ſedaui, ꝙ tota nocte dormi- uit çger,et neque ſemel aliquem qui iuxta dormiebant aduocauit. Ab hinc in reli quis inquibus per ſigna cognoui,influere quidem humores acres ad oculos, non ta men corpus eſſe plenum,balnei uſu dolorem ſanaui.Alium autem quendã adoleſcen tem qui iam pluribus diebus inflãmationem patiebatur in oculis rura colẽtem, nõ prope ciuitatem uidi, poſtmodum quoniam paſſio perſeuerabat cum ad ciuitatem ueniſſet ſqualidos habentem oculos,ſed ualde tumidas, ac plenas ſanguine eas, quç in ipſis uenas erant,cui iuſſi,ut ſe lauaret,ac potu uteretur meratiore, et ita ſe ſopo ri traderet.Et quidem ſomnus ipſum ꝓfundus inuaſit,et mane ſine dolore ſurrexit, mihiq; prçbuit audaciam in quibus ſanguinis copia craſſioris in oculorũ uenulis continetur ſine plethorica in tota corpore diſpoſitione,uini potione diffundere ſan guinẽ,atq; euacuare potẽte,et ſui motus uehemẽtia obſtructiones apire. Hçc igitur ſunt fortia remedia doloris oculorũ.Securiſſimũ aũt fomentũ eſt et omnino aliquã afferens utilitatem,uel tãq̃ ſignum ad dignotionem, uel tanq̃ cauſa ſanitatis oculo- rum. Quando enim nihil omnino influit in oculos, fomentum diſſoluens eam quç in ipſis continetur ſuperfluitatem eis ſanitatem reſtituit. Cum uero adhuc influit, cum primum adhibetur ſuo calore, aliquod affert mediocre leuamẽ, ſed paulo poſt dolorem auget,et tunc fit ſignum dignoſcitiuum,ex quo nos diſpoſitionem comprç hendentes,ad totius corporis euacuationem peruenimus,ipſo quidem ſanguine re- dundante,per uenç ſectionem,ſed malitia humorũ infeſtãte,per purgationem, neq; enim eſt difficile admodum diſtinguere alteram ab altera. .xxxii.

Icuti pſelixeſthę,ideſt balbutire linguę uitium eſt nō uocis,ſic et traulizin,
f eiuſdem uerbum ſignificationis,in ſermone gręcorum nō potente lingua exquiſite eas dearticulare uoces quę per,t,et,r,proferuntur,qualis eſt hęc ipa traulosis,et hę alię ſimiles,trechi,tribi,trachy,trocos,tripheros, et quęcnnq; alię tales.Hę ſi quidem omnes exigunt linguam ſe ampliantem,ac prioribus dentibus initentem.Quando igitur in quibuſdam fuerit imbecillior,peius firmatur,et ſonum, t,et,r, neqꝫ dearticulare, ſed ad,t,et,l,facile labitur. Hoc autem et ei poteſt accidere quoniam ſit breuior, q̄ ipſi conueniat,quod rariſſimum exiſtit.Sed et quia molliorē, atq; humidiorem habet temperaturam,quam ob cauſam et pueri, balbutiunt cum tale ipſis contingat, quale etiā in ambulatione,nam et hanc nōnulli eorum neq; omnino habent,.nōnulli uero non ſufficienter,cum crura nequeāt in eis propter mollitiem firmiter ſtabiliri.Quibuſdā uero eorum etiam ętate integra,cum in loquendo laborauerint,balbutire cōtingit, ſicuti et illis qui plurimum tibia cecinerint,et quibus uires ex morbo ſunt debilitatę,ſicuti et quibuſdam quibus lingua eſt uehementer exiccata.Verum ſiccitas tāta nulli ineſſe poteſt qui habitum ſeruet naturalem,atq; ideo ſolius humiditatis imodicę eſt caſus in his qui natura balbutiunt id linguę detrimētum, cum eius muſculi nequeāt firmiter ſtabiliri, quod eis pōt accidere,uel ꝑꝑ ſuam, uel ꝑꝑ neruorū imbecillitatē,quos uidelicet a cerebro ſuſcipit.Quare et ebrii aliquādo balbutiūt, tū quia multa humiditate ꝑfunditur cerebrū, tū qa etiam ab ipſius multitudine ꝑ grauatur.Cōtinget igitur his qui ſunt balbi natura alterū horū,aut cerebrū habere humidū,uel linguam,uel utrūq;. Et cerebro quidem talem ſortito tēpaturā defluere ab eo multas par eſt humidas ſupfluitates,atq; inde fluētes in uentrē ſuſcipi. Vnde et lōgis ꝓfluuiis hō capitur.Lingua uero admodū humida ex natura exiſtēte, et uētriculū talē eē par ē,ut q alterā ſui tunicā cōem habeat ad linguā, ibecillis aūt ex humiditate uētriculi propria paſſio eſt diuturnum profluuium. .xxxiii.

.xxxii.

b BLbi ab alui profluuio maxime capiuntur, .xxxiii.

q Vi acidum eructant non ualde morbo laterali corripiuntur. .xxxiiii.

q Vicunq; calui ſunt, his magnæ uarices non fiunt. Quibus uero caluis uarices magnæ ſuperueniunt, hi rurſus capillati fiunt.

Cidum eructantes,hoc eſt acidū ructū habentes, raro inqt capi a morbo la
a terali.Nam quod dicitur, nō ualde,idē oſtēdit qđ raro,nō nullo modo,ut quidā libri expoſitores ſcripſerūt.Dictū aūt a nobis eſt ubi de morbo laterali ſermonē habuimus,ꝙ hic qdem una cū flauis, ac ruffis fit ſputis ex bilioſis humoribus ortū habens.Hic uero cū ſpumeis ex pituitoſis,ſicuti q cū nigris fit ſputis, ex melācholicis,q uero cū rubeis ex ipſo ſanguine.Eſt.n.hic morbus, iflāmatio mēbranę,quę ſubcingēs nominatur,adueniēs.Cū uero unaquęq; inflāmatio ex alicuius humoris fiat ſupabūdantia,ſecundū eius naturā,et ſputi ſpecies morbo laterali laborātibus aduenit,et ſpes ſalutis,ac mortis habetur.Nō ęque aūt mēbranę,ac pulmo ſūt natura aptę humores ſuſcipe,dēſa ſi qdē eſt mēbranarū ſubſtātia,pulmo uero parte in oi rarus,ac laxus.Quare huic quidem prōptum eſt oēs ſuſcipere humores.Membranę aūt ſubcingenti plus bilioſos.Ob hanc igitur cauſam qbus pituita natura ſuperabūdat,raro a morbo laterali corripiūtur,ꝓſertim ſi ſalſedinē, atq; acritudinem aliquā ſibi adiūxerit.Talis.n.inteſtina mordens irritat ad deiectionē in qua contingit nō ſolam pituitā,ſed plures alias etiam ſuperfluitates excerni.Dicebat uero ipe in libro de aere,et aqua,et locis,eos qui habent uentrem natura humidum minime morbo laterali,atque aliis morborum generibus corripi. .xxxiiii.

Vādo i uiri ſapiētis libro ſermo iuenitur aliqs maniſeſtū habēs mēdaciū,nō
q ſine rōe legētes cōtingit dubitare,et primū qdē ſibi ipſis diffidere,qſi neq; illa quę ſint manifeſta noſcentibus , deinde ſuſpicari ne quod falſum fuerit

405

interiectum. Quis enim neſciat caluicium eſſe paſſionem inſanabilem?Sed neq; uerum ꝙ magnę uarices caluis nūq̃ adueniant,ſicuti neq; ꝙ uaricibus aduenientibus caluicies ceſſet, niſi forte,ut nōnulli inquiunt,uocatum a medicis capillorum defluuium caluicium nominet.Illud enim cū a uitioſis humoribus,ſicuti quę Ophiaſis, et alopetię,paſſiones capillorum nominantur a gręci, generetur,cum iidem humores ad crura decumbūt,poſſunt uarices facere,et capillos reſtituere. Si enim prius a uitioſis humoribus corruptiſ eorum radicibus corrūpi contigerat, nūc fit ueriſimile,ut eiſdem humoribus alio tranſpoſitis ad primā naturam capilli redeant. .xxxv.

.xxxv.
QVA intercutem laborantibus, tuſ
a ſis ſuperueniens malum. .xxxvi.
Ifficultatem urinæ,uena ſecta iuuat,
d ſecare uero interiores. .xxxvii.
B angina habito, ſi tumor fiat in col
a lo bonum. .xxxviii.
ANcros occultos omnes melius eſt
c nō curare.Curati enim cito pereunt,
non curati uero longius tempus per
durant.

Vperuenire paſſioni
f bus alias paſſioneſ,et
caſus, priſci medici dicere cōſueuerunt quęcūq; ipſius paſſionis adauctę ratione cōtingere cōſueuerūt. Talis .n. eſt Praxagorę liber de ſupuenietibus inſcriptus. Sic autē et nunc de tuſſe dictum eſt.Neq; enim cum ex alia fit occaſione in homine aquam intercutem patiente tuſſis ſignum eſt exiciale, ſed quando ipſius morbi ratione. Cum enim in paſſione tali aquoſa humiditas tantum adaucta fuerit,ut iam aſperas occupet arterias,deinde ſupuenit tuſſis,pículū iminet ne homo haud ita multo poſt ſtrāguletur. .xxxvi.

Ic ſermo uerus non eſt niſi, et,cōiunctionem aſſumpſerit,ita ut aphoriſmuſ
h talis fiat. Difficultatem urinę, et uenę ſectio ſoluit. Re uera.n.et uenę ſectio
ſoluit difficultatem urinę,illam uidelicet,quę pp inflāmationem,et multitudinem fit.Quod aūt dicitur ſecare uero interiores,ſi de uenis manuū dicitur,caret ueritate,neq; confeſſum Hippocrati.Videtur ſi quidē in omnibus libris ſuis in partibus quę ſupra hepar ſunt ex manibus ſanguinem mittere.In iferioribus uero eas quę in genu,uel talo ſunt,ſecari iubet.Si uero de his ipſis ipſum dixiſſe arbitretur. Secare aūt interiores,hoc dictū paruā uim habet.Ab una.n.ambę naſcūtur,cū ea q̄ in genu eſt trifariā diuidatur,quoniā et una uena ad hoc peruenit mēbrū, nō ſicuti ad manū duę.Melius itaq; ſit et hūc aphoriſmū unū ex adiectis opinari. .xxxvii.

Ermo uerus eſt,et cauſa in promptu,ſi quidem ex intimioribus, et princi
ſ palioribus partibus,paſſiones confert ad cutem transferri. .xxxviii.

Ccultos Cancros dixit,uel eos qui ſunt ſine ulceratione,uel abſcōditos, hoc
o eſt non apparentes,quod rurſus idē ſignificat,ac ſi diceretur,qui in ꝓfundo
corporis ſunt.Sed et curare duplex eſt.Vnū quidem oia agere, ut particula patiēs ad ſanitatem perducatur,alterū aūt eam adhibere prouidētiam quę paſſioni congruat,hoc eſt ipſam mollire,ac mitiorē facere,et tum pręcipue, cū adeſt exulceratio.Tūc.n.ē neceſſariū,ut ſi nō aliud agamus,ſaltē ſaniē abluamus,humido aliquo utentes,nō quocūq;,ſed uel ꝑ expientiā, uel ꝑ indicationē inuēto, qđ neq; putrefacere,neq; irritare partē patiētem ſit natura aptū.Ab hac igitur curatiōe, neq; abſiſtere cōuenit,neq; illi ꝗ ſunt ſine ulceratione Cancri indigēt ea. Aliā uero quę fit per ſectionem,uel uſtionē,q̃ ſola ſunt remedia Cancrorū,cōſulit ut in Cācriſ occultis nō adhibeamus.ꝙ igitur illi ꝗ ſūt in ꝑtibus penitioribus talia remedia nō deſiderāt,et expiētia docet.Eqdē ſcio oēs ꝗ huiuſmodi Cācros curare tētarūt,magis illos irritaſſe,et breui hoies iteremiſſe.Nā et ꝗ Cācrū in palato cōſtitutū, et i ſede,et i ſinu muliebri,uel uſerūt,uel ſecuerūt,nō potuerūt ulcera ad cicatricē ꝑducere,et homineſ i cura afflictos, ac maceratos, uſq; ad mortem pertulerunt,quo ſi nullam curationem adhibuiſſent longiori tempore uitam cum minori moleſtia tranſegiſſent.Tales igitur Cancros nullo modo curare tentemus.Ex eis uero qui in ſumma parte corporis

hęrent,illos tantummodo,quos poſſumus una cum radicibus ipſis,ut quiſpiam di/
xerit,reſecare. Neque enim malum eſt,ueluti radices quaſdam Cácri,nominare eas
quę plenę ſunt ſanguine melancholico uenas,et uſq; ad loca circũſtantia diſtendun/
tur.Multi.n.magnę autoritatis medici,neq; hos manus opera curari permittũt. Sed
illos tantum qui exulcerati,ſimulque laborantes moleſtant,adeo ut ipſi ultro manu
curari deſiderent,et ſimul ſunt in talibus partibus ſiti,quas poſſumus una cum ra/
dicibus reſecare,et exurere. .xxxix.

c ONuulſio fit, uel ex repletione, uel
inanitione,ita uero et ſingultus. .xl.
q Vibus dolor circa ilium fit abſque in
flammatione, his febris ſuperueniẽs
morbum ſoluit.

Quidam uero neq; hos amo
liri permittunt, ſed omnino
abſiſtendum conſulunt a re/
mediis potentibus in omni
natura Cácri. Qđ uero Hip
pocrateſ nũq̃ conſuluiſſet cu
rare potenter Cácros in par
tibus corporis penitioribus
conditos,ex ipa paſſionis natura licet coniectari.Si uero et eos qui in ſumma parte
corporis hęrent,abſq; ulcere incertum eſt, quantum ex uerbis aphoriſmi cóiici po
teſt. Ipſum uero ſcripſerunt Artemidori, et Dioſcoridis ſectatores, uſq; ad ea uer/
ba.Non curare melius eſt. .xxxix.

Onuulſio,ut et ipſum indicat nomen conuulſis fit ad propria capita muſcu
c lis,ut autem clarius diceretur reuulſis,ſicuti etiam eſt motus eorum ſecun
dum naturam,uerum hic haud quaq̃ fit ſine animalis appetitu. Cóuulſio au
tem paſſio eſt inuoluntaria ad ſimilem uenientibus neruoſis partibus in eis diſpo
ſitionem,quam etiam in mollibus factis ſecũdum appetitum aſſumpſerũt. Nam ex
repletione fit,ſicuti etiam in excedentibus ſecundum humiditatem aeris ambiẽtis
conſtitutionibus accidit chordis.Nam et propter hanc cauſam ſępe rumpũtur. Sic
aũt et in ſicciorıbus conſtitutionibus afficiuntur,nam in ſe ipſas colliguntur, ac cõ
uelluntur omnia neruoſa corpora uiolentius exiccata,ſicuti quę ad ignem lógo tem
pore lora calefiunt,ſimile quid patiuntur,et quę ſol ęſtiuus exiccauit. Cóuulſio igi
tur non abſq; ratione a contrariis fit cauſis,ſingultus uero concedatur conuulſio ſto
machi nominari,quãdo aliud fuerit ſermonis propoſitũ.Quádo uero hoc ſolum ſtu
duerimus,ut paſſionis ſubſtantiá cognoſcamus, melius fortaſſis fuerit non cóuulſio
nem nominare,ſed quẽdam motũ eiuſdem cũ uomitibus generis,intentũ aũt et illo
uehemẽtiorem.Ná ſtomachus appetens eorũ aliq̃d quę in ipſo continẽtur expellere
ad duos mouetur caſus,uehementiorem quidem in ſingultibus, mediocriorẽ illo in
uomitibus,ſꝛ quidẽ in uomitibus appetit ea tantum,quę in uẽtriculi ſpacio latiori
continentur expellere.In ſingultibus autem,et ea quę ſunt in ipſius ore penitiora.
Per ſtomachum nunc a me intellexeris,non ſolum eum qui ita proprie nominatur,
ſed et uentriculi os. Quę enim in hoc continentur ipſo appetente uentriculo expel
lere,ſingultus fit,Qđ uero eorum quę difficulter excernuntur, et quę ueluti abſor
ſerit uentriculi os fiat per ſingultus excretio,diſcere licet, ex his quę quotidie eue
niunt,omnibus fere,uel magis,uel minus.Si enim ſolum quid acutum,ueluti Piper
deglutierint,ſiue cum melle,ſiue aliquo alio,poſtea uinũ biberint aqua calida tem
peratum ſtatim ſingultiunt,calore quidem potuſ piper ad interiora deuehente,eiuſ
uero acutie uentriculum moleſtante.Vnde conatur motu uiolentiorẽ rem infeſtan/
tem expellere.Oſtenſum eſt in libro de cauſis caſuum,ꝙ et tuſſis,et ſternutio,et ri/
gor ex talibus motibus ſint. .xl.

Eqtur qdẽ et ad morſus dolor,ſed cóſueti ſunt morſus noie, nõ doloris tales
ſ caſus appellare. Fit aũt dolor pp quãdã ſimilẽ inflámationi diſpoſitionẽ. Sic
aũt noiata ẽ,quoniã et Eryſipelata dolor cóſeqtur. Quádo igitur nó ob talẽ
diſpoſitionẽ dolor iliũ occupauerit,et morſus ſenſus abfuerit, relinquitur ut dolor
fiat,uel propter obſtructionem,uel propter ſpiritum flatuoſum, uel aliquam intem
periem inęqualem quę febrilis calor aptus eſt natura ſanare, hęc quidem incidẽs,
extenuanſ,atq; diſſoluens,hęc uero ad tẽperaturę ęqualitatem perducens. .xli.

Vplex eſt huius loci ſcriptura, et duplex expoſitio, et utraqꝫ non caret ratio
d ne. Nam et propter puris craſſitudinem, et propter loci, ſępius occultatur puris in aliquo loco comprębenſi notitia. Recte ergo nonnulli ſcripſerunt. His pp loci craſſitudinē, nōnulli uero. His pp puris craſſitudinē nō innoteſcit. xlii.

Orbum regium hoc loco dicit, qui fit ex hepatis inflammatione, tunc enim
m duricies oſtēdit σκίρρωσιν, ideſt tumorem prędurum, uel inflāmationem in

.xli.

VIBuſcunqꝫ ſuppuratio in corpore
q exiſtens non inoteſcit, his ob craſſitudinem puris, aut loci, non innoteſcit. .xlii.

ORbo regio laborantibus, ſi fiat he
m par durum, malum. .xliii.

Vicunqꝫ lienoſi a difficultate inteſti
q norum capiuntur, his ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum, aqua intercutem, aut leuitas inteſtinorum aduenit, et moriuntur. .xliiii.

Vibuſ ex ſtillicidio urinæ ileos super
q uenerit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, ſatis urina fluxerit.

hepate exiſtente, quemadmodum et ſine hac cōtingit quidem aliquando, propter eius obſtructionem morbum regium aduenire, contingit et ipſa natura quādoqꝫ per modū criſeos ipſum humorem exuperantem in uenis cōtentū, ad cutē expellente. .xliii.

Portuit hunc aphori
o ſmum illi pręordinari in quo dicit. Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniēs bonum. Sed his quidem inter ſequentes ſcribitur poſt quatuor alios intermedios. Nobis autem neceſſarium iam ipſius meminiſſe. Quicunqꝫ enim lienoſi ſunt, hoc eſt qui durū habēt lienem, his ſuperueniens difficultas inteſtinorum ſoluit diſpoſitionem, quando ſcilicet ratione tranſpoſitionis, atqꝫ euacuationis humorum craſſorum, ac melancholicorum lieni inſertorum euenerit. Sed quoniam ſępius huiuſmodi euacuationes ultra modum extenduntur, et noxię ſunt laborantibus, cōuenienter Hippocrates, quem finem habeat imoderata difficultas inteſtinorū, oſtendit, quę talibus aduenit diſpoſitionibus, lęſis ſi quidem inteſtinis a trāſitu uitioſorum humorum, et uis eorum laborat, et temperies natiui caloris aboletur, ob hāc igitur cauſam, et aqua intercutem, et leuitas inteſtinorum, ſuperueniūt. Leuitas quidem inteſtinorum, ex ſola inteſtinorum lęſione. Aqua uero intercutem, pp hepatis compaſſionem, atqꝫ lienis, et omnis uenoſi generis. .xliiii.

N ileo nihil exit inferius, neqꝫ ſiquis acerrimo utatur clyſtere. Vomitus au
i tem ſtercoris aduenit hiſ qui exitialiter ſe habent. Qd' igitur intercluſa uia exitus hęc paſſio fiat, et qꝫ in tenuibus inteſtinis, non autem craſſis, omnes fere fatentur, et quidem qꝫ propter inflāmationem, et propter obſtructionem ſtercoris ſicci, uel humorum craſſorum, atqꝫ tenacium, dictum eſt a pluribuſ. Mihi uero uidetur inflāmationem, uel durū tumorem, uel abſceſſum, tantam facere poſſe loci anguſtationem, ut nihil poſſit ad inferiora tranſmitti. Qd' autē humores craſſi, atqꝫ tenaces in cauſa ſint, non admodum mihi uidetur probabile. Verum et hoc ſi libeat ponito, et ſi quid aliud dicatur pręter hoc. Verū quod uidetur omnibus, qui aphoriſmos expoſuerunt, admodū mihi uidetur difficile creditu. Aiūt. n. qꝫ ueſica inflāmata, anguſtia loci facta, ex compreſſione in inteſtinis paſſionem affert, quę ileos nominatur. Ego uero multos me puto in tota uidiſſe uita, nonnullos tantum periclitātes, non paucos uero etiam mortuos, non potentes mingere, quibus tunc manifeſte omnibus ſecundum propriam circunſcriptionem plena ueſica apparebat, adeo qꝫ ſupra modum erat extenta, et dolor, ut par eſt, inde accreſcebat quorum tamen nullus factus eſt ileoſus. Quomodo igitur quiſpiam unq̄ perſuaderetur, ob ueſicę inflammationem anguſtiore facto inteſtino, ileon prouenire? Non magis ſane q̄ ex tumore uteri in muliere grauida. Atqui uſque ad ilia eius tumor extenditur, et magis

premere poteſt, atque anguſtare inteſtina tenuia, ueſica uero ſi in tumorem attollatur, ſolum poteſt rectum premere inteſtinum. Quidam uero etiam dicũt abſurdius ꝙ febris ſupueniens conferat ileo. Nã febris quidem in inflãmatione ueſicę nõ abſq; ratione fieret, quin quanto illa maior, ac grauior, tantum augeri febrem contingeret cum caſus ſit inflãmationis. Ileos uero ut ipſi aiunt ex inflammatione ortum habuit, et unam tantum ſpem habet ſolutionis, inflammationis ceſſationem, cum qua etiã febrẽ ſedari eſt neceſſariũ. Bonum igitur ſignũ ſolutionis earũ quę ſunt in ileo paſſionum, eſt febris, uel remiſſa, uel ſoluta. Neque uero ſignum, neq; cauſa bona, ipſa, uel ſuperueniens, uel aucta. Nouimus. n. ſolum illis morbis conferre febrem, qui ex frigiditate fiunt, aliquando ſola, aliquando cum humoribus crudis, pituitoſis, et flatuoſis ſpiritibus. Melius itaq; ſi fateamur nos ignorare quę in hoc aphoriſmo Hippocrates dixerit. Neq; enim ratio eorum indicat ueritatem, neque experientia docet. Tertium autem nihil habemus ad fidem, ſi unq̃ talis ęgrotus ſit uiſus, aut ab Hippocrate, aut ab aliquo alio, neq; enim, neq; ſi legitimus ſit hic aphoriſmus, habeo dicere. Multitudinem igitur humorum crudorum una cum multa frigiditate, melius eſt talium in ileo caſuum qui dicti ſunt cauſam arbitrari. Sic enim tantummodo febris eſſet medicina diſpoſitiõis, et retentarũ urinarum euacuatio. Sic enim conſueuere craſſę, et plurimę, atq; omnes ſimul ipſis concoctis euacuari. .xlv.

u LCera quæcunque annua ſunt, aut etiam diuturniora, os abſcedere eſt neceſſarium, et cicatrices cauas fieri.

.xlv.

audiendum eſt,ſicuti in his de quorum uitio renali non ambigitur,non paſſionis genus,ſed acutiem dignoſcente,ac ꝑdicente in hoc aphoriſmo Hippo. Vel ꝑ uerbo, nephritica,qđ ſignificat uitiũ renũ,ſcribẽdum eſt phrenitica,ſicuti qdã ſcripſere expoſitores. Atq neq; hoc ſolius phrenitidis ſignũ exiſtit,neq; ſimplicis, neq; incẽdentis,ſed cuiuſcũq; febris colliquãtis. Quod uero,totũ ſimul,ſermoni adiectũ eſt, põt et breuitatem tẽporis ſignificare,et nihilominus põt et loci. Quod.n.adſtrictũ ẽ,et in ſe ipm contractũ,ſimul totũ nominamus, cõtrariũ exiſtens diſtracto,atq; diſperſo. Hęc igitur uſq; ad hoc etiã a noſtris ꝑceptoribus fuere interp̃tata. Qđ uero mihi uidetur,iã dicã. Simul totũ,ſermoni adiectũ mihi uidetur đ tẽpore dictũ,atq; iõ adipiſ renũ oſtẽdere colliquationẽ. In aliis.n.partibus corporis adipes colliq̃ti paulatim , et nõ uniuerſim cũ uria exeũt, primũ colliquatione participata a uenis illi uicinis,deinde ab hiſ q̃ cõtinuãtur,et rurſus ab aliis,et aliis,donec ad renes ꝑueniat. Adipis uero circa renes colliquati tranſũptio ad urinas celerrima ẽ,et nõ paulatim, ſed ſimul tota fit,atq; iõ i renibus ipſis diſpoſitionẽ eſſe mõſtratur,cui rei et expientiã inuenies,ſi diligentius aiaduerteris cõſentientẽ. Cũ uero duplex ſcriptura ſit,in qbuſdã qdẽ exẽplaribus epiſtaſis.i.inſidens,in quibuſdam uero ſubſidẽs,ſcribitur. Primam dicimus eſſe uriorẽ. Inſidet. enim ſemper quod pingue eſt et non ſubſidet,et quidem prioris aphoriſmi, dictiõi magis conſonat iſta ſcriptura. In illa enim Hippocrates dixit. Quibuſcunq; aũt in urinis bullę inſident, morbum renalem, et longum ſignificant. Conſentaneum igitur ei quod dixit inſident,quod deinceps dictum eſt. Quibus inſidens pingue, et ſimul totum,his renum uitium,et morbum eſſe acutum ſignificatur.

.xxxvi.

QVibus autem morbo renali laborantibus,prædicta accidunt ſigna,doloresq; circa ſpinæ muſculos fiunt, ſi quidem circa loca exteriora fiãt, abſceſſus quoq; exterius futuros expecta , ſi uero dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abſceſſus expecta futuros interius. .xxxvii.

QVicunq; euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem ſalutare,ſi uero cum febre , malum. Curare uero acerbis, et refrigerantibus.

.xxxvi.

IN prioribus quidem aphoriſmis ſigna docuit per quę renũ uitia poſſemus dignoſcere,in hoc uero de his docet quos longo tempore ſcitur morbo renali laboraſſe, inquiens in ipſis futurum abſceſſum dolore, cum ſignis ꝑdictis antea ueniente, hoc eſt circa muſculos, quos et ſpinę muſculos, et ſpinales medici nominant. Duplex autem eſt horum muſculorum genus,unum quidem retro ſub cute,totam ſpinam utrimq; complectens, alterum uero in partibus anterioribus, non per totam ſpinam extẽtum,ſed ſolũ p partes ad lumbos attinẽtes. In utris autem horum ſe firmauerit dolor,illic quoq; abſceſſum futurum expecta. Nũquid uero renibus ipſis ſuppuratis,aut ſolis muſculis, aut aliquando utriſq;, nondum pręfiniuit. Experientia uero hęc omnia fieri oſtendit,nam et muſculi ſoli nonnũq̃ hoc patiuntur,interiores ſcilicet,et anteriores,uel poſteriores, et exteriores , et ſine muſculis renes,nõnũq̃ introrſum,nõnũq̃ extrorſum uergente in ipſis abſceſſu.

.xxxvii.

VOmitus quidem fit e gula,et uentriculo,cum tuſſi autem expuitur ex aſpera arteria,atq; pulmone relata. Quidam uero huius libri expoſitores aiunt ſub uerbo euomunt compręhenſos eſſe,et illos qui ex aſpera arteria,atq; pulmone ſanguinem educũt. Atqui ſalubrem eſſe hanc paſſionem, hoc eſt curari poſſe, quando ęgri non febricitauerint, haud quaq̃ uerum. Si enim uel q̃maxime abſque febre ex pulmone cum tuſſi ſanguinem emiſerit, periculum imminet, ne curatio fiat, et ſi perdurauerit caſus, omnino poſtea febres ſuccedent. Ob hoc igitur melius eſt, ut audiamus uerbum , euomunt, in proprio accipi ſignificato . Conſiderare autem , atque diſtinguere , et quod periculo uacat in ipſo , et quod eſt cum periculo ex febris pręſentia, uel abſentia, nam qui febre uacant, liquet nullam adeſſe

inflammationem in loco unde emittitur ſanguis. Quare uel alicuius uaſis ore ad/aperto fit ſanguinis uomitus,uel cum ulcere quidem, ſed ſine inflammatione. Cu/rantur aũt quę ſunt abſq; inflãmatione ulcera facile acerbis. Quęcũq; uero cũ inflã matione ſunt,ac febribus ne dũ curari poſſint, neq; in eadem poſſunt magnitudine permanere, ſemper enim maiora fiunt,ac maligniora. .xxxviii.

Entrẽ ſupiorẽ nũc noiat,q a thorace pſinitur, qnẽ pulmo obtinet, atq; iõ a ca

u pite diſtillatio fertur p aſperã arteriã. Sup puratur aũt magna ex pte in uiginti diebus, et nõ ut mul ti ſcribũt in uiginti duobus. Semp .n. Hippo.diem uigeſi mũ iudicatoriũ facit nõ uige ſimũ ſecundũ, quẽadmodum in libris de diebus iudicato riis oſtẽdit. .xxxix.

N oibus fere exẽpla/

i ribuſ hic aphoriſmuſ ſcriptus eſt. Eximere ãt oportet pp alterũ q prius eſt dictus, quẽ nos expoſui/mus in quarto horũ cõmẽta riorũ p hęc uerba ſcriptũ. Si ſanguinẽ mingat,ac grũmos, et urinę ſtillicidio laboret, et dolor iciderit in imũ uen trẽ,et pectinẽ, q̃ ſũt circa ue ſicã male ſe habent. In pposi to ãt aphoriſmo ẽ ultia ſcrip tura duplex,una q̃ ãtea ſcripta fuit,altera talis. Veſicã male ſe habere ſignificatur.xl

.xxxviii.

Iſtillationes in uentrem ſuperiorem

d ſuppurãtur ĩtra uiginti dies. .xxxix.

I qs ſanguinẽ mixerit,et grũmos, et

ſ ſtillicidio urię laboret,et dolor ĩcide rit ĩ foemur,et imũ uẽtrẽ,pectineq;,q̃ circa ueſicam, male ſe habere ſignificatur. .xl.

I lingua repente incõtinens fiat,aut

ſ aliqua parſ corporis ſtupore elãguit, tale eſt melancholicum, .xli.

I timor atq; moeſtitia longo tempo

ſ re hominem habentes perſeuerauerint,tale ẽ melancholicum. .xlii.

ſ I ſenioribus ſupra modũ purgatis,ſi gultus superuenerit,nõ bonum.xliii

s I febris non ex bile habeat, multa a/qua calida capiti superifusa,solutio fit febris.

Ncõtinẽtẽ qdẽ noiat linguã q̃ infirma ẽ,ita ut nõ poſſit integre dearticulare

i uocẽ,aut imobilẽ,et oio reſolutã. Stupore aũt elãguẽs aliqd corpis qd reſolu tũ ẽ.Cur uero hęc repẽte facta,dicat eẽ melãcholica ignoro. Melãcholię.n.in cuius nomine oẽs gręci conſentiunt recte ab ipſo talia indicia ſunt dicta. .xli.

Liter ãt et melãcholicas dicemus eẽ paſſioẽſ,Cãcros,Elephãtes,adhuc ãt Sca

a bies,et Lepras,et Vitiligines nigras. Sed neq; ullã aliquã taliũ paſſionũ, neq; illã q̃ ab oibus noiatur melãcholia,linguę incõtinẽtia uidetur antecedere, ſi cuti neq; alicuius ptis ſtupor. Quare ſupeſt ut dicamus,ꝙ quẽadmodũ quartãi cir cuitus cã ẽ humor melãcholicus,ſic et dictarũ paſſionũ, et linguę intempati, et ptis reſolutioĩs. Et fieri põt ꝙ pp humoris craſſitudinẽ tales paſſioẽs cõſequãtur,quales ex craſſa,et lẽta eueniunt pituita. Nõ igitur dicemus ſimpliciter utrũq; dictorũ eẽ melãcholicũ,ſicuti neq; pituitoſum ſimpliciter,ſed pituitoſum ſimul,et melancho/licũ. Additũ ãt ẽ ſermõi aduerbiũ,repẽte,pp mala q̃ paulatim fiũt,ſicuti ex inflãma tione duritiem admittente,et intemperatura difficulter ſolubili. .xlii.

Ois ẽ hic ſermo ſcđm utrũq;,et q̃tẽus oib⁹ ſupra modũ purgatis,nõ ẽ bonus

c ſigultus, et q̃tẽus ſenioribꝰ oia mala peiora fiũt pp ętatis ĩbecillitatẽ. .xliii.

X hoc ſermõe manifeſte declarat nõ oẽs febres ex bile fieri. Oſtẽdit aũt ꝙ re

e liquę omnes exceptis his quę ex bile factę ſunt, aqua multa capiti ſupinfuſa ſoluũtur. Secundum hunc ſermonem igitur in primo libro epidemiarum de Melitone ſcripſit,balneis uſus ſupra caput, febres ſi quidem quę ab exuſtioẽ,ac fri giditate factę ſunt,a talibus balneis utilitatem ſentiunt, et nihilominus quę ex laſſi tudinibus fiunt, nihilominus et quę propter foraminum anguſtationem, ſiue pro/pter obſtructionem, ſiue ob clauſuram fuerint anguſtata. Reſpicere ſi quidem per ipſa oportet, et diſſolui calorem febrilem. Non tamen ubi inflammatio aliqua, aut

abſq; inflãmatione humoris putredo igneum calorem accenderit, balneę utiles ſunt anteq̃ noxii humores euacuentur, aut conquoquantur. Verũ tales morbos, aut laterũ inflãmationes, aut pulmonis, aut hepatis, aut lienis antiqui nominabant, uolenteſ febré nõ eſſe morbũ ipm, ſed caſum morbi, In qbus aũt ſine partis inflãmatione, q in uenis putrent humores febré accendunt, in illis ſolis dicebant hominem a febre moleſtari, et ipm a febre haberi. In illis aũt et febriũ ſcripſere differentias, Hepialon, et Lipyriã, Eloden, et Typhoden, Peſtilété, et Ardoré nominãtes. Hepaticam auté, febrem, uel lienoſam, aut pulmoniam, aut lateralem nemo dixit, adeo ꝙ nunc ſermo ab Hippo. habetur de febribus ipſis quę ſunt abſq; partium inflãmatiõe. Indiuerſis uero exéplaribus, non aqua, ſed ſudor ſcribitur, talem habente ſcriptura itellectũ. Si febris nõ ex bile habeat, multus ſudor a capite defluẽs febrem ſoluit, nõ ex ſolo capite ſudoré fundi dicẽre Hippo. ſed a prima parte quę ſubiicitur oculis de toto mõſtrante corpore. Quantũ igitur ad hãc ſcripturã attinet, hi qui ex bile febricitant, a talibus ſudoribus nihil iuuabuntur. Atq ſępius manifeſte ſoluũtur, et alię plurimę febres, et in qbus flaua bilis plurima eſt, Tercianę, et Ardores. Verior igitur eſt prima ſcriptura quę uerã docet curationé earũ febriũ quę ex dicto genere ſunt, quę uidelicet uel ob laſſitudines, uel exuſtiones, uel refrigerationes, uel oio cutis fiunt anguſtationes. Quod aũt a bile dicitur, et de rufa, et de atra bile intelligi poteſt, non tamen in his ſolis oſtendebamus, ſed et ob pituitam putreſcentem fieri febrem, et in hac ſola uidebitur aphoriſmus non eſſe uerus, niſi quis exiſtimauerit pituitę putrefactioné in humorem bilioſum cõuerti.

.xliiii.

m Vlier ambidextera nõ fit. .xlv.

q Vicunque ſuppurati uruntur, uel ſecantur, ſi pus purum fluxerit, et album, euadunt, ſi uero ſubcruentum, et feculentum, ac fetidum, pereunt. .xlvi.

q Vorum hepar ſuppuratũ aduritur, ſi pus purum fluxerit, et album, euadunt, in tunica enim his pus continetur, ſi uero qualis amurca fluat, pereunt.

.xliiii.

a Mbidexterum Euripides nominat ferrũ utrinq; incidens. Circũdextrũ aũt Homerus Aſteropęũ ambabus manibus ſimiliter utentem, ac ſi utrinq; dextrũ dixiſſet. Eodẽ mõ ambilęuũ Ariſtophanes in Tegenitiſ, utrinq; ſiniſtriũ, Hipponax ambidextrũ dixit in hoc uerſu. Ambidexter. n. ſum, et nõ aberrãs. Homines itaq; q ambabus manibus pro dextris utuntur, ſępius uiſi ſunt. Mulier uero nulla adhũc uſq; dié ob naturę imbecillitaté. Si. n. ãbabus manibus, ob neruorũ robur, ac muſculorũ qdã uiri utũtur, rationabiliter nulla mulier utetur q̃ ſatis habeat, ſi ſola dextra modice utatur. Amazonidas qdé ipſe inqt mãmã dextrã exurere ut plurimo aliméto ad manũ uicinã ꝑueniente, ei maior adſit uigor, ut quę et ipa ſit natura debilis. Quidam tamen aiunt ambidextram dictam eſſe quę parte uteri dextra genita ſit. Et his adhuc magis a ratione alienum aiunt de his qui Hermaphroditi nominantur Hippocratem fuiſſe locutum, ꝙ mari quidem pudendum inſit muliebre, mulieri uero uirile minime. .xlv.

ſ Vppurationes conſueuit nominare, nõ eas tantum quę ſunt in thorace, ſed in quauis alia pte ad pus alterata tubercula. Solos uero ꝑcipue oio ſuppuratos noiat qbꝫ iter thoracé, atq; pulmoné aceruarũ é pus, quos urere cõſuetos eẽ ueteres, diſcere licet, ex his q̃ dixit Plato comicus de Cineſia, hiſce uerbis. Poſt hęc cõcionatus filius Euagorę ex morbo laterali Cineſias aridus puris exps, calamacea gerens crura tabis procera plurimas iuſtus eſcharas ab Euriphõte in corpore. Qđ qdé pus album bonũ ſit, feculétum uero, et fetidũ malum, nemo ignorat. .xlvi.

ſ Pſe cãm dixit ob quã nõnulli pe͂ũt, q ita ſe habét, nõnulli uero euadũt. qbꝫ. n. i tũica é puſ nihil patiéte ſubſtãtia hepatis, ſaluãtur oés. qbꝫ uero uſq; ad carné hepatis corruptio ptigit, nõ abſq; rõe moriũtur. Qđ ãt ἀμόργην amurcã, gręci noĩent fecé olei, et ꝙ talé par é eẽ icoctã putrędiné hepatis, liq̃t unicuiq;. .xlii.

h Ic aphoriſmus mihi uidetur ex his unus eſſe,qui fuere interiecti,non conſentiens uni ex illis q antea ſcripti fuerũt,huic.ſ. Dolorem oculorũ meri potio, balneum,uel fomentũ,uel uenę ſectio,aut medicamentum ſoluit. Hunc itaq; aphoriſmũ in ſexto expoſui cõmentario, oſtenſis diſpoſitiõibus in quibus oporteat ſingula ad uſum afferre remedia.Propoſitus uero aphoriſmus in una uult diſpoſitione tribus uti remediis.Si quis igitur nos ſciat docere diſpoſitiõem,in qua tria hęc remedia conueniant,ei habebimus gratias.Quouſq; uero expoſuerint aphoriſmum quaſi legitimũ,nos uero non docuerint quęnã ſit diſpoſitio, eorũ expoſitionibus nullam pręſtabimus fidem,et ſi parum ſit ꝓbabile. Quę igitur dicunt qui oĩo aliqđ conantur dicere,ſunt huiuſcemodi. In quibus craſſum eſt id qđ ſuperabũdat, atq; ideo euacuatione indiget, melius putãt fundere prius, deinde ſecare uenã. Fuſile aũt fiet ſi ęgri uinũ biberint, et ſe balneauerit.Qui uero hęc aiũt, ꝙ nũq̃ expientia nouerint, illa quę dicunt ſciunt in artis operibus exercitati. Neq;.n. uinũ,neq; balneũ tolerat plethorica diſpoſitio,abſq; maximo detrimento.Verũ hęc auxilia ſunt ſanguinis craſſi in aliqua parte cõpacti, ſine totius corporis repletione. Sic igitur Aſclepiades utitur uino poſt totius corporis euacuationem pro remedio extentionũ . Si uero adſit in toto corpore plenitudo,prius diſrũpentur oculorũ tunicę inter bibendũ,atq; lauandũ. Quare ſi abſq; multitudine dolor fiat,pp obſtructioné,ac cõpactioné craſſi ſanguinis,recte qdé lauabũt,et uinũ dabũt,nõ recte aũt ſecabũt uenã.Si uero multitudo fuerit,recte qdé uenę utẽtur ſectiõe,nõ recte aũt lauabũt,et uinũ dabũt. xlvii.

.xlvii.

d Olores oculorum poſt meri potionem, et aquæ calidæ balneum, uenæ ſectione curato. .xlvii.

a QVA intercutem laborans,ſi a tuſſi habeatur deſperatus eſt. .xlviii.

u Rinæ ſtillicidium,et mingendi difficultatẽ,uini potio, et uenæ ſectio ſoluit,incidere autem interiores. .xlix.

a B angina habito,tumor, et rubor in pectore ſuperueniens, bonum, extra enim uertitur morbus. .l.

q Vibus cerebrum ſphacelatum.i. corruptum eſt, i tribus diebus pereunt, ſi uero hos euaſerint ſani fiunt.

e T hoc prius dictum eſt ab ipõ in hoc aphoriſmo.Aqua intercutem laborãtibus ſi tuſſis ſuperueniat malum. .xlviii.

q Vod quidé urinę ſtillicidium ſignificet urinę ſtillatim expreſſiõem, nomen ipſum oſtendit.Mingendi autem difficultas poteſt et quę cum dolore fit mictio dici,poteſt aũt et quę cũ difficultate aliqua, adeo ꝙ uix ueſica operetur. Vrinę autem ſtillicidium ipſius urinę acritudo facit,et potentię retentiuę in ueſica imbecillitas quę ob intemperaturam fit,pręſertim frigidam. Vrinę uero difficultatem,ſi quidem cum dolore fuerit inflãmatio, et abſceſſus, et ulceratio, et inęqualis intemperatura,et ſpiritus flatuoſus.Si uero motus difficilis aliquis,uel potentię imbecillitas,uel tumor cõtra naturam,ex omnibus hiſce diſpoſitiõibus. Frigiditatem quidé uini potio ſoluit, hoc eſt uel ſimpliciter uini potio,uel meratioris,et qdé talem inflãmationé, quę pp obſtructioné ſanguinis craſſioris citra multitudiné facta fuit.Illam uero quę cum multitudine fit inflãmationem,adhuc autem et aliam quę ſine defectu eſt,et cum potentię robore,uenę ſectio ſanat.De eo autem quod dicitur incidere uenas interiores,dictum eſt a me et in libro ꝓcendente,in quo hunc aphoriſmũ expoſui.Vrinę ſtillicidiũ uenę ſectio ſoluit,incidere aũt interiores. .xlix.

e T hic aphoriſmus ãtea dictus é.p hęc uerba. Ab ãgina habito tumoré fieri i pte colli ãteriore bonũ.Expoſui uero i q̃rto horũ cõmẽtariorũ. Hic igitur uidetur fuiſſe iteriectus uolẽte aliquo adiũgere,extra.n.cõuertitur morbo. .l.

ſ Phacelare oſſa ſępius dixit in libro de articulis,pro corrumpere,utẽs eo uer

bo,Hic uero non contingit cerebri audire corruptionem,cum adiectum ſit.Si uero has effugerint ſani fiunt. Si .n. ſphacelus eſt corruptio ſubſtantię uniuſcuiuſq; partis quę ſphacelari dicitur,non contingit hunc qui ita ęgrotet perſanari.Ne forte igitur aliq̃do abutatur hoc uerbo ad ſignificandū huius diſpoſitiōis incoeptionē,cum nōdū cōpleta ē. Talia.n.q̄dā etiam carnoſis partibus in Gangrenis accidūt,paſſione ob magnitudinē inflāmationis inſenſibilitatē quādā,atq; nigritiē,aut oio morticiniū colorē afferēte parti patiēti, dicentibus aūt nobis illos q in paſſionē incidunt,ad Gangrenam ire.Sicuti igitur Cāgrenā iā ita cōpletā, ut pars ſit iā emortua, ſanare ē impoſſibile,dū uero adhuc ſit, poſſibile eſt,ſic et ſphacelū,et q dē carnoſę ptis morticiniū quę ꝓuenit ex magnitudine inflāmatiōis,quā ꝓprie medici Gāgrenā nomināt.Hāc ēt gręci ſphacelum appellabāt,ſic igitur mihi uidetur, et Herodotus dixiſſe coxam Cambyſis ſphacelari,ſed et cerebrū ita qſpiā diceret ſphacelari tātūmodo,et qdem pp qd uelox ſit in ipo mors,manifeſtū,tāq̃ paſſione ptis principaliſſimę grauiſſima exiſtēte. Qđ ſi ęgri mors i tribꝰ primis diebꝰ nō āticipauerit,ſed ad diē q̄rtū puenerit ęger, ſpandū ē morbū declinare, et uires eē fortes,ita ꝙ ipm oio ꝓuincūt. .lI.

.li.

ſ Ternutamētum fit ex capite,calefacto cerebro,aut humectato eo quod in capite inani.Aer.n.intus contentus extra erumpit. Sonat autem quoniā per anguſtum ipſi eſt exitus.

t Ales ſermones duo ſignificāt,unū qdē in omni re ꝓpoſita uniuerſaliter dictum,ueluti hoc in loco de ſternutamentis, alterū particulatim, ueluti hic de ſternutamentis ex cerebro factis. Primus igitur ſermo talis erit. Omne ſternutamētū fit ex cerebro calefacto uel humectato,eo qđ eſt in capite inani. Secūdus uero.Sternutamentū ex capite eueniēs fit cerebro calefacto,uel humectato capitis inani,ꝙ uerius exiſtit.Non enim omnis ſternutatio fit calefacto cerebro,uel humectato in capite inani. Pēnis igitur qdā nares irritantes ſternutant.Sed et cū tuſſi ſpiritus deſubter ueniens ad naris meatus cā fit ſternutamēti.Pręterea opinari ſolum aerē q ex capite excernitur eē quod ſonat,eſt manifeſte falſum, nā liq̄do apparet deſubter ex pulmone elatus aer uniuerſim ſe cōprimēte thorace ſed et antecedēte inſpiratione fieri ſternutamentū,natura aggregante aeris copiā ad ſternutamenti generationē,his quę dicta ſunt adſtipulatur.Solū itaq; illud q̄đ habet ſuę generatiōis principiū naturā appetentē flatuoſum ſpiritū ex capite excernere,hoc mō fit,quem docere aggreditur aphoriſmus,neq; forte hunc oēm,nā ait humectato ſupfluū eſt ad ſternutamēti generationē.Si.n.et aliqs humor in capite ſupabūdat,nō facit ſternutamentū,niſi in uentū cōuertatur,et hoc manifeſte uidetur i multis,q copiā humoris p nares excernūt,et tamen ppea nō neceſſario ſternutāt.Soli.n.illi ſernutāt q ita affecti ſunt,qbus mordax ē ea q̄ a capite fluit humiditas,ceu ſi quid mordax naribus imponas ſicuti enim tuſſis caſus quidam naturalis eſt ad expurgandas eas quę ſunt in pulmone aſperas arterias,ſic ſternutamētum manifeſte uidetur expurgare nariū meatus.Duplici autem exiſtente ipſa perforatione,lata quidem ad os,ſed per meatus tenuiores ad cerebrum,quę quidem eſt ad os perforatio,ab eo qui deſubter ſpiritu effertur, qui uero ad cerebrum meatus pertingunt,ab illo qui ab ipſo prodit, expurgantur. Et ſi diligenter aduerteris uidebis ſternutamenta quę ex capite motus habent inicium,leuare caput. Fiunt enim,et rarefactis his qui ſunt in capite humoribus,et naturę impetu excretis.Rarefieri uero ipſis accidit concalefactis.Cale fiunt autem natiuo calore excitato,ob cuius imbecillitatem prius erant ſuperfluitates aggregatę.Cum igitur ait calefacto eo quod eſt in capite inani,maxime quidem audiendum eſt, de eo quod eſt in uentriculis cerebri, adhuc autem et de illo quod ipſum ambit exterius,facile enim ē et illi per cerebrum,primum quidem ad ipſos uentriculos, hinc uero ſubire ad nares , quia uero uniuerſim excidit, ſonitum edit Hippocrates inquit,eſt autem cōmune hoc,undecūq; uenerit,ſiue ex pulmone elatus,ſiue ex capite deorſum actus. .lII.

Erbum,ſuperueniens,indicio eſt ꝙ prius cum circũdolebant ipſi non febri
u citabant. Si igitur hepar uehemẽter dolebat uel propter fortem inflãmatio/
nem,uel pp ſpiritum flatuoſum,nõ aderat autem ipſis iflãmatio,alioquin oio febricitaſſent,par igitur eſt ꝙ flatuoſus ſpiritus ſit cauſa doloris in ipſis.Dolet igi/tur hepar et pp obſtructionem,uernm mediocriter,et cũ quodã ponderis ſenſu po/tius,ꝙ̃ uehementis doloris.Dolor aũt uehemens pp flatuoſum ſpiritum, uel inflãmationem,quę.ſ.maxima ẽ, aut ſuppurata,accidit. .liii.

q Vicunq; hepar circundolent,his fe/bris ſuperueniens ſoluit dolorẽ. .liii.

h Ic aphoriſmus pars ẽ eius qui prius dictus fuit i hęc uerba.Q ui

q VIBVS a uenis ſanguinem mittere confert, his uere uenam oportet ſe/care. .liiii.

bus medicamẽtum epotum, uel uenę ſectio cõfert, his uere ſecare uenã, uel purgare medicamẽto opus eſt. In quibuſdam uero exemplaribus non eſt ſcriptuſ oio, et qdam libri expoſitores ipm ſciũt, bisq; ipſum ſcribũt.Nõnulli uero neq; oio meminere. Mirari uero ꝺ illis oportet qui non modo bis eũdẽ ſcribunt aphoriſmũ, uerũ et in eiſdẽ cõmẽtariis expoſitiões ap ponunt,nulla facta ſignificatione ꝙ hiſ qui antea ſcripti fuerunt qdam ſunt ex toto iidem,quidam uero ex parte,cuiuſmodi hic eſt.Q uid igitur uiſum fuit, uel his qui hos adiecere aphoriſmos,circa finem libri,uel ipſi Hippo. bis de eiſdẽ facere mentionem,et qbuſdã expoſitoribus geminã facere expoſitionẽ, deos teſtor me nõ poſſe cõiectari.Neq;.n.ueriſimile ſit ipſum ſcriptorẽ aphoriſmorũ tãtarũ rerũ obliuione fuiſſe correptũ,quãdo pręſertim talis fuerit,qualem fuiſſe Hippo.nouimus, neq; illorũ qui appoſuerunt,uel tantũ obliuium,aut aliquã aliã malignitatẽ poſſumus ex/cogitare,qua moti de eiſdem ſcribere non dubitauerint. Adhuc aũt et magis de illis liceat admirari expoſitoribus,qui cum bis eoſdem expoſuerint aphoriſmoſ,neq; hoc ipſum adiecerunt, ꝙ ſecundam faciunt expoſitionem, et adhuc multo magis de illis qui differentes ſcripſere expoſitiões,et in his qui circa finem, et i illis qui per initia de eiſdem ſunt dicti. .liiii.

q Vibus inter uentriculum, et ſeptum pituita repoſita eſt,et dolorem affert non habens exitum,neq; ad alterum uentrem, his per uenas ad ueſicã pituita uerſa ſoluitur morbus. .lv.

n On abſq; ratione mihi uidetur dubitare Marinus ĩpoſſibile exiſtimãs inter ſeptũ,et uentrẽ pituitã cõſtitui.Defluet.n.deorſum uſq; ad oſſa pubis,neq; tamen fieri poſſe arbitratur,ut traiciatur ad uenas, ſicuti in aqua itercutem, tenuis,et aquoſus humor trãſũptus excernitur p urinas.Q uare audiendũ eſſe inqt, quod dicitur inter ſeptũ,et uẽtrẽ ꝓ eo ꝙ eſt inter ſepti corpus carnoſum, et interioris mẽbranę abdominis uerticẽ.Verũ et ſi ita audierimus o Marine,tranſũptionem ad uenas ſimiliter facilẽ eſſe nõ eſt poſſibile. Nã huic ad renes ꝑuenire per uenas, neq; ex eo ſpatio qꝺ eſt ſub mẽbrana abdominis interiore eſt impoſſibile. Adde ꝙ oio ĩpropria ẽ eius q̃ ẽ ſecundũ uentrẽ appellatiõis abuſio.Nihil.n.ẽ ſimile uẽtri,et mẽbranę abdominis iteriore cuius gratia eãdẽ pticipẽt appellationẽ. Melius igitur ita audire ſicuti oẽs audierũt,illud ſpatiũ laxius ab eo dici,qꝺ eſt qdẽ ĩfra ſeptum, ſed intra eã mẽbranę abdominis interioris ptẽ q̃ ad epigaſtriũ attinet,et cõſiderandũ,ſi poſſibile ẽ illud qꝺ dicit noſcẽtibus nobis,ꝙ uiam ſemp materiebus inuenire naturã Hippo.opinatur,q̃do ualida fuerit,et ſi illę ſint craſſiores,et p anguſta fora/mina debeãt pmeare,q̃do et p oſſa,fieri inqt abſceſſus. Videmus aũt et humorẽ illũ q eſt inter thoracẽ,atq; pulmonẽ in ſuppuratis expui cũ tuſſi, nõnũq̃ uero et p cutẽ ſanã exiſtẽtẽ excidere ſanguinẽ in oſſibus q̃ fracta occaluerũt. Nõ igitur neq; in ea de qua nũc Hippo.dixit pituita,omnino impoſſibile oportet arbitrari, fieri ad urinas tranſumptionem.Verum et hoc ipſum agi a natura cõtingit paulatim pituitam extenuante,quemadmodum pus in ſuppuratis. .lv.

Priſſimum hepar eſt hydatidas.ſ.ueſicas aqua plenas in ea quę ipſum ambit
a exterius mẽbrana generare. Videtur itaqꝫ et in iugulatis animalibus aliq̃do plenũ.Si aliq̃do cõtingat ueſicas aquoſas rũpi,effunditur aqua ad locũ membranę abdominis interioris,epigaſtrio,hoc eſt parti ſupra uentrem poſitę reſpõdentem,in quo etiã aqua hydropicorũ cõgregatur. Ad omentũ aũt non põt aqua effluere,niſi aliquo modo ipſum exedatur,eſt.n.ſolidũ,et firmũ undequaqꝫ, ita ꝙ nihil in ipſum ex aliqua parte poſſit incidere, niſi ex uentriculo colo iteſtino, ac liene, illisqꝫ partibus,unde ipſum enaſcitur.Vel igitur uult omẽtum exedi,in ptibus.ſ. dextris ipſius ſecundũ quas eſt hepati uicinũ, uel ad omentũ audire oportet, hoc eſt ad ipſius locũ. Ventrẽ aũt aqua impleri,nõ de illo uẽtre dictũ eſt,ĩ quo cibi recipiuntur,ſed de tota cauitate,q̃ eſt ĩfra thoracẽ,ſecundũ qđ ſignificatum, uẽtroſi nominãtur, et mulieres dicũtur geſtare uẽtrem.

.lv.

q Vibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, his uenter aqua repletur,et moriuntur. .lvi.

h Alyce,anxitudo,oſcitatio,horror,uinum æquale æquali potum ſoluit ægritudinem. .lvii.

q Vibus in urinario meatu tubercula fiunt,his ſuppuratione facta,et eruptione,ſoluitur dolor. .lviii.

q Vibus cerebrũ aliqua ex cã cõcuſſũ fuerit, neceſſe eſt ſtatim mutos fieri.

Mori autem eos q̃bus in hoc loco aqua colligitur cõſiderandũ,an perpertuo ſit uerum,an magna ex pte.Seruãtur.n.et quidã aqua intercutẽ laborãtes, q̃uis et hic locus ipſis aqua repleatur.Sed neqꝫ impoſſibile ẽ,ſicuti in illis, et ꝑ medicamẽta purgantia aquoſitates,et ꝓterea ꝑ epithemata,hoc eſt impoſitiões eorũ q̃ uim habẽt ciẽdi urinã,et ĩ uapores ſoluẽdi humorẽ talẽ,ita et ĩ his fieri curationem. .lvi.

Oloecophanes uiſa eſt quibuſdã rationabiliter figura ſermonis, atqꝫ ideo nõ
ſ nulli caſu accuſatiuo,ſcripſere.Anxitudinem, horrorẽ uinũ ęquale ęquali ſoluit.Nihil ãt refert ad pręſens utrauis ſcriptura aphoriſmus exponatur. Primũ cũ illud ſciri oportet ꝙ halycen nominauit, quã multi gręci halen appellant,deinde et q̃ ſit faciens hũc caſum diſpoſitio.Dicũt igitur halyein.i. anxitudinẽ habere illos ſanos,q ſemꝑ ꝓſentibus moleſtãtur,et ab uno negocio,atqꝫ actione ad aliud trãſeunt.Eodẽ modo et ęgros illos anxios eſſe aiunt q accubitũ nõ ꝑferẽtes,figuras euariant,qa ſemꝑ ꝓſens aggrauat eos.Hoc uero ꝓcipue illis euenire cõſueuit quibus in ore uẽtriculi, qđ nos abutẽtes uocabulo ſępe ſolemus ſtomachũ nominare,humoris aliqua propria qualitas cõtinetur,uentriculo moleſta, quę neqꝫ plurima eſt, neqꝫ in uentriculi fluitat cauitate,ſed eã ipſę imbibere tunicę. Sed et oſcitare ſicuti et pandiculari,cõtẽta aliqua ĩ muſculis ꝑ quos tales fiũt motus quos pãdiculatiões,et oſcitationes nominamus,uel humiditate flatuoſa,uel ſpiritu uaporoſo fieri ẽ a nobis demõſtratum. Horror autem prauis humoribus ꝑ cutẽ currẽtibus accidit.Liquet aũt ꝙ nunc a nobis habetur ſermo de horrore,qui ex corpore prouenit inſalubri, et nõ de illo q cauſam extrinſecus habet.Singula igitur hęc quę dicta ſunt,potus uini meratioris ſanat. Moderatã aũt temperaturã ipe monſtrauit inqens.Vinũ ęquale ęquali potũ,aqua.n.uidelicet uult uinũ ęqua portione temꝑari, ut hęc q̃dẽ pellat, et euacuet ex materia infeſtante quicq̃d ceſſerit uini motui cũ impetu lati, reliquũ temperet.Calefacit.n.uinũ,ut nouimus.corpus totũ,et cito mouetur ad oẽs partes,cum hoc ꝙ omnes humores optimos reddit. .lvii.

T hũc aphoriſmũ ĩ ꝓcedẽtibus Hippo.ſcripſit,nos ãt expoſuimus ꝑ hęc uer
e ba ſcriptum.Quibus in urinario meatu tubercula fiũt,his ſuppuratione facta,et eruptione,ſolutio. .lviii.

e T iã in hoc aphoriſmo,in q̃buſdã exẽplaribus poſſumus inuenire uerbũ, mutoſ,ſcriptũ ĩ numero plurali,caſu accuſatiuo, ĩ q̃buſdã uero,mutũ in numero ſingulari,ꝑ modũ figurę ſoloecophanis.Nihil aũt hoc loco ad ꝓſentia refert,ſi modo

nouerimus,ꝙ conſuetudo Hippo.ab uno accidente notiſſimo,ſępius .ſ. a uocis amiſſione,noiare et oiredere illos q nullũ aliũ motũ ſeruant ſecundũ ellectioné,uel nihil oio ſentiunt. Iacent auté eodé modo quo apoplectici ſine ſenſu,pariter et motu. Fit aũt hoc et pp alias cauſas.Nunc uero cõcuſſionis cerebri Hippo.meminit,et hãc ipſam talé fore ait totius corporis diſpoſitioné.Concuti aũt hoc mõ cerebrũ contingit.pp aliqué caſum totius corporis uiolétũ ex locis altioribus factũ. Tales.n.caſus ſolent in ſpinę uertebris facere concuſſioné,q̃do ipſarũ harmonię fuerint commotę, ſpinalis uero medula quę in earũ cauitate cõtinetur laborauerit, cerebrũ uero ualde concuſſum periculum adduxerit,ne aliquis neruus eorum qui ab ipſo naſcũtur, abrumpatur,quod non minus et in ipſo fit cerebro,et tanto magis, quanto plus uacui loca habent quę ipſum circũſtant,quod etiam uacuum magis eſt inſenibus,quemadmodum in tractationibus de ſectionibus diximus. Contrahitur autem uis animalis in ſe ipſam in talibus diſpoſitionibus a motu periculoſo moleſtata , orta uero nonnulla quidem ſufficienter tendũtur,quędam uero ex parte diſtrahuntur , iuxta hoc donec ſe rurſus uis animalis collegerit, mutum, atque immobile totum iacet,quod ita afficitur animal. Si uero cerebrum conuelli contigerit, aut ſecundũ aliquam eius partem conuelli, qui ita patiuntur non referuntur.

.lix.

C ORporibus carnes habentibus humidas,famem adhibere conuenit, fames enim corpora ſiccat.

.lix.

Q Vod quidem oia quę exiccant ſint paſſionũ humidarũ remedia,manifeſtum, ſi quidé contraria cõtrariorum remedia ſunt. Qđ aũt et fames ex accidenti corpora exiccat,é minime dubiũ. Si.n.aliqđ defluit a corpore,ſicuti et ãtea, non amplius aũt ab aliméto ſuppleatur id qđ fuerit euacuatũ,neceſſariũ eſt hoc modo corpus effici ſiccius,liquet.n.ꝙ in animalis corpore prius illę partes abſumũtur quęcũq; ſunt humidiores,quãdo et ipſe defluxus idcirco fit,qa quę ſunt in corpore extenuantur,atq; in uapores reſoluũtur.Idq; ex duplici cauſa extrinſecus quidé ab aere ambiente.Intus uero a calore natiuo.Q uę aũt in latibulis iacent animalia,ut ꝗ neq; extrinſecus calefiant,et neq; intrinſecus,uel nihil, uel parũ diſſoluũtur, atq; iõ nõnulla eorũ,neq; egent aliméto,nõnulla uero pauciſſimo oio.Poſt pręſcriptos aphoriſmos alii duo fere in oibus exéplaribus inueniuntur,cũ hoc ꝙ et huius libri expoſitores fere oẽs eorũ meminere, et quidã differentes fecere expoſitiones ab illis quas antea ſcripſerũt.neq; hoc ipm adiecerũt,ꝙ iidé aphoriſmi ſupius ſint ſcripti. Nos uero in quarto cõmentario illos expoſuimus,parũ uerbis differentes.Alter.n. eorũ qui nũc ſcripti ſunt,ſupfluo adiectũ habet,ut deuorare nõ poſſit,ſed uix.Alter uero contra,uacat uerbo uix, ut prior quidé ſit talis. Si a febre habito,tumore non exiſtente,in faucibus ſtrangulatio repéte ſupueniat, et nõ poſſit deuorare, niſi uix, lętale.Secũdus uero ſic.Si a febre habito collũ conuertatur, et deuorare nõ poſſit tumore nõ exiſtente in collo,lętale.Priores uero quos dixi in quarto horũ cõmentariorũ fuiſſe expoſitos,ita ſe habebant.Si a febre habito tumore nõ exiſtẽte,in faucibus ſtrangulatio repente ſuperueniat, lętale. Deinde qui deinceps ſequitur . Si a febre habito collum conuertatur,et uix poſſit deuorare, tumore non exiſtente in collo, lętale. Q uod igitur in priore aphoriſmo dictum eſt eſſe,ſuperfluere nunc conſideremus . Et enim id fieri uidimus, ubi ęgri omnino exicialiter a morbo haberentur. Q uare ſiue nullo modo poſſint deuorare, ſiue uix, non exiſtente tumore in faucibus,nam hoc licet perſpicuo cognoſcere, ſi plurimum os aperiatur, et lingua uerſus mandibulam inferiorem premattur. In tali igitur conſtitutione, ꝙ difficulter deuoretur cauſam eſſe ſuſpicandum communionem tunicę quę ſubnata eſt ex partibus gulę,et gutturis interioribus, nam oſtenſum eſt hanc cibo os permeante,ipſam quidem trahi ad inferius, guttur uero totum retrahi ſuperius. Tumeſcente igitur in gutture inflãmatione,nõnũq̃ quidem nullo modo,quãdoq; uero uix,uentriculum ſequitur attrahẽtem,atq; ob hanc cauſam,uel nullo modo deuorat,uel uix. .lx.

e T hunc aphoriſmum in quarto cōmentario expoſuimus, iiſdem fere uerbis ſcriptum,quibus et hic.Eſt enim ſcriptura taliſ.Et ubi in toto corpore mutationes,et ſi corpus frigeſcat, uel rurſus caleſcat, et ſi alius ex alio color fiat, morbi longitudo ſignificatur. .lxi.

a Ntea aliū aphoriſmū in quarto horum cōmentariorū expoſuimus hoc modo ſcriptū.Sudor multus,calidus,uel frigidus,ſemp fluens, frigidus maioré, calidus minoré morbū ſignificat, et taliū ſudorū diximus eſſe diſpoſitioné, multitudinem humiditatis quę i ęgri corpore continetur.Propterea igitur q nūc proponitur aphoriſmuſ,abduci pręcipit ſupfluū humoré,robuſtis quidé ſupra, hoc eſt p uomitus, debilibus aūt infra,quod et ipſum ſignificat per alui iſerioris ſubductioné. Qđ quidem igitur ſemp ſit neceſſariū ſupfluas corporis humiditates euacuare, manifeſtū. Si uero robuſtis ſupra tātū, debilibus uero ifra, mihi dignū uidetur animaduerſiōe, nam forte ſit melius, nó hac ratiōe diſtiguere remediorū uſum,ſed ueluti in tractatione curatiua de talibus omnibus fuit a nobis diſtinctū.

.lx.

u BI IN toto corpore mutationes, et corpuſ refrigeratur,et rurſuſ calefit, aut colorem alium ex alio cōmutat, longitudo morbi ſignificatur. .lxi.

ſ Vdor multus,calidus,uel frigidus, ſēper fluēs humoré abduci,robuſto qdē ſupra,debili uero ifra ſignificat. .lxii.

ſ I quis cibum febricitanti dederit, ut ſano robur,ſic laborāti morbus. lxiii

q Væ per ueſicam excernuntur,inſpicere oportet, ſi talia qualia ſanis excernuntur . Quæ igitur minime ſimilia ſunt,his hæc morboſiora. Quæ uero ſūt ſanis ſimilia,hæc minime morboſa.

Quare et hūc aphoriſmū arbitror fuiſſe adſcriptū.Poſt ſupra ſcriptos aphoriſmos, alii tres inueniuntur in pluribus exéplaribus,qui pariter, et ab expoſitoribus ſcripti ſunt,et parū uerbis euariant ab illis qui in quarto horum cōmentariorū habentur.Scribunt aūt eos hoc modo.Febres quęcūq; non intermittentes,tertia die fortiores fiunt piculoſę,quocūq; auté modo intermiſerint,ſignificant ꝙ non ſunt piculoſę.Quibuſcūq; febres longę,his uel tubercula,uel ad articulos dolores decūbunt. Quibuſcūq; tubercula diutina,aut in articulos dolores ex febre decūbunt, hi cibo pleniore utūtur.Liqt aūt,ꝙ et hi interiecti fuerūt,a prioribus nihil,aut parū admodū uerbis differétes,nos uero ipſos expoſuimus in quarto horū cómétariorū. .lxii.

ſ Cribitur aūt et ſic aphoriſmus.Si qs febricitanti cibū dederit,ſano qdé cibus eſt,laborāti uero morbus,utraq; uero locutio ab ea quę ſecūdū naturā, ad hoc qđ cacozelū noiatur, interp̄tatione receſſit, neſcio qd ſibi uolétibus illis qui ita libri finé tā uariis modis diſpoſuerunt, nónulla qdé p eadé uerba ſcribentes,qbus ipſe antea uſus erat,nónulla uero paululū cómutátes, aliqua uero tota interponentes,ueluti hunc ꝓpoſitū aphoriſmū,q neq; ꝓpe accedit ad Hippo. interpretationé.Ipſe ſi qdé prius dixit.Nó pura corpora q̄to magis nutries,magis lędeſ. Et ſi ex morbo cibū aſſumens aliqs nó corrobatur ſignificat corpus pluri uti alimēto.Si uero cibū non aſſumente hoc fiat,ſignificat,ꝙ euacuatione indiget, et quędam alia huiuſcemodi quę ſecūdum naturā habét interp̄tationé.Qui uero ꝓpoſitū appoſuit aphoriſmū,male ęmulādo,in cibo dixit.Qui ſano robur,hic laboranti morbus. Vult.n.dicere cibū robur qdé in ſanis efficere. Nocere āt ęgris,uel p ioué ſanis qdé augere robur,morbū uero laborātibus.Abſurde aūt iterp̄tatus é ingens.Cibū ipm robur eſſe ſanis,morbū uero laborātibus qui neq; robur eſt, ſed roboris effectiuus, neq; morbus,ſed morbi effectiuus,uel qđ rectius ſit dicere,auctificus. .lxiii.

o Mnia q̄ ſunt ſanis ſimilia in toto corpore,dictū é ab Hippo. et in ꝓgnoſticis, et in oibus aliis libris,bonū aliqđ ſignificare.Quę uero diſſimilia cōtrariū. Hóc igitur nūc conatur dicere q hunc cōpoſuit aphoriſmū. Suſpicor.n.neq;

hunc eſſe Hippo. ex ipſa elocutione quę non habet eãdẽ cum Hippocratica formã, et ex dictis ipſis q̃ non ęque ſunt, ut ipſius autoris alia, exq̃ſita. Cũ igitur inq̃t mini me ſimilia his, hęc morboſiora, q nõ rep̃hẽderet ipm̃ dicẽtẽ illa morboſiora ꝓ eo ꝙ morboſiſſima? Nã uerbũ, minime, cũ quadã exup̃ãtia dicitur, et multã ſignificat ad id, qđ p̃ter naturã, euerſionẽ. Vnũqđq; .n. qđ p̃ter naturã ẽ, quãtum receſſit ab eo qđ ſecundũ naturã, tantũ hẽt prauitatẽ, quę igitur minime ſunt his quę ſecũdum natu ram ſimilia ſunt, his quę ſecundũ naturã, cõtraria maxi me, et iõ morboſiſſima. lxiiii

Er aluũ exeũtia ſolet Hippo. deiectiões, ac ſubductiones noiare, et p̃pã q̃dã hoc loco accepũt eius ſermonẽ, eſſe de his quę p aluũ euacuãtur. Verum his aduerſantur uerba illa quę ĩ ſermone proponuntur, ſi ſtare p̃miſeris, et nõ moueris. Hoc. n. ꝓprie conuenit humi dis, atq; iõ alii rurſus in urinis eundẽ accep̃e ſermonẽ. Vtriq; uero diuiſi, nõnulli ſcri bũt ſubſiſtunt, nõnulli uero inſiſtunt. Neutrũ uero horũ uerborũ urinis repugnat, q̃a et p ea quę ſubſiſtunt, et etiã ipſis inſiſtunt, cõſueuimus, et p̃ſentiũ aliq̃d, et etiã futurorũ cognoſcere. In alui autẽ excremẽtis uerbũ, inſiſtere, cõpetit magis, neq; .n. ſicuti in urinis prõpta eſt, atq; expedita ſubſiſtẽtium cognitio, ita et in alui excremẽ tis. In urinis et. n. et ipm̃ uas ex uitro factum oſtẽdit eorũ quę ſubſiſtunt naturã, et ſi in alio uaſe ẽt cõtinerẽtur, poſſumus id qđ ſup̃fluitat abiiciẽtes, ſola ſubſiſtẽtia re linquere. In alui aũt excremẽtis neutrũ ꝓbabile. Rurſus id qđ deinceps dicitur, ue luti ſtrigmẽta, his quę p aluũ excernũtur cõgruit, illis uero quę quouis modo urinę inferuntur, ſiue ſupius, ſiue inferius, nõ cõgruit. Nã q̃dã ſtrigmẽtis ſimilia p aluum ſępius excernũtur, et ita ea nõ modo Hippo. ſed ẽt alii medici noiare cõſueuerũt, nõ tamen in urinis. Hic igitur tã nominũ, q̃ ẽt uerborũ uſus improprius oſtẽditur, fuiſ ſe interiectus in p̃ſenti aphoriſmo. Adhuc aũt magis cũ dicit his cõferre aliã purga tionẽ. neq; .n. ſimpliciter, neq; quouismodo illi cuius ſtrigmẽtis ſimilia alui excre mẽta ſunt, cõfert aluũ purgare, ſicuti neq; hi q ita affecti ſunt, neceſſario lędũtur, in aliquo, ſi cibũ accepint. Videmus ſi q̃dẽ cũ alui iferioris excremẽta biliosa fiũt, q̃dã ſimilia ſtrigmẽtis p aluũ excerni, i q̃bus neq; oẽs lędũtur ſorbitiões accipiẽtes, neq; prius eos purgare ẽ neceſſariũ, ſi iã q̃dq̃d bilis ineſt fuerit euacuatũ. Adhuc aũt ma gis, neq; ſi urinis aliq̃d inferatur, qđ ſit ueluti ſtrigmẽta, purgare conuenit. Accedit ad hoc, ꝙ difficile ẽ formã agnoſcere qualẽ eſſe uelit earũ q̃ ueluti ſtrigmẽta inferun tur urinis. Verũ q hos aphoriſmos interpoſuerũt, mihi uidẽtur ad hunc finẽ feciſſe, ut ſermonẽ cõfunderẽt, tãq̃ ęnigma quoddã, et ut multa indigeret inq̃ſitione, in qua ſe ipſos eorũ q̃ dicũtur expoſitores cõſtituẽtes, apud adoleſcẽtes laudẽ aſſequerẽtur. Q đ ãt oẽs obſcuri ſermõeſ, dant ſophiſtis garrulitatis occaſionẽ fiet tibi in hoc ipo aphoriſmo manifeſtũ. Q uidã. n. eorũ q eũ expoſuere, aiunt nõ uetare Hippo. q̃n den tur ſorbitiões hoc mõ affectis, ſed plures ſorbitiões, cũ dicat. q̃to plura dederis ma gis lędes, q̃ſi et nõ alii q̃cũq; indigẽt ſorbitionibus, nõ lędãtur a pluribus, uel quaſi nõ cõſequatur ad illũ q dicit. Q uãto plura dederis, magiſ nocebis, putare ex paucio ribus minorẽ fore lęſionẽ. Verũ tamen p̃p malũ interp̃tatiõis modũ ſophiſtis datur facultas inueniẽdi ſolutiões, et magis q̃do licuerit addere aliq̃d, uel adimere, et ſcri bẽdo trãſponere, qđ i obſcuris ſermõibus facere cõſueuerũt. Statim. n. in hoc apho riſmo q̃dã ipm̃ exponẽtes, cõiunctionẽ, et, abiiciẽtes, qđ alii ſequẽtis aphoriſmi fece re p̃cipiũ, id huius fecere finẽ, ut ſermo ita ſe habeat. Si uero aluo non purgata de deris ſorbitionẽ, magis nocebis, et q̃bus infra cruda deiciũtur, q̃to uidelicet plura dederiſ, magis lędes, deĩde aliud iniciũ faciẽtes ſcribũt, ꝙ ubi atra bilis ieſt, ſi pluſ, maior ẽ morbꝰ, ſi minuſ, minor. Plures uero expoſitores ſcribũt eo mõ, quo ſub ſcri ptũ ẽ. Q uibuſcũq; cruda ifra deiciãtur, atra bilis ineſt, ſi plura, maior, ſi pauciora,

.lxiiii.

Et quibus deiectiones, ſi ſtare permi ſeris, et non moueris, ueluti ſtrigmen ta ſubſiſtunt, et ſi pauca, paucus eſt morbus, et ſi multa, multus, his cõfert alui pur gatio, quod ſi aluo nõ purgata dederis ſorbi tiões, q̃to plures dederis tãto magis nocebis.

minor eſt morbus.Dictum autem eſt antea,ꝙ et alii qdam ſunt,licitũ eſt.n.in obſcuris unicuiq; pro arbitrio ſcribere,cũ nulla lex ſit trãſcribẽtibus poſita. Sępius aũt non pp obſcuritaté,ſed pp ſermonis falſitaté coguntur aliqd addere prius inuẽris, aut adimere,aut ſcripturã trãſponere,ueluti exempli gratia i hoc aphoriſmo, cuius uerba primi expoſitores aphoriſmorũ,ſicuti Herophilus Bacchius, et Heraclides, ac Zeuxios empirici,in hunc modũ ſcripſere.Quibuſcũq; iferius cruda deiciũtur, atrę bilis ſũt,ſi plura,pluriſ, ſi pauciora,paucioris. Quia uero hic ſermo pticulare qddã iterptatur,dictus ãt é tãq̃ ex uniuerſali, ideo pbuit dubitãdi occaſioné , quia id qd dicitur,q̃tũ ad uerba attinet nullã hét quęſtioné , cũ eorũ ſcriptor uelit oſtédere qbus cruda deiciuntur, in eorũ inſtrumẽtis q̃ cócoquẽdi ui habẽt, eé atrã bilé ex qua refrigerata deterius cócoquũt et modũ incoctionis ſcdm cruditatem,cui flaua bilis cõtrariũ agit,nam q̃ pp eã incocta remanẽt,fumoſa ſunt.Quidã uero,et hũc ſermoné ét d urinis dictũ arbitrantur. .lxv.

e T hic aphoriſmus ſupra ſcriptuſ é,hoc mõ Excreatiões in febribus nó intermittẽtibus liuidę,ſanguineę, fetidę oés malę.Sed ſi bene excernitur,bonũ é,et p aluũ inferioré, et p urinas.Si uero aliqd p hęc loca excernitur quod nó códucat,malum.Nos uero ipm expoſuimus in quarto horũ cõmẽtariorum. .lxvi.

.xlv.

e Xcreationes in febribus nõ intermittentibus,liuidæ,ſanguineæ,bilioſæ,et fetidæ , oés malæ. Cum uero bene excernuntur,bonum eſt,et per uentrẽ,et per ueſicam,et ubi aliquid ſecedens ſteterit non purgatum,malum. .lxvi.

e Orpora oportet ubi qs purgare uoluerit fluida facere, et ſi ſupra,ſiſtere aluum,ſi uero infra,humectare.lxvii

ſ Omnus,uigiliæ, utraq; modum excedentia,morbus. .lxviii

i N febribus non intermittentibus, ſi exteriora frigent,interiora uruntur, et febris habeat,lætale. .lxix.

i N febre nõ intermittente ſi labrum, aut naſus , aut oculus , aut ſupercilium peruertitur,ſi nõ uideat, ſi non audiat, et iam debilis ſit,quicquid horum fuerit, mors prope eſt. .lxx.

a Pituita alba, aqua intercutem ſuper uenit. .lxxi.

a B alui profluuio, difficultas inteſtinorum.

e T huius ſermõis ps prior fuit i pcedẽtibus ſcripta, nõ adiecto uerbo,ſupra, et ſequẽtibuſ q̃ qſpiã uolẽs adiicere hoc in loco,rurſus ſcripſit aphoriſmũ,cũ expoſitiõe p quã uerus eẽt. Qd ãt ſit altera expoſitio uerior, quã nos multa expiẽtia inueſtigauimus,dictũ é ſupius in quarto cõmentariorum. .lxvii.

e T hic aphoriſmus in quibuſdam exemplaribus fuit interiectus, qui prius dictus eſt totus eiſdem uerbis, pręterq̃ in fine,hic.n.morbus,illic autem malum ſcribitur,quę eſt ſcriptura melior . .lxviii.

e T hic aphoriſmus incaſſum ſcriptus eſt, cum melius ſupra dicatur, ſine uerbis illis,et febris habeat.Nam cum in principio dixerit,in febribus nó intermittentibus,uana rurſus in fine ſermonis adiectio,et febris habeat. .lxix.

e T hic aphoriſmus antea dictus eſt,his uerbis.In febre non intermittente, ſi labrum,aut naſus,aut oculus,aut ſupercilium peruertitur,ſi nó uideat,ſi non audiat,et iam debilis ſit,quicquid horum fuerit mors prope eſt. .lxx.

q Vod dicitur tale é.Quibus in uaſis,et in totius corporis habitu pituita alba fuerit aceruata,his aqua intercutem, quę leucophlegmatias ab alba pituita nomen habet apud gręcos,ſuperuenit. .lxxi.

a Cõmuni uidelicet ſubaudire oportet, ſuperuenit , abraſis paulatim inteſti-

nis,deinde in profundum malo ſubeunte,atqꝫ ita ulceratis Prius uero in aphoriſmo legitimo melior ſcriptura eſt,hoc modo. A ſincera deiectione,difficultas inteſtinorum,et nos hunc aphoriſmum expoſuimus in quarto horum cõmentariorũ. .lxxii.

e T hic aphoriſmus é ps prius dicti,p hęc uerba.Q ui lienoſi a difficultate iteſtinorũ corripiũtur,his ſupueniente lõga difficultate inteſtinorũ,aqua intercutem ſuperuenit, aut leuitas inteſtinorũ,et pereunt. Nos uero ipm expoſuimus in ſexto horum cõmentariorum. .lxxiii.

a Communi hic quoqꝫ ſubaudiẽdum é,ſuperuenit. Vtrum uero ad oſſis corruptioné,ipſius oſſiſ ſequatur abſceſſus , uel carnis circũſtantis, non manifeſtauit.Vtrũqꝫ auté poteſt eſſe uerum. .lxxiiii.

i N tabe fluctio ex capite, in fluctióe alui, pfluuiũ,in alui pfluuio adſtrictio purgationis ſuperioris, i adſtrictióe mors.

.lxxii.

a Difficultate inteſtinorum, leuitas inteſtinorum ſuperuenit. ,lxxiii.

a Corruptione abſceſſus oſſis. .lxxiiii.

a SANguinis uomitu, tabes, et puris purgatio ſupra, .lxxv.

q VAlia fuerint ueſicæ,aut alui excremẽta, et ex carnibus, et ſicubi alibi a natura corpus exierit, ſi parum paucus eſt morbus,ſi multũ, multus, ſi ualde multum, lætale eſt.

In pluribus exemplaribuſ,et apud plures expoſitores ſcriptum eſt.In ſanguinis uomitu corruptio.In quibuſdam tamé exéplaribus hęc habetur ſcriptura. In uomitu ſanguinis, tabes. Videntur autem et hęc ex pluribus Hippocraticis enunriationibus fuiſſe collecta,et corrupte compoſita,ab illis pręcipue aphoriſmis.In ſputo ſanguinis puris,et fluxus, cum uero ſputum retinetur moriuntur. .lxxv.

h Ic ultimus aphoriſmus in multis exemplaribus ſcriptus eſt, in quibuſdam uero,et alii adiecti ſunt, apparati eodem modo quo et illi omnes quos decurrimus ex legitimis exiſtentes,adeo ꝙ nonnulli eiſdem uerbis ſcribuntur,nõnulli parum uariantes,nonnulli parua facta adiectione, ſimiles ſunt, his quos ſcripſit Hippocrates.Q uare nos neqꝫ ipſos duximus adiiciẽdos,nam neqꝫ hic ſtatim propoſitus aliquid plus nobis oſtendit his quę ſępius Hippocrates manifeſtauit. Sed et modus interpretandi, haud quaq̃ Hippocrati conuenit, nam qualia ueſicę fuerint,aut alui excrementa,redditione indigent.Summa tamen ut dixi uera eſt,nam ſi paruus ſit a natura exitus in quauis parte, minorem morbũ, ſi uero plus maiorem, ſi uero admodũ multus ſit a natura receſſus,mortalé debemus morbũ iudicare.

∴FINIS∴

BIBLIOTEKA MUZEUM

IMPRESSVM FERRARIAE PER IOANNEM
Macciochium Bondenum.V.nonas
Octobris .MDIX.

Drukowany 1509. Roku

 Chart A° 53. 433

INCIPIT liber de aīalibus Auicēnæ ſup libꝝ de aīalibus Ariſtotelis trāſlatus ab Arabico in latinū, per magiſtrum michaelem ſcotum, federice domine mundi Imperator, ſuſcipe deuote hūc librum Michaelis ſcoti, ut ſit gratia capiti tuo, & torques collo tuo.



T animalia quædam cōmunicāt in membris ſicut equus: & homo in neruo
& in carne: & in membris conſimilibus, uel in habitudinem membroruꝫ. Et
quædam diſcrepāt in membro. Diſcrepant in membro, uel quia membrum
eſt ſimplex uel compoſituꝫ. Exemplū ſecundi eſt, quia equus habet caudam
& homo non. Et exemplum primi eſt quod teſtudo habet concam & eritius
ſpinas, & homo non, piſces ſquamas. In habitudinem autem quantitate: aut
qualitate, aut ſitu, aut actione, aut paſſione. Quantitate ut os oculi nicticora
cis magnū, & os oculi aquilæ paruuꝫ, aut neruo, ut in araneis, quarum pedes
in aliquibus ſunt. viii. in aliquibus. x. & quarūdam. vi. Qualitate colore: & figura, aut mollicie & du
ricie, diuerſitas in ſitu, ut in mamillis elephātis, & æque. Diuerſitas in actione: ut in auribus elephā
tis cum qbus pugnat: & ſuis naribus, quibus accipit. Diuerſitas in paſſione ut in oculis ueſpertilio-
nis, qui ſunt debiles, & etiā oculi yrūdinis ecōtrario. Partes uero animalis, aut ſunt humide, ut ſan-
guis pinguedo medulla, aut ſperma & humores, aut duræ ut nerui uenæ oſſa capilli, & cartilagines
& cornua. Et ſic diuerſificāt aīalia quod quædā ipſoꝝ ſunt aquæa, & quædā agreſtia. Et aquæa ſunt
multis modis, quia quædam in nutrimēto, & habitatione ſunt aquæa: & quædam īſpirant aquā &
recipiunt in uentre: & euomunt eam: & nō uiuunt extra aquam, & quædam ſunt quorum nutrimē
tum, & habitatio ſunt aqua. Verumtamē cum hoc inſpirant aerē tantū: & ita faciunt nutrimēta in
aqua, ſiue quæ egrediuntur ab aqua, ſicut cortuca. Et quædam ſunt tantum in aqua habitātia, ſicut
quædam cōchæ & alzuti quæ nō apparent alibi, & nō intrat aqua in uētre eorū niſi ſcd̄m uiā acqui
rendi nutrimētū: nō ſcd̄m uiā inſpirationis, ſed quod uia inſpirationis eſt ut ſpiret: deinde euomat
ipſam ad euentationē caloris naturalis, ut expellat ſuperfluum calidū. & aquæa quæ uiuūt in aqua:
& non ſolū ex aqua licet ēt illud aīal quod uiuit ſolū ex aqua: nō hēt ſolum niſi aquā. & quædā aīa-
lia ſunt in pelago, quædā in ſtagno, q̄dam in mari: ſtagno ut ranæ. & quædam agreſtia inſpirāt per
os & per nares tm̄: ut apes & muſcæ & ueſpæ: & aīalia anuloſa: & q̄dā aīalia ſunt aquæa & poſtea
fiūt agreſtia, ſicut græce medeme iezdem: & uiuit in fluminibus: deinde alteratur eius forma, & fit
aſcaram, & egreditur adagēdum. & aīalia aquæa quædam ſunt undoſa: & quædam in ripa, & quæ
dam cœnoſa: & quædā manēt in petris, & aīalia quæ manēt ſemper in loco ſunt ſicut ſpēs cōchoꝝ,
& quædam ſunt libera corpore, ut multi piſces, & quædam adhærēt cōchis in prīcipio: & poſt libe
rātur ut quærāt melius nutrimētum, quando nō offert eis aqua nutrimētum ſufficiēs, & talium ſunt
quædam quæ græce noīantur armacha, & quædam aquæa ſubmergūt ſe ſuper caput, & habēt alas
ut turtures, & quædam per pedes ut ranæ: & quædā pedibus ambulāt in profundo ut cācer, & quæ
dam ſerpentes ſine alis ſicut uermes, & quædā piſces & oīa aīalia agreſtia: & aues habētes alas ince
dūt pedibus, & ſunt quædam aues, quaruꝫ eſt difficilis: ut yrūdines, & aues nigræ, & ueſpertiliones.
Et dico ego iam uidi auem minorem ueſpertilione, & ſimilem ei, & quādo cadit ſuper terram cadit
ſuper alas, & dicitur albaſie arabice ueſpertilio: & uacillat ac ſi cacaret pedibus: & ambulat inui-
te, & Ari. recolit in doctrina prima ſpēm yrūdinis, quæ appellātur albroniznim: & quæ nō appa-
ret niſi poſt pluuiaꝫ in fine æſtatis, & eſt auis modica, & illa quæ habēt corium ut mēbranaſ in alas,
quædam de illis nō habēt pedes: ſicut ſerpētes: quidam alis uolantes, & aues diuerſantur, quia quæ-
dam ambulāt & uolāt ſimul cōgregatiōe una, ut grues, & q̄dā diuiſim, ut aquilæ, & q̄dā uolātia uo
lāt congregatim: & quædaꝫ bina ut alcata: & quædā aliq̄n aggregant, aliq̄n ſeparantur, & aīalium
quædam ſunt urbana, quædam agreſtia. & inter animalia homo nō poteſt uiuere ſolus: & grues: &
apes: & formice coīcant homini in hoc. Sed grues & apes habēt principem, formicæ aūt habēt co-
adunationem, ſed nō habēt principē, & diuerſant etiam in modo cibariorum: & quædam aues ua-
riātur in comeſtionibus: quia quædam comedunt carnes, & quædam grana, & quædam herbas: ut
anſer: & palumba. Et quibuſdam eſt eſſe certum in cauernis, & quædam in montibus, & quædam
in plano, & quædam uenantur de nocte, ut quidam lupi: qui dicuntur anhoba, & nicticorax: qui di
citur hebuꝫ, & quædam uenant de die, ut accipiter, & quædam de die & nocte ut catti. Ex aīalibus
quædam famulātur & domantur, ut homo, & quædam quia naſcūtur cū hominibus: ſicut catti, &
canes & equi: & quædam uiolēter, ut leones: & quædam non domant ut crinal: & quæ domantur
quædam naturaliter cito ut homo: & elephas: & quædā tarde ut leones. Et ſunt in omni ſpecie quæ
ma: et dixerunt quod crementum in pueris non eſt de fortitudine caloris in eis: ſed propter multã in eis humiditatem: & adhuc multitudo ſui appetitus eſt propter diminutionem ſui caloris, & hæc ſunt approbationes in ſuis ſententiis, Sed ſummus medicus diuerſatur ab iſtis: & uidet quia calor in iſtis ambobus eſt æqualis ſecundum radicem: ſed calor in pueris eſt maior ſecundum quantitatẽ & in iuuenibus ſecundum qualitatem: & ſignificatio ſuper eſt, ut ſi acciperemus penetrare unũ calidum in aquam: & tantum in lapidem ſiccum: & inueniemus: quia calor in aqua eſt maior & hũidior, & calor in lapide eſt maior: & magis acutus, & ſimile quod in pueris eſt calor quoniam pueri generantur ex ſpermate in quo eſt multus calor: & ille calor non obuiatur accidenti cum quo inſuper adebatur: quoniam puer eſt ſemper in augmento: & ſecundus gradus non habet propter qđ diminuatur calor: quomõ ergo reuertetur: ſed illi qui ſunt ſupra pueritiam nõ habent cãm augmẽtantem calorem naturalem: nec habent cauſam remittentem: ſed ille calor qui eſt in eis cuſtodit in eis humiditatem radicalem: ſecundum minoritatem: & quantitate & qualitate uſq; perueniať ad ætatem diminutionis. Et cum inſpexerimus hanc humiditatem nõ erit pauca reſpectu caliditatis: ſed erit pauca cum comparauimus ea ad crementum: & tunc hoc eſt quoniam in humiditate pueri exigitur: ut conſeruet calorem: & ut patret augmentum. Et una duaꝝ qualitatum nõ ſufficit: tũc ergo neceſſarium eſt ut ſit in medio: ut ſufficiat una duorum poſt alteram. Et factum eſt quod humiditas ſufficiat cremento, & non calori naturali, quomodo ergo poterit fundari ſuper aliquã rem crementum, quæ res non poterit ſaluare radicem: & tunc remanſit ut illa res humida ſit porus ſufficiens cremento: & eſt res ſicca: quia illud tempus ætatis eſt ætas maior pueritia. Sed ſermo aliorũ quod augmentum in pueris eſt cauſa humiditatis præter calorem, & eſt res flegma: & illud eſt quia humiditas eſt materia augmenti, & materia non eſt aliquid agens per ſe: niſi per uirtutem operantem in ipſam: & res agens in hoc eſt natura uel anima nutu dei, & non operatur illa uis niſi per calorem. Et qui dixerunt quod in pueris eſt frigus: ſed propter illud in eis accidit appetitus eſt flegma: quomodo ille appetitus eſt appetitus corruptus: & eſt ex frigiditate complexionis. Et non erit cũ hoc digeſtio nutrimenti. Et digeſtio in pueris aliquando eſt ſecundum optimum modũ: & niſi hoc eſſet non redderetur corpus plus de nutrimento q̃ ipſum amittat per diſſolutionẽ: & in tẽpore crementi. Sed accidit pueris mala digeſtio propter malam guloſitatem & inordinatum modum comeſtionis: & quia comedunt multa humida: & ſuus modus inducit corruptionem hac uia in pueris: & tunc eſt hæc uia in complexione pueri: & in ætate propinqua & uerſus ſupra: & tunc opus ẽ ut ſcias quia calor poſt tempus ſtatus receperit diminutionem: & hoc quia calor aeris circunſtantis aufert humiditatem interiorem: & adiutorium etiam calori extrinſeco in conſumendo humidum eſt calor naturalis intrinſecus: & propter hoc iuuant ad hoc motus animalis: & alii qui faciunt ad conſeruationem uitæ: & poſt hoc etiam pigreſcit natura pati ſemper iſtud: & defendere occaſiões accidentes ex iſtis: quia oẽs uirtutes corporales habent terminum. Et hoc iam ſiccum eſt: & tunc ñ erit earum operatio ſemper, & tunc ſi iſta uirtus eſſet infinita, & ſemper eſſet reſtaurãs iſtud quod diſſoluitur æqualiter remaneret: tũc ſemper res ſed diſſolutio augmentatur: & humiditas tũc neceſſarium eſt qđ ſemp̃ diminuanť quouſq; cõſtringať: quia corpus patitur diſſolutiõem: & diſſolutio creať per humiditatem. Et quelibet iſtarum rerum iuuat ad diminutionem corporis & contradicit ſue diſſolutioni, & tunc quando res eſt ita finita humiditate extinguitur calor, & proprie, quia ſua extinctio eſt propter diminutionem materie: & proprie & etiam: quia accidit adhuc humiditas extranea quæ ſemper propter diminutionem digeſtionis cibi aggregatur, & tunc iuuat ad extinctionem caloris duplex modus. Et unus eorum propter ſtrangulationem & ſubmerſionem. Et alius ꝓpter contrarietatem in quantitate: & illa humiditas erit flegmatica facta, & iſta eſt mors naturalis termiata in omni indiuiduo ſecundum ſuam compilationem primam: & quilibet habet terminum terminatum diuiſiuum indiuiduis ſecundum diuerſitatem in complexionibus: & ſunt iſti termini naturales uitæ. Et adhuc ſunt alii termini mortis quæ ſunt p̃ accidens ut interfectio: & tunc ex hoc quoq; notum eſt: quia corpora iuuenum & puerorum ſunt calidia æqualiter, & corpora uirorũ & ſenum frigida: ſed corpora puerorum excedunt æqualitatem in humiditate: et propter hoc cremẽtum in eis & humiditas ſuper hoc fundatur probatio. Et eſt mollicies ſuorum oſſium & membrorum: & ſignificant ſuper hoc ſilĩs adhuc, & eſt propinquitas ſui ad ſperma & ſpiritum fumoſum ex quibus generabatur, ſed uiri maxime illi qui ſunt ſenes quod cum hæc quod ſunt facti ſunt ſicci & ſcitur hoc per duriciem ſuorum oſſium & ſiccitatem ſue cutis. Et argumentũ ad hoc eſt: quia ſũt remoti in hoc tempore a ſpermate & ſpiritu fumoſo. Et ignitas aut eſt æqualis ipſius & aliquantulũ eos extẽdentibus & atritas & aqueitas magis: & terreſtreitas in uiris eſt: & in ſenibus magis q̃ iuuenibus: et iuuenes magis retificantur quam ſenes q̃ pueri in cõpletione, quia reſpectu puerorũ

ſunt ſiccę complexionis:et reſpectu ſenum & uirorum humide complexionis,et ſenes ſunt ſiccio-res iuuenibus et pueris in complexione mẽbrorum,et humidiores humiditate accñtali q̃ remollit.

Incipit liber.xiii.de alteratione nutrimenti in animali.

ET dicam quia cibus ſuſceperit q̃dam digeſtionem inmaſticatione: et hoc quia mẽbrana in lingua & palatu eſt eadẽ cum interiori ſtomaci tunica quare cõicat cũ ea in operatione aliqua cum cibus fuerit aliquantulum maſticatus:et coadiuuat ſuper hoc ſaliua ĩ qua eſt calor uiuens ad eius decoctionem: et propter hanc digeſtionem triticum maſticatum magis maturat apoſtema q̃ decoctum in aqua uel piſtatum:et ſignificatio ſuper hoc eſt: qa per maſticationem admittitur ſapor et odor qui fuerint prius.Et cum peruenit illud ad ſtomacum decoquetur decoctione completa.Et non ſolum calorem ſtomaci,ſed iuuamento circunſtantium: ſicut epatis a dextra et ſplenis a ſiniſtra.Quoniam ſplen non calefacit per ſe: ſed per uenas multas pulſatiles quæ ueniunt ei a corde:et non pulſatiles ab epate et anteriori cum zirbo,et hoc quia zirbus de facili calefit propter ſepoſitatem in eo.Et deinde calefacit ſtomacũ ab anteriori et a ſuperiori cor,quia quod appropinquatur ſtomaco:et hoc mediãte calore diafragmatis.Et fit digeſtio ĩ ſtomaco cuꝫ imiſcetur cum illa materia:aquoſitas potus generatur ex uniuerſo ſuccõitas quæ de facili tranſeat ad uenas epatis.Et poſt hanc digeſtionem ex illa humiditate attrahit ſtomacus, et poſt mittit illam ad inteſtina:et poſt epar ſugit humiditatem illam ab inteſtinis per uenas meſaraycas: & ſunt uenæ graciles dure continue pluribus inteſtinis,& per illas procedit illa humiditas gracilиando quouſq́ʒ peruenit ad tantam graciliatiõem ubi diuidatur in uenas capillares:& illæ uenæ adunant in unã magnaꝫ uenã in gilbo epatis.Et de illo loqtur poſt: & non fieret tranſitus nutrimenti ꝑ illas uenas graciles niſi per iuuamentum aquoſitatis poteſtate:quæ aquoſitas non eſt alia uia neceſſaria corpori:ut eſt diuiſio uenarum capillarum inter tot partes quouſque diuidantur per totaꝫ ſubſtantiam epatis:& epar tunc poterit ſuper materiam diuiſam per ramos indigeſtionem:& ideo citius fit digeſtio,& accidit in illa materia res ſimilis ouum decoctioni,ſcilicet res ſpumoſa,quæ eſt colera:& fex mulieri & ſanguis:& ſi iſta decoctio fuerit ſuperabundans fiet inde res aduſta:& ſi non fuerit res completa erit multum flegma: & ſpuma combuſta eſt colera aduſta:& fex aduſta eſt in frigida aduſta: & ambæ ſunt non naturales aduſte, & melius eſt in iſtis ſanguis: & ille ſanguis adhuc in epate erit ycoroſus,& hoc propter immixtionem eius cum aqua:qua indigebat ad eius circuitum intra uenas capillares:ſed cum intrauerit ille ſanguis uenas colat ſe ab aquoſo illo tendente ad renes per unam uenam magnam rectam,cum etiam uenit ad renes ſanguis dans ei nutrimentũ & reſiduum tendit ad ueſicam,& ſanguis quæ remanſit in gilbo mundificatus ſtans ibi in uena magna quæ diuiditur in duas:quarum una tendit deorſum,& reliqua tendit ſurſuꝫ, & poſt per multos ramos diuiditur quouſque perueniatur ad uenas munitiſſimas aquarum orificiis exigens paulatiꝫ imbibit membra:& reſiduum huius capituli querat aliqs ex doctrina mea in canoñ.

Capitulum.De humoribus.

ET humor eſt corpus humidũ cõcurans & alteratur ad bonũ:& una pars quæ accidit ex ſubſtantia cibi,& iſtud quod eſt ſuperfluitas poterit aliquando queſtio uerti in humorẽ bonum:& non neceſſarium eſſet auferri a corpore prius q̃ hoc contingat. Et dico quia humiditatum corporis,quædam ſunt primæ & quædam ſecundæ:& primæ ſunt hũores quattuor,& ſecundæ ſunt quædam ſuperfluitates quæ ſunt diuiſe a principio,in tantuꝫ quod potentes ſunt tranſire in membra:ſed non tranſiuerunt cum effectu completo:& ſunt trium modorum,& mamillarum eſt humiditas quæ diſpergitur per membra ſicut ros.Et eſt humectata:ut trãſeat in nutrimentũ cum membꝝ habuerit diſſolutionẽ:& eſt ad humectãdum membra cum fuerit deſiccata propter aliquem motum fortem.Et ſecunda humiditas,eſt humiditas quæ proprie ẽ coagulatiua: & eſt cibus alteratus ad membra ſecundum ſpeciem complexionis: & non peruenit ad complementum,& tertia humiditas eſt intrans membra a principio crementi:& ſuum initium fuit ei a materia embrionis:& principium embrionis fuit ab humoris.Et dico adhuc quod humiditates uel humoroſe quæ ſũt bone:& ſuperfluitates ſunt quattuor modorũ:ſanguis & colera:& melia & flegma:& ſanguis eſt calidus & humidus:& eſt duorum modorum naturalis: & eſt rubeus boni odoris & dulcis,& eſt innaturalis duorum modorum:& eſt unus quo fit innaturalis: quando fit hoc modo:non per immixtionem alicuius alterius rei extranee cum ipſo:ſed potius permutatiõeꝫ in ipſo ſecundum calorem aut frigus:& aliquando fit permutatio per mixtionẽ,& eſt duobus modis:aut propter humorem intrinſecum uenientem intra ipſum: & corrumpentem illam ſubſtantiã ſicut eſt generatio in ſanguine ſpumoſum:ideſt colera & fex,ideſt mella & aliqua illarum remanſit in ſanguine:& iſte modus ſecundum diuerſas mixtiones nominatur,ita quod aliquando fit ſicut

ſex alba uel nigra uel rubea:& ſicut mutatur aliquando in odore & ſapore:& flegma naturale eſt
materia ſanguis,& flegma dulce in comparatione ad corpus parum eſt frigidum:& in comparatio
ne ad ſanguinem multum frigidum.Et.G.dicit qđ natura nō fecit mēbrum determīatū ad flegma:
quia eſt propinquum ſanguini:& neceſſarium eſt omnibus membris,& ideo eius curſus eſt ſimilis
curſui ſanguinis:& tunc dico quod hæc eſt aut neceſſitate aut utilitate:ſed determinamus in cano/
ne,& utilitas eſt ut remolliat iuncturas propter cōſtrictionem & calorem mouentem:& eſt portio
eius gipſea quæ inſpiſſabatur in iuncturis propter cōſumptionem ſuarum partiū ſubtilium, & cau
ſa ſalſedinis eſt īmixtio particularium terreſtrium amarāꝝ cum humiditate aquoſa : & hoc ſecun
dum æqualitatem:quia ſi periculoſe aduſte eſſent multe faceret ſalem cum qbus operantur erit me
lior.Phiſicus dixit quod illud flegma poterit fieri ſalſum per putrefactionem in ipſo.Et in trāſmiſ/
ſione colere ad inteſtina aliquando accidit opilatio:& dicetur colica:& erit egeſtio tunc alba:& co
lor citrinus:& aliquando citrinatur colera in ſe,& accidit cinis in ea:& ſua citrinitas adunatur cum
aquoſitate ſua & res peſſima:& colera innaturalis quādoq; generatur in epate,altera in ſtomaco,et
quod in epate eſt ſubtilius & cineratur:ſed peſſima generatur in ſtomaco ex aduſtione uitelline:&
tunc ingreſſit combuſtum & immiſcetur naturale cum illo:& efficitur uiride & peſſimū comburi
tur multum efficitur uiridiſſimū,& iſtud eſt quaſi uenenum.

Capitulum,De modo cibandi animalium.

DIxit magiſter primus quod omne animal qđ cibatur:aut habet ſanguinem aut rem lo/
co ſanguis:& omne animal ſanguineum eſt callidius:& maxime mas:& iam dixit mi/
hi marinum quod mulieres ſunt magis calide:& propter hoc patiuntur menſtruū. Sed
abocalim dixit contrarium:& fuerūt antiqui qui putauerūt quod ſanguis & colera fue
rint frigidi:& dixit quod aliquando dicit̄ multis modis:quia callidum dicitur,eo quod calefacit ta
ctu ſicut ignis:& dicitur callidum:quia cum fuerit inter receptum calefacit:& aliis modis quos nu
merauimus:& dicitur callidum:quia multum de ſua ſpecie poteſt calefacere & modicum nō:ſicut
apium:& dicitur callidum:quia tarde deponit calorem quē recipit:ſicut plumbū & cornua cinero
ſa cum calefiunt profundant ignem in ſe:& cum abluitur redeunt frigida & ſicca: aut eſt ſecundū
reunciam:ut in lapide:& per accidens:ut in glacie.Sed animalia aquoſa quæ habent ſanguinē ſub/
tilem aquoſum ſunt cineroſa:& quæ habēt ſanguinem ſpiſſum ſunt magis audacia:quia calor ma/
gis retinetur in lapide q̄ in aqua:& ideo retinent calorem diu:ut porci & camelli,ut boues & leo/
nes.Et ita in homine groſſi ſanguinis:& ideo animal nō habens ſanguinem non habet ſepū neque
zirbum,quia in zirbo & ſepo eſt terreſtreitas frigida:& ꝑpter hoc de flegma cōiūgitur: & hoc qa
in animali non habente dentes in mandibula ſuperiori:citius congelabatur uel congelatur ſepum
cum fuerit liquefactum,quia iſta animalia ſunt multum terreſtra:& ideo habent cornua & ungues
& non ita congelatur ſepum cæteroꝝ animalium:& quando multiplicabatur pinguedo in corpo/
re interficit:quia congelat calorem naturalem,& oſſa & ſepum non habent ſenſum: quia ſunt ad/
huc.q.ſanguis congelatus.Et ſua digeſtio eſt ſimilis digeſtioni carnis : & poſtq̄ frigus fuerit potens
ſupra corpus inducetur mors:& poſtq̄ fuerit multiplicata pinguedo in corpore reſcinditur genera
tio & infrigidabitur ſanguis:& medulla oſſium eſt ex diſſolutione ſubtilis ſanguinis qui nō uenit
ad perfectam digeſtionem quantū uia eius quod peruenit ad perfectam digeſtionem: eſt uia ad car
nem.Et medulla aſſimilatur ſpermati ſecundum unum modum:& medulla pueri eſt ſanguinea.et
medulla iuuenum eſt ex accutiori ſanguine q̄ medulla ſenum. Et medulla eſt ſuſtentamētum oſſis:
& eſt ſuperfluitas cibi oſſis quæ conuertitur intra in expræſſione:& eſt etiam cibus ad os : & inter
illos ſermones non eſt diuerſitas & non eſt mirū hoc,quia medulla cū eſt multa poterit ex ea cōuer
ti quid ad cibum:& tunc non eſt opus in hoc medico diſputare,& uniuerſaliter medulla ē ſanguis
alteratus ad oſſis naturam.Et animal quod habet ſtrituram in oſſe:& multum oſſeitatis nō indiget
ſuſtentamento medulle:non habet medullam ſicut leo,& iuuat adhoc calor,& animal non habēs
os non habet medullam niſi nucham:& nucha quæ circundatur ſpinis.Et medulla licet ſit funda/
mentū neruorum:neq; tamē ad aliud.ſ.quod eſt quaſi continuamētum:& ligamētum ſpondiliorū
non eſt ſolum ſicut cooperimentum nnche:ſed erit ut ſint origo oſſium ſuper quæ fundatur corp⁹
& putant quidem cum continuetur nucha cum cerebro,quod ideo natura eorum ſit una:ſed errāt
in hoc:quia medulla cerebri eſt frigida:& ſpinalis medulla eſt callida:& ſignificat ſup hoc ſua pin
guedo,ſed nucha acqſiuit hanc cōplexiōem a corde:et licet ſit medulla callida iſta nuchalis nō: ta
men deſiccat̄:qa recipit humiditatem cōtinue a cerebro.Et qđ dixit magiſter p̄mus:qa putant qđ
ſubſtantia cerebri ſit ſentiens,& habebat uirtutē ſentiēdi:ſed nō eſt ita:qm̄ eſt talis qualis medulla:
ē quæ intra oſſa:dico quod nō dolet cerebrum pp apoſtema in ſui ſubſtātia:ſed pp apoſtema pll̄it:

& non eſt uetitum, qm̄ in cerebro aliquid repoſitum ſenſuū: & ſpiritus uitalis & tn̄ illud nō erit ſentiens, & illud eſt quoniam cerebrū eſt pncipium uiſus, & tn̄ non uidet et eſt pncipium uirtutis motiue uolūtarie: nec tn̄ mouetur uoluntarie. Sed certe pncipium iſtaꝝ uirtutum eſt ſpiritus qui eſt in eo ut in archa uirtutis quæ defluit ad membra continuata cum medulla, ſicut eſt tæſta capitis quæ eſt archa medulle. Et non quod aliquid cum fuit archa aut tranſitus alicuius uirtutis quod ipſum ſit participans eandem uirtutem, ſicut duo nerui obiecti qui ſūt uacui, & non ſunt uirtutes contingentes in illis neruis: ſed in cerebro eſt unum quod non habet uaſa: et illud eſt etiam quoniam ipm æqt calorem ſpiritus calidi, & propter hoc ſpiritus magis æquabit ſenſum & motum, aut ſicut ſpiritus qui eſt in corde & cōis uirtutibus: & cum peruenerit ad medullam erunt operationes in quibuſdaꝫ eoꝝ magis tunc apparebunt. Et erit ille ſpiritus operans uniuerſaliter, & tunc cū fuerit in epate erit eius uirtus magis operans. Tunc igitur archa cauſa medulle erit ſecundum intentionem ſpiritus ſenſibilis proprie: et ſue æquationis non: ut ſentiat per ſe in ſui ſubiecto. Et iam dixit phiſicus qđ tactus eſt cum æqualitate: & omne animal magis æqualis complexionis ſunt ſua mēbra magis tangibilia, deinde teſtatus eſt per ſe: quod medulla non eſt cum æqualitate, & non eſt ſuus exitus a parte complexionis ad calorem: ſed ad frigiditatem, & tunc nō debet ſibi medicus accipere uerba iſta ꝑpter ratiocinationē: ſed cor eſt æquatum ſecundum unum modum in ſui ſubſtantia: quia eſt carnale: et ſi declinauerit declinabit ad complexionem calidam quæ etiam non aufert uirtutes, ſed ēt augmentat. Et quod magis impedit cor cum non obedierit illi ſpiritus et uirtutes cordi, & hoc quādo illi erunt frigidi: ſed non eſt tam uetitum quod illud quod eſt magis calidum magis ſentiat. Sꝫ conſilium quod uidetur mihi optime eſt quod principium ſenſibile eſt ſpiritus. Et non eſt opus ut ideo ſit archa ſue generationis: ut archa ſue æquationis: aut ſue cuſtodie ſenſibilis præterq̄ eſt opus ut participet complexionem q̄ recipiat a ſpiritu uirtutem ſenſibilem & ſenſum. Et ſubſtantia carnalis eſt magis digna cum hac q̄ ſubſtantia frigida & humida aquatica: & iſtud non eſt iudiciū meum certum neq; credibile. Et notum eſt quod ſpiritus eſt aptus recipere iſtas uirtutes hac uia, ut ſit talis: non quod ſit æqualis. Sed inſpiratio non æquat illum ſpiritum eo quod infrigidat ipſum tantum: ſed quia uetat calidiſſimum quod intendit in diſſolutione ſpiritus: & quod intendit diminuere ab illo ſpiritu euaporationes ſunt ſ̄l̄as: ſed membrum cum quo erit ſenſus & diminutio: ſed membrum inter membra ſenſibilia uidetur quod ſit magis ſenſibile quod eſt magis æquale ē magis ſenſibile: & cerebrum factum eſt frigidū æqdiſtans cordi: ut refrenet calorē & ſui ebulitiōem, & quod iuuet ſpiritum ſibi uenientem aliqua æqualitate: quæ æqualitas ſit conueniēs ad ſuum motum: ſed uirtus intrat ad cerebrum a corde & cū ſpiritu: ſed ſpiritus procedens in ipſum retificat eius ſubſtātiam multis modis: ſed nutrit etiam increſcere & in aliis: & tunc cum fuerit æqualis nō iuuabit ad illam æquationem: neq; erit æquatis, & tunc ſingulariter ad unum opus & non uenient ſuper ipſum operationes multæ: quarum una impediat alteram: & propter hoc cum ille ſpiritus aptatus fuerit ad ſuum & tranſierit ad epar: & complexionem epatis faciet ſtare cum fuerit aptatum ad ſenſum: & motum, & dimittet ipſum tn̄ ad operatiōem nutrimentalem: & tunc iſta membra quæ ſunt poſt cor mutant complexionem: & tunc faciūt ſpiritum carere uigore: & illud eſt eſſentiale. Et dicamꝰ etiam quod ſpiritus eſt maioris uirtutis in operatione ſecundum accidens, & hoc quia euacuat, & euacuat quia declinat ad operationes alias: et eſt poſt coniuncta cum primo membro: & primum inſtrumentum anime in medio eorum calor naturalis. Et annelitus inſtrumentum primum anime ī medio eorum calor naturalis. Et annelitus inſtrumentum primum eſt calor naturalis: & cum illo inſtrumento complet omnes operationes ſuas: & iam poſitum eſt inſtrumentum in medio eorum. Et multiplicauerunt ſanguinem ei: & calor ſue cōplexiōis iuuit ad exercitationē ſui corporis: licet calor non ſit prima cauſa eſſentialis ad hoc: ſed uirtus informatiua non fecit futuram capitis & ſuperiorem eius partem æquæ dicta ſibi ſimilibus: ſed fecit illam partem multum mollem, & hēt in periculis, & ideo ille puer. q. erit debilis qui habet membra debilia: & maxime ille qui habet cerebꝝ debile quod creatum eſt in ſubtilitate hoīs: & non creatus fuit in illa humiditate, nunc tranſeamus ad membra interiorum.

Capitulum, De animalibus ſanguinem habentibus.

DIxit oē animal hn̄s ſanguinem hēt cerebrum: ſed animalia nutritiua: & pars malchie habent cerebꝝ: & hoc hēt medullam maiorē reſpectu ſui corpis q̄ cætera aīalia: & hoc eſt quia eius magnitudo eſt neceſſaria multū uirtutibus aīalibus & ſpīlibus & cogitationibus rōnali q̄ non habent cætera aīalia. Sed anathomia in cerebro hoīs eſt, qa pars eius tendit ad medullā, & reliq̄ ad pelliculas: & tertia ad quoſdā uentriculos plenos ſpuma, ſed nerui ſūt quaſi rami emanātes ab illa: ſed illi nerui non ſunt proprie de ſua ſubſtātia: & tunc caput hēt media

tionē ſcd'm ſui longitudinē in ſuis uentriculis & ſuis mēbris: & ut in illa uacuitate ſit iuuamentum: licet etiā in uentriculis añrioribus magis manifeſtat' ſpiritus ſenſibilis, & iā creabat' ſubſtātia cerebri. q. leuis unctuoſa: ſed illa unctuoſitas eſt pp hoc ut qd' naſcit' ex illa. ſ. res neruoſa ſit uiſcoſa. Sed dixit medicus qd' molicies erat ut recipiat apta figurā: & de facili exerceret' p talem materiā ymago: qm̄ res humida de facili recipit imp̄ſſiones, & nō uidetur mihi iſtud, qa res humida de facili recipit alterationē ſcdꝫ oēm: ſed infra quæ eſt cū diuiſione & receptōe figurat': ſed ymaginatio & extimatio nō fit cū motu corpis uel diuiſione aliqua in corpe: ſed nō fuit leuis niſi eēt molliens neruos duros: & erit eis nutrimentū bonum: ſcd'm gradum, qm̄ ſubſtātia dura non ita dat materiā rei, ſed mollis ſubſtātia, & ut illud qd' naſcit' ab ea eſſet p̄mo leue & molle, & in ſuis exercitibus eēt durum qd' dicemus poſt in neruis: & qa neceſſariū fuit qd' id qd' naſcit' ex ea eēt durū gradatim: & ſua duricia cū mollificatiōe tūc neceſſe fuit, ut ſubſtātia a qua naſcit' eſſet hūida: mollis: leuis: unctuoſa: et hac de cā, ut ſpūs qui eſt durus: & quo indiget ad motum feſtinū iuuet' per hūiditatem: ad hoc & fuit ſpongioſa ut eēt facilior ad motū, qa duricies in mēbris eſt pōderoſior q̄ hūiditas, & mollicies rara, & ſubſtātia medulle eſt diuerſa in ptibus, qa anterior eſt humidior: & poſterior eſt durior. Et diuiſio facta eſt ſcd'm ptes ſecundū diſtinctiones in mēbrana dura ꝓut dicemus inferius: & mollificauerūt partem añriorē medulle: qm̄ plures nerui ſenſibiles naſcunt' inde & ꝓprie auditus uiſus: quia uiſus eſt cuſtodia. q. ſpeculatoris: & fuit dignus ut eēt cuſtodia añrius. Et nerui motiui magis hn̄t ortum a poſteriori, & naſcit' a poſteriori nucha quæ eſt nuncius cerebri, & ſupplet eius uices in dorſi uia: & eſt uia ut naſcant' nerui: & nerui motus indigēt magis duricie q̄ nerui ſenſibiles: ſed diſtincta fuit mēbrana ut eſſet differētia inter nuchā & ſpondilia. Et accidit inde dubitatio ſup hoc: utrum mollicies cerebri tāgit duriciē mēbrane gradate, & fortaſſe in eo loco in quo tangit mēbrana medulla illa mēbrana ſit molliciore. Et in duplicamēto pāniculorum fuit iuuamentū, qbus eſſet in eis ſuſtentamentum uenis nō pulſatilibus uenientibus ad medullā. Et extremitas huius eſt ibi ubi cadit ſanguis. q. quædam plana: & eſt illud. q. lacuna: & eſt a poſteriori ubi eſt ſitus. q. torcularis, & deinde ex eis accidit ramificatio, & aſſimilat' ſue ſubſtantie medulle: & ſugunt per orificia ſua ſanguinē: & poſt adunat' ad duas uias ſicut dicemus in anachia ſerre, iſta ēt duplicatio hēt iuuamentum ut naſcant' ex ea ligamēta medulle cum mēbrana ſpiſſa in æqdiſtantia ſerre corone: & in añriori pte naſcunt' addimēta quæ ſunt ſimilia mamillis p quæ fit olfatus, & decidūt a mollicie cerebri modicum: & nō ſunt ita duri ut nerui: & iam coopiunt medullā cum duplici mēbrana dura uerſus tæſtam & molli uerſus medullā, & facte ſunt ne medulla tæſtā tangeret & læderet' ab oſſe: & ideo iſta ſuper crus interior oſſis eſt mollior. Et iſta membrana licet ſit cuſtodia medulle: tūc eſt ligamentuꝫ & cōtinuatiuum uenarum pulſatiliū quæ ſunt ſupra medullā: & eſt. q. ſecūdina quæ eſt ſubiectū tæſture uenaꝝ: & pp hoc intrat adhuc ſubſtātia medulle in multis locis & uadit ad eius uētriculos: & terminat' a poſteriori, qa ei nō eſt opus plus pp eius duriciē, & mēbrana dura nō applicabat' medulle nec aliæ mēbranæ omni loco: ſed elleuat' ſurſum: & cōtinuatio inter illas eſt p uenā quæ tranſit e dura mēbrana ad ſubtilē. Et ſpiſſa mēbrana cōiungitur cum oſſe p quandā mēbranalia ligamēta quæ naſcunt' a ſpiſſa: & coniungunt' illa ſtricta ne cadat ſuper medullā: & iſta ligamēta trāſeunt ſubſtantiā uſq; ad ſupficiem extrinſecam tæſte, & ſtant ibi quouſq; texitur ex eis mēbrana quæ coopit tæſtā: & in hoc ligat' bn̄ duramr̄ cū oſſe. Et medulla hēt in ſui lōgitudine tres dimēſiōes in uētriculos, & omnis uentriculus hēt in ſui latitudinē duas partes: & tūc pars anterior manifeſte diuiditur in duo dextrū & ſiniſtrū, & ſunt unius q̄titatis: & illa pars anterior iuuat olfatum: & ſuper eiectionem ſuperflui per ſtrenutationē, & adiuuat ad diuiſioneꝫ ſpiritus uiſibilis: & iuuat ſuper opera uirtutis formatiue & cōphēſiōibꝰ extrīſecis: et uētriculus poſterior ē magis ut īpleat uacuitatē mēbro magis: & illd' ē nucha: et ī illo ē diſtictio: ſcdꝫ poſt ſpūꝫ ītrat uiſibilis et uiget uirtꝰ memoratiua: et tn̄ ē minor pte añriori: et cū hæc diminuūt' gradatiꝫ quouſq; tenet ex ſe nuchā et ꝓcedat ī ſpiſſando ſcdꝫ ꝓportionē q̄ dureſcit. Sed uētriculo medial' ē. q. trāſitus et uia ab añriori: et inter añriorem & poſteriorem, et ideo magnificabatur! et elongabatur a deſtro de magno ad magnum, & mediāte ipſo cōtinuat' ſpūs añrioris cū uirtute poſteriori et declinat ad uirtutē memoratiuā: et tegit ſe tegmēto ſpico et interiꝰ cōcauo: et hoc ut nō ītrat occaſiōes extrīſecas: & ut ſit fortis ad patiēdū cōtactū mēbrane gradate ad ip̄m cōiūgunt' uētriculi añriores: et iſta uia ē unꝰ uētriculus p ſe. Et ē uia deferēs a formatiua ad memoriā: et tūc un̄ cōplebit' cognitio ſicut tu ſcis, et ſi groſſitas uirtutū ī iſtis ē pp ægritudīes eoꝝ q̄ deſtruūt opationes et mēbrana ſubtilis ītrat in uētriculos cerebri et coopit illos quouſq; pueniat ad ptē poſteriorē cui ſufficit ſua durities loco coopimēti mēbrane: et in ſimilia cerebri ſunt meroſe in quibus tranſit ſpūs aīalis, ſicut in ſpis uentriculis, qa nō in omni tpe aperiunt illi uētriculi neq; applicant': aut ſpiritus paucus eſt, ꝓpter hoc uētriculi apiantur tm̄. Et quia ſpiritꝰ cōplet ſuā alterationē et cōpletionē medulle: & hoc p coctionem, qa ibi decoqt': decoctio uero iſti

us erit p motū & diuiſionē materie ĩ locis decoctōis ſcđ; modū decoctōis ĩ epate: ſed ſerra ē magis aperta quā poſterior eſt, quia fere eſt proportio ſene ad ſenex quæ eſt membri ad membrum, & cā quare poſterior pars fuit minor anteriore eſt ibi, & inter uentrem: & uentriculum inferiorem poſtremum diuiduntur due uene maiores quæ tranſeunt ad medullam quas nominabimus agreſtibus procedūt rami contexte quaſi in ſerina quæ ſunt ſub medulla, & facta ſunt iſtis ramis ſuſtentamenta conglacule quæ implent natiuitates quæ eſt inter illas, ſicut & in aliis uenis ramificatis, quoniam caro glandulosam implet natiuitates allarum: & iſte glandule figurantur cū figura ramorum ſecūdum modum prædictum texture uenarum ut ſupra, & dilatantur ſcđm dilationem ramorum quouſq; compleatur ramificatio, & ſtet textura ſcđum ſimilitudinem ſecūdine: & ibi quieſcunt, & particule medulle quæ compræhendunt partē mediam ſue particule quæ ſupra ſunt. q. in figura uētriculi, & ille particule ſunt ſenoſe. q. ſecūdum longitudinem, & coniuncte una cum altera, ut hēat quo ampliatur, & quo aſtringatur ad modum uermis, & pars interior quæ eſt ſuper membranam quæ cōtinet medullã: & illa membrana compoſita ſuper duo additamēta quæ ſunt quaſi crura, & ſunt quaſi propinqua, neq; ſunt multum remota, neq; multum propinqua, & ſunt appoſita duobus ligamentis quæ dicūt corde: & hoc ne auferatur: ut uermicula, & anguſtata fuerit ſua latitudo colligit illa, & prædicta membrana natant ſupra duo additamēta prædicta, & capita illarum cū eleuatur habēt modicam diſtantiā: & ligamenta ſua ſunt. q. capilli: & illa portio quæ eſt ſimilis uermicule cum impulit additamenta cōiungit ea: & claudit diſtantiā q̄ media eſt inter illas: & conſtringitur ad locum amplum: & dilatatur eorum latitudo, & recipiunt diſtantiam modicam, & hæc conſtringit᷑ uermicula, & uermicula quæ uadit poſterius eſt gracilior aliis, & aliquantulum tumeſcit: & iſta duo additamēta aſſimilantur duabus uiis: & ille due uie non habent in ſe aſperitatem, ſed potius planiciem, ut melius poſſint complicari, unde etiam ſimul poterūt mouere cū mouent᷑. q. eēnt res una, & in cerebro ſunt duo foramina ad expellendū ſuperfluitatem, & unū a neruis, & reliquū a medio baſis, & in uentriculo poſteriori non fuit foramē qm̄ ipſe eſt in ultimo, & paruus reſpectu eſt aliorū, & propter hoc non patit᷑ foramen. Et uentriculus inter medius cōmunicat cū extremis: & iam poſitus, & etiam locus per quē exit ſuperfluitas a nucha, & eſt ille ei prius, & poſterius pars & cōmunicant in uia medii quocūq; due uene ex tranſuerſo procedentes cōueniūt in unū foramē cuius inicium eſt uie in membrum ſubtili, & tranſit in membranam dictam, & cū pertranſierit aliquantulū in membranam obuiat cuiuſdam uie quæ aſſimilat᷑ glaucule: & eſt. q. ſperma depræſſa in utraq; parte, & eſt illa ſubſtantia inter membra dura, & foramen baſis, & in alia uia reperit᷑ os colore. Et iam dixit Aꝝ. quod non eſt in ſubſtantia medulle ſanguis, & debes intelligere quod non in ſubſtantia eius ſanguis ſcđum quod iam mutatus eſt in aliam humiditatē, & dixit quod nō ſunt uene in ſui ſubſtātia. Et uoluit intelligere qm̄ ille ueniūt: & diſcurrūt ad mēbra, & orificia uenarum tranſeūt in illam quouſq; poſſunt ſugere ab eis neceſſariū nutrimētū. Et in ſubſtantia ſua nō eſt textura uenarū ſicut in carne uel corde uel epate, & tæſta ſuperior eſt ſpiſſior: ut melius defendat᷑ ab occaſionibus, & eſt ut ſic lentus medulla eſt frigidus ĩter mēbra principalia: & hæc percipit᷑ tactu. Et dico: quia qm̄ erit medulla remota ab extremitatibus corporis, & eſt pricipiū neruoꝝ motiuoꝝ & ſuſuruꝫ: & nerui motiui: & remoti fuerūt a ſuo principio debilitant᷑, ut nō poſſint mouere extrema corporis tunc creata fuit nucha, ut eſſet principiū illoꝝ neruorū omni propinquo: licet etiam in ea ſit iuuamentum ad retentionem ſpondiliorū. Et ſi caput eſſet principiū neruoꝝ oīum eius quātitas deberet eſſe maior: & ponderaret ſupra corpus nimiū.

Capitulum, De anothomia neruorum.

ET ſi iuuamentū neruoꝝ quoddā eſt per ſe quoddā per accidēs: & per ſe eſt illud quod dat mediāte ſenſu medullā, & motū ad oīa mēbra. Et iuuamentū per accidens eſt qđ nerui texunt᷑ in cerebro: & faciūt carnē nimis fortē: & faciunt mēbra inſenſibilia in ſenſibilitatem ſentire: ut epar pulmonē, & ſplem renes, & hæc cū fuerit a poſtema in eis uel uentus, & principiū neruoꝝ eſt ſcđm modum p̄dictum medulle, & eius extremum eſt cutis a qua fila quædam ſunt uenientia ad cutem quæ immiſcent in neruis in cute, Et medulla eſt principium dupliciter neruorū, quia quædam eſt principium medulle mediante, & quædā eſt principiū ſum medio, & poteſt ſciri hæc per neruos deſcendentes a capite ad membra, & ĩteriora, ut epar pulmonē qm̄ illi nerui, quia elongati ſunt a principio ſuo firmant᷑ muſculis, & appoſuit eos quoddā corpus quod eſt mēbrū inter neruū: & cartilaginē, & eſt cōueniēs ſui ſubſtātia neruis qm̄ ĩclināt᷑, ut epiglotis: & aliud qđ eſt in radicibus coſtarū, & tertiū eſt in loco ad quē finit᷑ pectus: & alii nerui qui dāt ſenſum, & uadūt uiā rectā: qa ſunt p̄pinqores ſuo p̄ncipio: & nō fuit eis neceſſe tortuoſitas, ut eēnt duriores, & fortiores, & iō faciēs ſenſuꝫ naſcit᷑ ab anteriori qđ eſt magis hūidū. Et motus a poſteriori quod eſt magis ſiccum, & a medulla naſcuntur, vii. paria neruorum. Et pri-

mum par habet originem a duabus medullis primis anterioribus ubi.ſ.naſcuntur due mamille olfatus: & eſt paruum perforatum: & ille qui uenit ad dextra uadit ad ſiniſtram, & econuerſo, & ſuponuntur ſibi in modum crucis: & ita procedit illud par ad coſtas: & aperiunt illi nerui quouſque poterunt recipere in ſuis orificiis humorem uitreum: & quando trãſeunt ſuam fixionem procedũt ſecundum uiam rectam, & iam dixerunt iſti fixioni tria iuuamenta, & eſt unum: ut ſit ſpũs exiens ex uno oculo ad alium cum peruenit ad primum aliqua ocaſio, & propter hoc cum clauditur unus oculus uigoratur alius, & ſecundum iuuamentum, ut ſpũs reddeant in eadem diſtantia, & hoc neceſſe uiſum uideatur duo: & iuuamentũ tertium eſt, ut inter ſe in ſui coniunctione confortẽtur: & confortantur in tm̃ a ſui coniunctiõe quod uidetur quod ibi ſit origo, & ſcd'um par naſcitur poſt originem primi paris: & erit poſt concauitatem oſſis oculi: & diuiditur in maſculos oculi. Et iſtud par eſt groſſum multum, & hoc eſt propinquũ medulle humide.ſ.ſue origini, & ita nimis eẽt debile propter ſui molliciem niſi eſſet groſſum multum. Et proprie, quia non iuuatur iſtud par ab alio, quia par tertium mouetur ad mouendũ membrum magnum ſecundum medullam inferiorẽ: & tunc non poteſt iuuare ſecundum par, immo eſt opus, ut iuuetur ab alio ſicut dicemus poſt. Sed par tertium naſcitur a medio eius medulle quæ eſt anterius, & ei quod eſt poſterius ſub baſi cerebri. Et miſcetur modicum cum quarto pari, & poſt diuiditur ab illo per.iiii.ramos, & eſt unus ramus exiens per foramen quod intrat uenam apopleticam quem numerabimus poſt: & deſcendit per tallum quouſq; perueniat ad diafragma, & poſt deſcẽdit ad membra nutritiua. Et allius ramus deſcendit per foramen quod eſt in oſſe tymporum poſtquam receſſit ab illo loco coniungit' cum neruis qui ueniunt a pari quinto. Et eſt alius ramus qui elleuatur per foramen per quod exit ramus ſecũdi paris: quia habet procedere ad membra quæ ſunt a neruis in facie, & nõ eſſet bonum: ut trãſiret per foramen ſecũdi paris, quia ſuper induceret ei anguſtiam, & impediret' eius effectus nobiliſſimus: quia eſt nobilior aliis ſenſibus, & cum ſtringeretur illi: & impediretur ſuus effectus: & iſte ramus poſtquam exierit modicum diuiditur per multos ramos.ſ.per tres, & una pars uadit ad lachrymabilia, & ad maxillas: & tympore, & frontem, & ad palpebras: & pars ſecũdum perforamẽ tranſit quod eſt in oſſe naſi, & penetrat ad nares in ſuis panniculis, &.iii.pars quæ non eſt parua deſcendit per uacuitates: & poſtquam exit ab alia uacuitate ramificatur in duo, & unus ramus intrat per os: & diuiditur ad dentes ſicut diſtinguitur uel diſtringitur manifeſte per anothomiaʒ: ſed alia pars non ita bene: & pars huius rami diuiditur ad mandibulam ſuperiorem, & alius ramus diuiditur in cutem fauciũ, & in extremitatibus narium, & in labro ſuperiori, & iſte ſunt partes paris tertii. Sed ramus quartus exit huius paris tertii tranſit per unum foramen quod eſt in mandibula ſuperiori: & uadit ad linguam: & diuiditur in ramos in duplo linguæ ſuperiori, & dat ei ſuum proprium guſtum, & quod reſiduum eſt de illa ramificatione diuiditur ad dentes inferiores, & mandibulam inferiorem, & labium inferius, & pars quæ uenit ad linguam eſt ſubtilior quaʒ quæ uadit ad oculum. Et hæc: & quia equiperatur ei in fortitudĩe: quia iſta pars eſt remota ab humiditate medulle, & efficitur propter hoc fortior, & reliqua pars quæ uadit ad oculum oportet quod ſit groſſior, quia eſt debilior eo quod eſt prope humide. Sed pars quartum naſcitur poſt tertium, & eſt propinquius medulle baſis. Et miſcetur cum.iii.& poſt diuiditur ab illo ſicut diximus: & uenit ad palatũ, & dat ſenſum, & eſt par modicum, & eſt diuiſus.iii.& hæc: quia palatum: & eius pãniculus debet eſſe diuiſus quam pãniculus linguæ, Sed par quintum quilibet ramus illius ſinditur per duo, & aliquis per.x.quartos, & naſcitur a duabus partibus medulle: & pars prima utriuſq; ramorum iſtius paris uadit ad telã auricularũ, & pſpergit' per illã, & iſta pars naſcit' in ueritate ab anteriori medulle: & cũ ea ſit ſenſus auditus. Et pars ſecũda eſt minor pma pte: & exit per foramẽ oſſis petroſi, & diuidit' p foramẽ oſſiũ, qa eſt multũ tortuoſum, & fuit tale: ut eius iter eſſet lõgũ quo neruus in uia longa eſſet durior, & poſtquam ita proceſſit cum neruus paris tertii, & uadit plus ad partes manifeſtas maxillarum: & quod remanſit de iſtis iuit ad muſculos tymporum. Et neruus guſtus naſcebatur a pari quarto: & neruus auditus a pari quinto: & hæc, quia neruus auditus eſt diſcoopertus ad recuperandum uel ad recipiendum aerem ſonorum: & ideo fuit durum ad reſiſtendum occaſionibus: & ideo naſcebantur a poſteriori: & ſunt multi muſculorum tymporũ nerui, & incuruantur eſſe, & poſuerunt maſculum oculi ſi ſuper unum neruum: quia foramina oculorum indigent aptitudine per neruum magnum concauum deferentem uiſum: & tunc concauitates oculorum ad ſe, aut foramina multa: ſed nerui tympoꝝ indigebant duricie, & non indigebant groſſitudine, quia groſſicies induceret eis pondus: & grauitatẽ: & motũ adhuc exitus eoruʒ eſt eis petroſum durũ, & patit', ut in eo ſint per foramina multa. Et par ſextũ neruoꝝ naſcit' a poſteriori cerebri, & eſt contiguũ cũ quinto bis coniũctũ: cũ qnto ligamentis: & mẽbrana ita qd' uidet' eẽ unicus neruus totuʒ, &

poſt diuiditur ab illo, & exit a foramine quod eſt propinquum facere laud littere: & ante ſuum exitũ ramiſicabatur in partes tres: & omnis illi rami exiuerunt per illud foramẽ in unũ, & una ps illorũ uadit ad modum gutturis, & radices linguæ, ut iuuet par ſeptimũ in ſuo motu, & illa pars deſcendit ad muſculum ſpatularum, & ad illud quod ei propinquũ eſt plus illius ſpargitur ſuper muſculum amplum in ſpatula, & eſt iſta pars bone quantitatis, Sed pars tertia eſt maior iſtis duabus partibus, & uadit ad omnia interiora ubi aſcendit uena apopletica: & coniungitur cum illa uena, & cum fuerit prope epiglotum ramificabitur per multos ramos, & illi rami intrabũt muſculos epiglotis quorum capita ſunt uerſus ſurſum: & cooperiunt epiglotum: & ſuas carollagines: & cum pertranſierit epiglotum exeunt ab illo quædam rami: & intrãt muſculos quorum capita ſunt uerſus unum: & ſunt illi qui iuuant ad cooperimentum cimbalaris ſupra nodum gutturis, & ad eius apertionẽ poſt q̃ neceſſariũ fuit, ut traherẽt uerſus imum, & ideo uocabitur neruus tranſuerſus. Sed fecerũt iſtum tranſuerſum deſcẽdens a medullla, qa nuchati nerui ſi eleuarent͛, eleuarentur oblique non recte a ſuo principio: & nõ traherẽt ad unũ conueniẽtẽ, ſed ſunt creati a pari ſexto ꝓpter hoc: & illud qđ in illis de neruis len:ibus, & lenubus, & lentificationi illud quod erat de mollicie in pari quinto. Et circa iam ipſo ſparſi ſunt in muſculis faciei, & ſibi pertinentibus. Et ſeptimum par non deſcendit recte ſicut ſextum, ſed obliquum, & quia omne aſcendens oportet: quia firmetur ſuper fundamentum ad modum rodillæ hac de cauſa poſuerunt neruos iſtos ſeptimi paris, fortes ſicut eſt uideri in ſicula putei aſcendente, & deſcendente, & duras, & leues, & tunc non fuit tale illud por ſicut arteria magna, & aſcendentes iſtius paris rami in ſiniſtra parte obuiant huic arterie, & iſta arteria eſt recta: & ampla, & inuoluitur aſcendens cum iſta arteria, ſed non eſt in eis poſita ſiruia conſolidatione: ſed aſcendent a parte dextra non habet uicinitatem cum iſta arteria ſecũdum narrationem primam: ſed accidit ei uicinitas per quandam ramificationem exeuntem ab illo: & etiam, quia amiſit rectitudinem in ſitu cum obliquabatur ad aſcellas, & tunc non poteſt deficere a bonis ligamentis cum eo ſupra quod eſt firmatum, & hoc: quia recuperauit in ligamentis quod accidit ei ex gracilitate. Et ſapientia in faciendo iſtos ramos a ſuo principio elongari fuit: ut quatenus in elongatione nerui recedentes eſſent fortiores, & magis duri, & fortior de neruis recedentibus eſt ille qui ſpargit inter cimbalarem: & concauitatem pectalis: & nomen nõ habentis cum ramis quorundam neruorum ad iuuamẽtum, deinde iſti nerui deſcendunt, & faciunt ſe ramos, & in membranis diafragmatis, & in eorum muſculis, & in corde, & pulmone, & in ſuis arteriis, & uenis, & quod reſiduũ eſt trãſit in diafragma: & communicat cum eo quod deſcendit a parte tertia. Et ſparguntur in membranis ſplenis, & epatis: & aliorum nutritiuorum, & finitur ad os planum. Sed etiam par unum ſuum initium eſt a termino communicante termino medulle: & nuche, & uadit plus de eo: & ſpargit ſe ad muſculos mouẽtes liguã: & totũ reſiduũ de hoc eſt fortaſſe ſparſũ in alios muſculos uicinos iſtis, ſed nõ ſemp, ſed quia alii nerui fuerunt ad alia opera, & non fuit bonum: ut facerent foramina multa in anteriori, neque uerſus unum fuit magis dignum, ut uenirẽt motores linguæ ab iſto loco poſt quam uenit ſuus ſenſus ab alio loco: ſed ſunt nerui ſpondiliorum. Sed nerui qui naſcuntur a nucha, & ſunt nerui qui procedunt a nucha per collum. viii. paria. Et eſt unum par cuius exitus eſt a ſpõdili primo: & ſpargitur in muſculos capitis, & eſt par modicum, & fuit melius: ut ſuus exitus eſſet gracilis, ſicut tu ſcis in capitulo de oſſibus: & ſecũdum par ſuus exitus eſt inter ſpondilia ſcilicet primum: & ſecundum. Et intelligo foramen nominatum in capitulo oſſium, & plus deo ducit ſenſum tactum ad caput cum ſubit oblique aſcendit ſuper ſpondilia, & reuertitur tortuoſe ad anterius: & ſpargitur ſuper partem ſilueſtrem auricularuꝫ. ſ. tortuoſum: & tunc recuperat in curtatione primi paris non potentis de ſui paruitate ramificare per illas partes ad quas ramificatur ſecundum par, & quod reſpectu ſcd'i eſt de iſto pari intra muſculum qui eſt a poſteriori colli, & etiã muſculũ planum: & adducit ei motum. Et par tertium eius origo eſt, & ſuus exitus a foramine quod eſt inter ſpondile ſecundum, & tertium, & tunc ramificatur: & unus ramus ſpargitur intra muſculum, & in eo ſparguntur pamuli eius qui conſtringunt caput ad collum, qui diuertunt caput dextra & ſiniſtra, & deinde eleuant ſe ad ſpinas ſpondiliorum, & quando applicabitur cum eis coniunget ſe cuꝫ radicibus ſpinarum, deinde aſcendent ad earum capita, & miſcebuntur cum ligamentis, & membranalibus quæ naſcuntur ab illis ſpinis, deinde perforant tendentes ad partes auricularum: & in aliis animalibus ab homine uadunt uſque ad auriculas, & mouent muſculos auricularum: & alius ramus aripit, & anterius uſqꝫ quo intret muſculum. Et initio ſui aſcenſus immiſcentur cum eo uene: & muſculi circunuenientes ipſum ex omni parte, & hoc. ut erit fortius in ſe, & iam etiam miſcet ſe cum temperibus, & etiam cum muſculis auricularum brutarum: & maior eius ſparſio eſt in muſculis faucium. Et par quartum ſuus exitus eſt a foramine quod eſt inter tertiũ ſpõdile: & quar-

tum: & diuiditur ab anterius, & poſterius, & ſuum anterius eſt paruum, & ideo inuoluit ſe cum quĩto: & iam dixerunt quod ab illo tranſit ramiculus ad modum texturæ araneæ, & tendit ſupra uenã apopleticam quouſque penetrat ad diafragma, ſuper ambas partes diafragmatis: quæ diuidit pectus, & maior eius tendit ſurſum, & tunc intrat fundamenta muſculorum quouſque perueniat ad ſpinas: & tunc tranſmittit ramiculos ad muſculum colli ſilueſtris: quod ē inter collum ſilueſtre, & caput, deinde diuertit ſe ad anterius, & tunc continuat ſe in muſculis maxillarum, & auricularum in brutis: & antequam deſcendat ad dorſum. Et par quintum eius exitus eſt a foramine quod eſt inter quartum, & quintum: & ramificat ſe in duo, & unus illorum eſt anterior: & eſt minor eo quod intrat muſculum maxillarum, & muſculum faciētem declinare: & omnes alios muſculos cõmunicantes cum capite, & collo. Et ſecundus ramus diuiditur, & unus illorum eſt medius inter primum: & ſecundum, & ramus ſecundus intrat ſuperiorem partem ſpatulæ, & miſcet ſe cum partibus. vi. & ^ & ille etiam ramulus ſecundus miſcet ſe cum ramis quinque, & ſex, & ſeptem: & trãſit ad medium diafragmatis. Et par ſextum ſeptimum, & octauum exeunt ab illis foraminibus ſecundum ordinem. Et par octauum habet exitum per foramen communicans inter poſtremum ceruicalis, & principium dorſi, & immiſcentur ſui rami mixtione forti. Sed plus ſexti intrant ſuperficē ſpatulæ: & una pars illius, quod eſt pars quarti, minus parte quinti intrat diafragma, & ſeptimi plus intrãt adiutorium, licet quidam ſui ramuli intrent in muſculos capitis ceruicatur, & dorſi conuenientes cum ramulis quinti intrant etiam diafragma. Sed. 8. poſt immixtioneȝ intrat aſeid cutem: & brachii, & illius intrat nihil diafragma, ſed quoniam procedit de quinto ad partem minus non tranſit ſpatulam, & etiam de ſeptimo nihil tranſit ad adiutorium, ſed quod uenit de ſpatula ad aſeid exit ad. viii. inuolutum cum primo qui naſcitur de ſpondilibus, & ad dorſum uadit, ſed de iſtis neruis non dedunt diafragmati partem, ꝑpter neruos nuchæ, ut ſit illud quod deſcendit ad illos ueniens ab altero: et ſic meliorabitur ibi partitio: et proprie cum eſt itentio ad ipſam membranam, quæ mediat pectus, et non fuit poſſibile quod uenirent ad ipſum nerui a nucha recte: ſine fractione ad angulum rectum, et ſi omnes nerui deſcendentes ad diafragma deſcenderent a cerebro eſſet inter minus longum, ſed poſuerunt continuationem neruorum cum diafragmate mediocriter, quia non eſſet continuatio eorum cum diafragmate bona ſi continuarentur cum extremitatibus, et propter hoc continuantur in medio: aut ſi eſſent continuate cum eo ſecundum pariſariam et non eſſet continuatio ſecundum uiam rectam, quia muſculi faciunt motum cum extremitatibꝰ et circunferentia eſt illud quod mouetur de diafragmate, et tunc opus eſt: ut nerui finiantur ad ipſam, et non principium eorum in ipſa. Et tunc: quia neceſſarium fuit, ut intret diafragma neruus continuabatur cum eo, et eius continuatio cuſtoditur per membranam deſcēdentem in medio pectoris, et quia operatio huius motus eſt mobilis ponebantur plura principia ſuis neruis ne ſi unum cito lederet. Sed muchales que ſunt in ſpondilibus pectoris: ſed habent principium primum par exiens inter primum ſpondile, & ſecundum pectoris, & diuidit ſe per duos ramos, & magis ramificatur ſuper latera prima, & cum neruis deſcendentibus a collo aſſociãtur neruis, dico uenientibus ad aliam partem quouſque tendant ad manum, & uadunt quouſque ueniant ad aſeid: & palmam. Et ſecundum par exit a foramine quod ſequitur prædictũ foramen, & una pars illius uadit ad maniſeſtum adiutorii, & iuuat ipſum ad ſenſum, & quod remanet de ipſo cum panibus reſiduis coniungitur, & omnes uadunt uerſus muſculos ſpatule qui ſunt ſupra: & mouent ſuos muſculos: & muſculos dorſi, & tunc quod fuerit de iſtis neruis naſcens, & non intrans muſculos ſpatule intrat muſculos dorſi: & muſculos qui ſunt inter metraſena: & inter latera ſilueſtria, latera dico poſita extra pectus, & illi quorum exitus eſt a ſpondilibus laterum ad zoz intrat muſculos qui ſunt inter latera, & muſculos uentris, & currunt cum ramulis iſtorum neruorum uene non pulſatiles, & pulſatiles, & intrant ad nucham cum exituris prædictorum neruorum, & muſculi qui naſcuntur a pectine dorſi communicant: & quia una pars illarum intrat muſculos dorſi, & alia pars intrat muſculos uentris, & adhuc muſculos qui ſunt dorſi in parte domeſticorum dorſi, & alia pars ĩtrat muſculos uentris, ſed tria ſuperiora inuoluunt ſe cum neruis deſcendentibus a cerebro in cãna: & non alia in quibus. Et duo paria inferiora mittunt ramulos magnos ad partes coxarum: & miſcent ſe cum ramis paris tertii: & cum illo ramulo primorum neruorum: & aliud ſimiliter niſi: quia iſta duo pertranſeunt iuncturam piſſidum anche: & rotule coxe: ſed alii tranſeunt ad crura. Et differentia eſt iter prouentum neruorum ad manus: & ad pedes quoniam non ſimiliter coniungitur adiutorium cum pixide ſpatule: & coxe, & cum pixide anche neque ſimiliter ſe habent hinc inde nerui ad ſuam originem quantum ad propinquitatem in ſitu. Et neruorum deſcendentium ad pedes quidam deſcendunt a parte domeſtica, & quidam a parte ſilueſtri, & quidam a parte occulta duorum oſ-

ſiuum cruris, & quia nerui quidam appropriati pedibus non potuerũt recte uenire ad pedes propter muſculos ingemata eſt natura in eis: ut tranſirent per locum teſticulorum uſq; ad pectinem, & a pectine tranſeunt uſq; ad muſculos pedis uſq; ad iuncturam genuum. Sed nerui qui exeunt a pectine dorſi quos determinauimus immiſcent ſecum prædictis neruis: ſed reſiduum parum: & unũ exiens a pectine dorſi imiſcent ſe in muſculos manuũ, & uirge: & ueſice: & matricis mẽbrane uẽtris & ſupficiei inferioris pectinis uenter: & muſculi qui ueniũt a pectine dorſi.

Capitulum, De anothomia oſſium, & cartilaginum.

ET dixit Ar. quod oſſa, & cartilago ſunt facta, ut ſint ſcutum, & fundamentum corporis: & ſunt quædam animalia quæ non habent iuncturas mouentes oſſa ſua, aut ſuas tæſtes, & habent coriũ durũ circũdans ipm ſicut calapagil: et quædam habent ſuũ durum ad interius, & ſuum molle extra ſuper durũ, ut malchie, & calibus fecit natura carnem mediam inter ueram carnem: & neruũ, & non finditur ſua caro ſecũdum longum non ſecũdum latum per infiale: & hoc, ut ſuum neruoſum ſit magis ſubſtentans ipſum. Et animalia anuloſa habent ſuum exterius medium inter neruũ. Et poſiti ſunt ſui anuli ligati ita tamen quod poteſt elongari: & conſtringi, & non inueniunť in huiuſmodi animalibus diuerſa principia uenarum, & arteriarum, & hoc ut melius cuſtodiatur. Et oſſa leonum ſunt dura multum, & non habent foramen, & collidatur unum cũ altero emittunt ignem. Et multa animalia habent cartilaginẽ loco oſſis, & ſunt indigentia talia multa circũuolutione, & erit multa humiditas in ſui ſubſtantia, & erit aquoſa: & pauca terreſtritas, & illa tranſibit in corium: & talia animalia non habent comparationem in obuiando rebus duris: & aliquando adiuuatur natura in iſtis cum ſpinis. Et cartilago quæ ſimilis eſt medulle reperitur in piſcibus: & ſpine: & ungues: & cornua oſſea: ſunt omnia quæ ſunt dura ad ſuſtentandum, et ungule in brutis, et quædam fortia, ut ſint arma ſicut cornua: et quandoq; ungule ſunt arma: ut equus, et quædam ſunt in animali ſicut cõmẽtum ſicut ſpondilia ſuper quæ componitur corpus, ut ſpondilia quæ fuerit in fundamentum nauis, et ſicut quædam quæ ſunt ſicut ſcutum: ut oſſa capitis: et quædam ſunt ſicut ſpine, et q̃dam ad implendũ idea loca: ut parua oſſa in iuncturis, & quædã, ut alia cõponantur ſuper ipſa, ut os in radice lingue quod aſſimilatur laud littere. Λ. & omnia oſſa rectificantia corpus, & oſſa quæ ſunt ad defendendum uel ad ſuſtentandum non ſunt concaua, quia non habent opus ad motum quæ ſunt habilia ad motum habent concauationem, ut retineant ſuum nutrimentum ne indigerent nutrimentum ab alio, & ideo ad conſeruationem nutrimenti facta ſunt dura: & uacuitas iuuat ad lenitatem & iuuamenta ſue duriciei eſt, ut non frangantur in moribus fortibus, & iuuamentum medulle, ut nutriat, & remoliat ne ſiccetur a motu: & os quando factum eſt ad ſolum motum, tunc concauitas eſt parua, & quando ad motum: & lenitatem ſunt concaua multa. Et os collatere factum eſt, ut per ipſum exeat ſuperfluitas: ut in compoſito retineatur de nutrimento, & per ſua foramina intret fumus odores, & omnia oſſa ſunt ſibi coniũcta niſi quod inter quædam eſt cartilago, aut eſt ſimile, & quædam non indigebat in medio ſicut mandibula inferior: & quæ oſſa ſunt cõiuncta ſecũdum iuncturas habiles ad motum: & quædam ſecũdum iuncturas difficiles ad motum: & q̃dam conſolidãtur fortiter: & habiliter ad motum eſt cum unum poteſt moueri ſine altero: & erit autem difficilis motus cum unũ non poteſt moueri ſine altero, ſicut in raſeta, & conſolidatio eſt, ut in coſtis anterioribus cordi fortiſſime autem conſolidari dicunť: ſicut cum unũ eſt perforatũ, & additamentũ alterius intret ipm, ut dentes iñ mandibula: & ſeroſa ſunt ſicut in cellula capitis: & q̃dam ſunt coniũcta ſcd'm ſupficiem in latũ ſicut in flora ſpondilia: & q̃dam in longũ, ut duo focilia.

Capitulum in diſtinctione membrorũ principalium.

ET arbores non indigebant expulſiuis membris: quia animalia non ſugunt ſuum nutrimentum purum exteriora, ſed recipiunt unam maſſam inter cuius una pars eſt ſuperfluitas: & alia cibus cum fuerit alteratum, & quod recipiunt intra tranſit in diuerſas naturas, quia membra conſimilia ſunt diuerſarum naturarum: & non arbores ſimiliter, ſed arbores ſugunt cibum in quo non eſt ſuperfluitas tertie digeſtionis in animali: & tunc membrum recipiens illud quod eſt in potentia cibus cibatur in eo quod eſt in ipſo purus cibus: & opus eſt, ut de illo tranſeat ad locum ſuperiorem quantum ſi tranſiret multum in unum debilitaretur attractio rei ponderoſe in ſurſum, & membrum eiiciens poſitum fuit ſub eadem cauſa, & poſuerunt membrum in quo ſitus eſt primus calor in medio: quia fundamentum debet eſſe in medio, & operato agens debet eſſe propinquus quieti: quia quies debet eſſe, & operator prope quietem. Caput autem cum ſit ſpecula eleuatur ſupra, & poſuerunt iñ eo tranſitum nutrimenti: & diminuerunt ab eo carnem ne multitudo carnes opilationem faceret

in euaporationibus medulle: & caro poneret medulle opilationem ſupra tantum ſui in calore, quo niam uis eſt, ut ſit multum frigida. Et proprie iam creatum eſt in capite os durum: & tunc non fu it aliud neceſſarium alio addito, ſed utilitas totius tæſte capitis eſt: ut defendat medulla3, & diuiſio fuit in ſuis oſſibus: ut ſi aduenerit occaſio uni oſſi iſtud non accidet aliis oſſibus: & hoc eſſet, quia non fuit conueniens, ut in uno oſſe eſſet diuerſitas in duritie, & mollicie, & denſitate: & raritate, & utilitas nihil quatenus eſſet exitus euaporationis a cerebro, & poſſet eſſe cerebrum potens diſſolue re illa ſuperflua. Et alia utilitas: ut nerui exeuntes haberent uiam, & alia utilitas fuit, ut uenæ non pulſatiles: & arterie haberent uiam ad nutriendum. Et etiam dura mater haberet exituram in ſer ra, & non caderet ſuper medullam, ſed ligaretur p ſerram. Et figura naturalis huius tæſte eſt: ut ſit rotunda duplici utilitate, & una eſt quoniam figura rotunda eſt magis capax inter hyſoperunetus & alia, quia rotunda minus recipit occaſiones: & creabitur cum aliquanta alia longitudine, ut ner ui exirent non in una anguſtia: & impedimento unius ab altero, & procedunt aliquantulum in acu tu m ante, & retro cum rotunditate: & iſta figura duas ſerras fallaces, & duas ueras, & prima ſerra communicat cum fronte, & ad modum arcus, & dicitur coronalis. Et alia quæ eſt in medio ſecun dum longũ, & dicit ſagittalis: & cum cõparauerimus iſtã ad primã dicetur tiganlis: & figura totius eſt quaſi figura arcus a cuius medio eleuatur perpendicularis: & eſt talis. Et ſerra tertia comr municans inter occipicium: & ſuam baſim, & ſecundum figuram anguli cuius acutum coniungi tur cum ſagitta: & dicitur ſerra laude, ſed cum comparauerimus uniuerſum ad prædictas ſuturas erit talis. Sed due ſerre mẽdaces ſunt ſecundũ longitudine3 capitis æque diſtantes ſuture quæ dicitur ſagitta ex utraq; parte auricule, & non profundantur ad anterius: & ideo dicuntur fallaces ſerre. Sed tres ſunt figure capitis non natrales, & unus illorum eſt cui diminuitur anterior, & pro pter hoc amitunt ſerram coronalem, & ſerra quando amittitur poſterior ſerram. ſ A littere, & ter tius modus quando amittitur utraque ſutura: & erit totum rotundum. Dixit medicus maximus quando in iſto ſperico declinabat ad longitudinem, oportet de neceſſitate, ut in ea fierẽt ſuture a de quate ſuturis primis: & propter hoc cõtingit quod eſſent æquales ei partes ſerre, & iam fuerũt par tes ſerre in primo in longitudine una ſerra: & in latitudine due ſerre: ſerra latitudinis ibit ab una au ricula ad aliam, ſicut ſerra longitudinis eſt in medio longitudinis. Dixit A℞ non poteſt eſſe in capi te figura quarta in naturalis quoniam ſi longitudo eſſet æqualis latitudini eſſet uita abſciſa ſecun dum quod figura naturalis inducit uitam: & ideo dicit bene maximus medicus cum ipſe diſtinxit tres figuras capitis tm̃, & caput poſt hoc hẽt. v. oſſa, &. iiii. ſunt, ut parietes, &. v. ut baſis: & ſunt du riores quã illud ſupra, quia cãus ſupra latera ſunt plures, & qa neceſſitas in ſuperiori exigit quod in ſupiori eẽt raritas eo ꝙ in illo debet eſſe carẽtia põderoſitatis: & debet eſſe receptaculũ uaporũ, ut latera poſteriora ſunt duriora, quia remotiora ſunt oſſibus, & etiam paries primus eſt in fronte: & terminatur ad coronam ſurſum, & uerſus imum ſerra trãſciens per lineam oculorum in ſuperciliis & continuat ſe ſua extremitas cum capitibus corone. Et parietes qui ſunt ad dextra: & ſiniſtra ſunt parieres auricularũ: & dicunt petrales propter ſui duritiam interminabius quenlibet iſtorũ, & ter mius erit ſerra corticalis. Et alius termius alias tertius erit laude littere, & tertius qui ꝓcedit in uno ad coronalem, & anterius una pars coronalis, & a poſteriori una portio laude, ſed paries quartus terminatur ad ſerramen laude, & in unum ad communicantẽ inter caput: & dentem ſecũdi ſpondi lis: & continuat ſe inter duo capita laude. Sed baſis medulle eſt ſuſtentamentum totius: & omni um oſſium: & dicetur baſis, & eſt durũ duplici cauſa, & eſt una quando duricies melius ſuſtinet pon dus, & ſerra: ut eſſet minus recipiens putrefactionem quam illud os eſt ſubiectum ſuperfluitatibus ſemper deſcendentibus, & utraq; oſſa tymporum ſunt dura dupla cooperientia muſculos qui ua dunt ſub tymporibus, & ſuus ſitus eſt obliquus: & uocatur par. Et dixit philoſophus quod ſen ſus tactus habet principiũ a corde non a capite: & ſic guſtus qui quodãmodo eſt tactus ſed uiſus, & auditus, & olfatus: licet hẽant principiũ a cordi tamen neq; cor audit neq; odorat, ſed inſtrũm iſta rũ operationũ eſt cerebrũ duplex. ſ. inſtrumẽtũ tactus eſt caro: & neruus, & ambo inueniunt in cor de ſicut ipſe dicit quod quædam iſtarũ uirtutũ complent in radice, & quædam non: ſicut dicũt me dici quod cerebrũ palpat per ſe: & non uidet per ſe.

Capitulum, De naturis uiſus.

DIco igitur quod uiſus exigit humiditatem aquoſam claram quæ recipiat impræſſiones & tunc opus eſt ut ſit ſuum inſtrumentum ſubſtantia medullina ſicut criſtallina, ſed ol fatus, & auditus indiget duobus foraminibus per quæ itret aer, & ut operetur in eis nõ operationem quæ ſit frigida, aut calida, aut humida: ſed ſpiritus uiſibilis: & uirtus illi us peruenit ad oculu3 per neruos opticos: & iſti duo nerui membrantur tribus membranis, & duæ

membrane continuantur cum duabus membranis medulle, & interior eſt ſubtilior, & exterior eſt durior. Et tertius qui deſcendit ad oculum eſt deſcendens ad membrana tæſte, ſed ſunt optici, ut cito tranſeat in eo ſpiritus uiſibilis, & eſt quidam qui opilat ſpiritum ne exeat per pupillam: & iſti nerui continuant ſecum oculo, ut melioretur ſua intentio, & non ſint laxi ſicut determinauimus prius. Et cum expanditur medulla, & membrane capitis ampliabuntur tunice oculi in ſua occupatione, quarum medium eſt criſtallinũ cuius anterior ſuperficies eſt depreſſa reſpectu timoris ſphære: & fuit depræſſa, ut reciperet impræſſiones melius, et ideo melius circunuenit oculus in aſpectu res paruas: & ideo ſuum poſterius gracilatur: ut melius compræhendat res quibus occurrit. Et poſuerunt iſtam humiditatem in medio, ut melius cuſtodiretur: & poſt hanc humiditatem poſuerunt aliam quæ cibat iſtam, quoniam inter iſtam: & ſanguinem ſunt gradus, & eſt uitreum ſolutum, quoniam color eius eſt inter clari fluentis parum ad ruborem: ſed ſua claritudo eſt: quia cibat clarum, & rubor eſt in eo quoniam eius modus fuit ſanguis: & non eſt adhuc complete ſimilis ſubſtantie cibande, ſed poſitus fuit poſterius quoniam deſcendit a medulla mediante reti: & tunc opus eſt, ut ſit a poſteriori, & iſte humor leuatur ſuper elidia uſque ad maximum periferiam illius, & ante eſt albugineus: & eſt ſicut ſuperfluitas gelidine, quoniam ſuperfluitas clara eſt clarũ, & poſitum fuit ante: quoniam ſuperfluitas debet apponi cibo ſecundum ſitum. Et poſita fuit alia cauſa, ut gradatim ueniat uiſus ad gelediam, & ſit illi quaſi ſcutum: deinde caput nerui cooperit ſuper uitreum gelidiam uſque ad intermedium albuginei, & gelidie. Et quod de illo occupat interius uitreum eſt rotũdu; ſicut rote compræhendit ſuum compræhenſum, & a ſuo capite naſcitur textura aranea quæ eſt tæla ſubtilis, ut ſit ſubtilis inter ſuperfluum, & ſubtile, & ueniat nutrimentum ad ipſum per rete, & fuit ſubtilis ne ſi eſſet dura propter modicam occupationẽ impediret uiſum: ſed caput membrane ſubtilis impletur, & texitur uenis ad modum ſerine: quoniam eſt trãſitus certus cibi: & nõ eſt opus ut eius omnes partes ſint deputate ad cibum, ſed ſua pars poſterior: & dicitur rete, ſed quod eſt poſt hoc eſt aliquantulum ſpiſſius, & dicitur habere colorem ad modum floris lilii inter album, & nigrum, & hoc: ut colligat uiſum, & adequet lumen ſicut claudimus oculos cum adequamus uiſum poſt nimium defectum uiſus a luciditate, & hoc, ut adequemus uiſum, & iſte diuidit inter carneam & humoris, & iſte cibabit carneam ab eo quod ei uenit arietiale, & nõ completur ſua ſpera nec obſtat impræſſionibus ſicut in una cum euacuatur: & cum clauditur uetat uiſum, & interius ubi occurrit gelidie cooperitur gelidia quaſi textura quædam quæ aſſimilatur rei rate: & leui: & hoc, ut abſidat ab occaſionibus uenientibus ab occurſu rei dure, & durior pars nuce eſt a neruis ubi coniungitur cu; duriori parte carnee, & ubi perforatur: ut in circuitu foraminis ſit magis durum, & foramen eſt plenum humiditate propter utilitatem nominatam etiam ſpiritu, & ſigno ſuper hæc eſt conſtrictio foraminis, & humiditatis illius euacuatio circa mortem. Sed tunica ſecũda eſt ſpiſſa multum, ut ſit bene retinens, & uocatur portio dura. Et anterior pars circundat pupillam, & eſt diafanum, & erit in colore cornu ſubtilis, & uocatur propter hoc cornea: & ſpiſſior ſuarum partiu; eſt anterior: et quia compoſita ex. iiii. tunicis ſubtilibus cortizalibus, & ſi excoriaretur ab una nõ propter hoc erit ægritudo communis omnibus: & aliquod horum eſt prope foramẽ quoniam indiget cuſtodia, ſed tertia immiſcet ſe cum muſculis motus pupille, & implet ſe carne alba pingui quæ remolliat oculum: & palpebram, & prohibet in eis ſiccitatem, & uocatur iſtud quintam: ſed muſculus mouens diuiditur in ſex muſculos quattuor mouẽtur ſurſum: & unum: & duo lachrymalia ita quod quilibet ad ſua; partem, & duo ſunt ſiti in obliquo qui mouentur in circuitu: & in poſteriori oculi eſt muſculus qui eſt ſuſtentamentum nerui uacui, & prohibet ipſum a laxatione, & prohibet oculum a profundatione ad interius, & tenet oculos apertos in acuto inſpectione: & iſte muſculus propter multitudinem ramificationis dubitabatur quomodo eſſet apud anochomaicos, quoniam quidam dicunt quod eſt duo muſculi: quidã quod unus, qdam quod tres: & omni mõ termiatur ad unum caput, ſed palpebre, quia ſuum inferius non indiget motu quod quam minus ex ipſa eſt motus ſuperioris, & tunc completur per ipſam operatio oculorum, & clauſura, & hoc eſt admiratio creatoris quod fiunt per unum modicum inſtrumentum multe operationes. Et multa non multum iuuant, quia adhuc ſi palpebra inferior moueretur quieſcente ſuperiori eſſet aliquãtulum bene cõueniens, ſed nõ ita bene ſicut ſupior mouet᷑ qm̃ ſupior: & ꝑpinquior muſculis motiuis, & radicibus motus, Et nerui ueniẽtes ad palpebrã ſupiorẽ nõ oportet, ut icuruent᷑ in ſuo motu uel obliquent᷑, & qa mouet᷑ palpebra ſupior in claudẽdo, & in aperiẽdo idigebat neruis deſcẽdentibus, & poſt reuertẽtibus, & tũc ſi illi nerui eſſent unus tm̃: aut ille ueniret ad mediũ, aut ad unum extremoꝝ: & ſi ad medium niſi unus fortiter clauderet, & ſi aliquod unum lachrymale nõ clauderet: ergo oportebat ut eſſent duo, unus ad unum lachrymale, & alius ad aliud, ſed in apertione: tũc ſufficiebat unus, &

ideo ponebatur ille in medio, & ille muſculus uenit recte inter duas tunicas, & uenit ad unum corpus quaſi cartilaginoſum, ſuper quod fixe ſunt palpebrarum ſpine. Et ſpine palpebrarum facte ſunt propter defenſionem occaſionum uenientium ad caput, & fuerunt magne, ut temperarent lucem uenientem ad oculum, & fundauerunt illas ſpinas ſuper locum cartilaginoſum: ut ſemper eſſent ſtantes, & non caderent dimiſſe, & impedirent uiſum: & adhuc, ut ille muſculus qui aperit oculum fundetur melius ſuper tale fundamentum ad motum. Et aĩal habens durum corium cuius corii non fuit habilitas ad tendendum non habebat palpebras: ſed oculos fortes. Sed animalia uænantia habent inferiorem palpebram. Et quadrupedia claudunt oculum palpebra inferiori, & aues piſtumant cum quadam tæla quæ currit ſuper oculum. Et hoc quia ſuum corium eſt graue & ſpiſſum propter pilos in ipſo, & cauſa illius piſtumationis eſt, ut ſi aliqua humiditas currat ſuper oculum quod ipſum abſcondat, aut malus aer. Et animalia quadrupedalia quæ ouant non poſtumant ſicut aues, licet claudant oculos: quia non habent opus habere ſubtilem humiditatem in oculis cum qua uideant a remotis ſicut indigent aues, quia lætus ſui nutrimenti acquirendi, & propinquos: & propinqua iſtis quadrupedalibus ouantibus ſunt aues ambalantes ſuper terram. Et piſces non indigent palpebris: quia non indigent puſtumatione: & ſolus homo habet pilos in ſua palpebra ſuperiori. Et animalia quadrupedalia quædam habent, ſed non habent in ſuperiori, & hoc, quia natura intendebat plus in cuſtodiam illius quam cæterorum animalium, & nullum animal piloſum eſt ſub aſcellis niſi homo modo habens capillos multos in capite ipſum: & cauſa in hæc eſt quia habet medullam multam: & ſtatus eius eſt uultus multum rectus, & ſupercilia non habentur a cæteris animalibus niſi a ſolo homine.

Capitulum, De generatione auditus.

ET auditus fit in utraque parte capitis quoniam interior pars capitis occupat uiſum: & olfatum: & uiſus debet eſſe ante propter hoc, quia diximus prius: & auricule in medio capitis, ut magis cuſtodiatur, & in capite ſuperiori in quadrupedalibus, quia capita eorum erant dimiſſa. Et quadrupedalis aures mobiles ſunt in omnem partem ut melius audiant: & particule auricularum ſunt cartilaginoſe: & ſunt pulpe: & foramen tortuoſum in auricula fuit factum, ut augmentaretur in eo ſonitus, & factum fuit iter tortuoſum: ut iter in tortuoſitate eſſet longuꝫ ne ueniret ſubito frigus ad medullam, & illi ſenſi ſunt puri per cauſam prædictam. Et eſt uia inter aurem, & palatum non manifeſta, ſed inſtrumentũ olfatus in animali non faciente animal ponebatur bene inter duo mamillaria additamenta. Et triplum eſt iuuamentum aurium, & unum in aere quæ in eis reperitur propter inſpirationem, & hoc quoniam, licet multum de aere inſpirato eat ad pulmonem, multum tamen uadit ad mãmillas narium quoniam olfatus indiget aere, & ut aer receptus temperet cerebrum, & cor. Et ſecundum iuuamentum eſt: ut pars aeris in ore emittatur per nares uel ſimile uidetur in canna per quam emittitur ſonus. Et tertium iuuamentum: ut ſuperfluitates deſcendentes abſcondantur a uiſu: & deſcendant per illas. Et oſſa naſi compoſita ſunt ex duobus oſſibus terminatis ad duos angulos in ſurſum: & ad duas baſes ſub quaſi eſſent duo trianguli: & iſta oſſa coniuncta ſunt cum oſſibus faciei ſecundum ſcienentiã, & ſuper extremitates iſtorum oſſium ſunt cartilagines: & in medio eſt durior: & illa in fine mollior, & iuuamentum cartilaginis medie eſt: ut ſi ſuperfluitas deſcendat per unam partem reperiatur aer interius per aliam ad refrigerium medulle, & iuuamenta cartilaginum duaruꝫ aliarum ſunt tria, & unum eſt quod commune eſt omnibus cartilaginibus. Et iuuamentum ſecundum: ut poſſit fieri apertio maior, & minor ſecundum maiorem inſpirationem, & minorem. Et tertium iuuamentum quoniam cum commouentur ſequentur eas fumi, & oſſa iſta fuerint tenua naſi quoniam in hoc loco magis fuit neceſſaria leuitas quam ponderoſitas. Et non eſt neceſſaria hoc loco ſpiſſitudo illorum, & hoc: quia non ſunt ibi ad defenſionem alicuius membri nobilis, & ſunt proprie cuſtodiam. ſ. ſenſu olfatu. Et dixit Ar. quod: quia collum elephantis non erat longum neque potuit moueri eius caput: & collum, & eſt ſuum corpus magnum: & animal completum, & inſpirat: & ſtat ſecundum plus in aquis, & ſtat ſuper tres pedes aliquando: & iuuat ſe quarto ſicut urſus, & ideo factum eſt ei additamentum calcei cum quo odorat: & quæ abſcindit quod eſt ei neceſſarium, & accipit cum eo: & fuit inter durum, & molle: ut eſſet mobile multis modis, & durum propter occaſiones: & dicunt quod ſunt quædam uacce talis modi, & eiiciunt illa additamenta a poſteriori: & capiunt cibum per illum, & aues habent nares ſtrictas ſuper picas: quia pica eſt loco naſi. Et lingua fuit propter guſtum, & ut ſit quaſi manus molendinarii inducendo cibum: & quædam animalia ſunt quæ habent linguam qua accipiunt cibum a terra, & proprie uidentes in ſuperiori, & mandibulam non habentibus. Et lingua hominis propter loqui. Et mouent cum muſculis in illa

& muſculi

& muſculi mouentes linguam ſunt nouem,& duo muſculi naſcunt᷑ a duobus additamētis ſagitta
libus:& tenent ſe cum duarum partibus linguæ,& alii duo naſcūtur ſuper os ſimile laud quod eſt
in lingua littere,& ueniūt per medum linguæ.Et alii duo mittūt linguam in obliquum,& naſcūtur
ab una parte illius oſſis lacerati:& tranſeunt per liuguam ex tranſuerſam: & duo alii faciētes lin-
guam inuolui in ſe:& ſuus locus eſt ſuper locum prædictoꝝ,& ſua fila expanduntur ſuper linguā:
& coniunguntur cum mandibulis:& iam nominauerūt unum muſculū linguæ qui eſt inter linguā
& os laud:& coniungit unum cū altero,Et aues habentes linguam rotundam magis poſſunt imi-
tari ſermonem propter leuitatem linguæ,& hoīes mouentes multum linguam in ſermone ſuntqui
habent linguam latam,& non multum ligatam,& econuerſo contra uetati iſti.Et linguæ quadru-
pedalium facientium oua habent fiſſas:& ideo non poſſunt formare litteras:& piſces,& tenche ha
bent linguam multum latam propter hoc quod ſua ora ſunt ſpinoſa , & quia non habent opus ad
maſticandum uel guſtandum,ſed ſtatim tranſglutiendum,& lingua de tencha coniungitur cuꝫ mā
dibula ſupiori:quia mouet illā,& oē aīal hēt appetitū ad illud cui cōuenit ſua cōplexio.

Capitulum,De anothomia capitis,& ſpondilium colli.

QVoniam caput hēt motus proprios communicantes cum.v.ſpondilibus colli : & erit
iſte motus,& quilibet motus capitis intelligo proprios communicantes erit uel a poſte
rius uel anterius,uel dextra uel ſiniſtra:& inter iſtos ſunt motus obliqui.Sed muſculi fa
cientes caput declinare ſecundum rectum ad unū ſunt duo muſculi deſcendentes a dua
bus partibus propter hoc quod auricule a ſupiori ueſtiūtur a ſuis texturis,& furcula pectoris ſunt
poſtea continuantur iſta duo,& eleuantur in ſurſum:& fortaſſe putabitur quod ſunt tres muſculi,
quia ſua capita ramificātur:& fiunt quaſi duplata,& tūc mouetur unus declinat caput ad unum ad
ſuam partem:& ſi ambo ſimul mouentur declinabitur caput æqualiter,ſed muſculi qui declinant
ſimul caput:& collum ad anterius eſt unum par poſitum ſub yſoſago:& uadit ad partes primi ſpō
dilis,& ſecundi,& incarnatur cum eis,& cum conſtringitur pars quæ uadit ad yſoſagum conuer-
tit caput ſolum:& ſi operentur cum parte inclinata cum ſpondilibus declinabit collum.Sed mu-
ſculi declinantes caput ad poſterius ſunt.iiii.paria poſita ſub paribus nominatis,ſed origo iſtoruꝫ
parium eſt ſuper coniuncturam,& tunc quædam ſunt quæ intrant omne canneum binum.Et eſt il
lud per quod naſcitur per ſe ab alia prima ad ſuum ſenecim ſcd'm,& ſuum proprium eſt quod eri-
gat caput cum declinatum fuerit caput ab ante.Et unum par quartum incipiens a ſurſum,& tran-
ſit ſub tertio obliqꝫ ad partem ſilueſtrem:& occupat aliam ſpondilis primi,& duo paria primi de-
clinant caput ad poſt recte ſine declinatione obliqua,aut modica:& tertium erigit a declinatione
obliqua.Et quartum parium declinat adpoſterius cum obliquatione manifeſta , & tertium cum
quarto quod illoꝝ conſtringerunt declinabūt caput ad ſuam partem:& ambo cum ſtrinxerūt mo-
uebitur caput poſt recte ſine aliqua declinatione.Sed muſculi qui declinant caput , & collum ſunt
in paria,& ſunt in profundum:& unum par quod cooperit,& quodlibet eſt quaſi triāgulare,& ſua
baſis eſt maior quam poſtremū cerebri.Et unum iſtoꝝ parium deſcendit ad duas partes ſpondili-
um,& capita alarum ſunt muſculi faciētes caput declinare,dextra,& ſiniſtra ſunt duo paria:& oc-
cupant iuncturas capitis,& unum par illorū ponitur anterius,& eſt illud quod continuat᷑ inter ca-
put:& ſpondile:& ſecundi paris procedit unū ſingulare ad dextram,& aliud ſingulare ad ſiniſtrā.
Et paris ſecūdi,& locus poſterius,& coniungit ſpondile primum,& caput unum ſingulare dextra
& alterum ſiniſtra:ergo quod illoꝝ octo ſe cōſtrinſerit declinabit᷑ caput ad ſuam partem ſcd'm ob
liquitatem.Et quæ duo ſe conſtrinſerint declinabunt caput ad ſuam partem ſine obliquatione,& ſi
mouerint anteriores iuuabunt ad ſubmerſionē,& ſi poſteriores uertēt caput ad oppoſitum , & qñ
omnes ſtabunt ſimul in una erectione ſtabit caput erectum. Et illi quattuor muſculi ſunt minimi:
ſed lucrantur per bonitatem ſui loci:& modū ſui diſcenſus illud ſub aliis muſculis illud quod ha-
bent alii ſecundum ſuam magnam quantitatem,& iam fuit iūctura capitis utilis propter duo quæ
ſunt neceſſaria propter duas intentiones contrarias.Et una illarum eſt firmitudo,& illa firmitudo
conculcata eſt cum firmitudine iuncture:& cum paruitate ſuorum motuum,& ſecūda multitudo
ſecundum numerum motuum,& illud eſt,quia iunctura eſt facile mobilis,& laxa , & iunctura eſt
laxa quoniam in circuitu ſunt multe ligationes.Sed frons mouetur per muſculum latum ſotileꝫ ex
panſuꝫ in fronte ſub cute , & immixtum cum cute quouſqꝫ fere rectificetur in ſubqꝫ cutis,& tūc erit
propter hoc impoſſibilis diuiſio unius ab altero:& obuiabit mēbro moto ab ipſo ſine corda poſt-
quam fuerit ſuum motum cutis mota leuis lata poſtquam,& ideo non indiget corda:& cum mo-
tu eius eleuantur ſupercilia:& iam iuuat oculus in ſui clauſura cum ſui laxatione,Sed maxilla ha-
bet duos muſculos:& unus illorum ſequitur motum mandibule inferioris,& ſecundus communi-

eat cum labro: & motus mandibule ſequitur motum alterius membri: & tunc cauſa ſua eſt muſculus illius membri, & motus in quo communicat cum alio membro, tunc cauſa illius eſt muſculus ad illum determinatum, & ad aliud membrum cum cõicatione: & iſte muſculus eſt unus in omni maxilla, & eſt latus: & cum hoc nomine latitudinis ſcitur: & quodlibet iſtorum ſingularium ſingulariter componitur ex comparibus, quoniam fila texta uenientia ad ipſa ueniunt a quattuor locis, & tunc una ſuarum eſt illud quod naſcitur a ligamento pectoris: & continuat ſe cum illo, & cum extremitate labii amplioris: & trahit ipſum ad unum. Et os etiam per accidens attractione obliqua, & origo ſecũdi eſt a furcula pectoris, & ſua fila procedunt ſecundum obliquum: & illud quod naſcitur a dextra abſcindit illud quod naſcitur a ſiniſtra continuat ſe cum pectore: & iſte poſtquam ſe conſtrinxerint conſtringent eos a neruis. Et tertium naſcitur a ſpatula, & continuat ſe cum cotinuationibus prædictorum muſculoꝝ. Et quartum par naſcitur a ſenecio additamentis coniunctionalibus: & procedunt a rectitudine auricularum, & cum poſtremo maxille cõtinuat ſe, & mouet maxillam motu manifeſto, & ſequitur ip̄m labium in illo motu, & fortaſſe in tantum coniungetur cuꝫ auricula quod in aliquibus hominibus mouebit auriculam: & labiuꝫ habet quoſdam muſculos cõmunicantes cum maxilla: & quoſdam proprios, & illi ſunt. viii. & quidam ſunt uenientes a ſuperiori utriuſqꝫ gene. & quidam ab inferiori: & in iſtis. iiii. perficitur motus utriuſqꝫ labii: & ſui terminis, & quando unus iſtorum mouebitur trahet ſecum labium ad illam partem. Et ſi ex diuerſis partibus trahentur labitur ad diuerſas partes, & tunc complebitur ſuus motus in oẽm partem: & nõ habet alium motum præter prædictos: & iſti quattuor extremitates muſculorum communicantium miſcuerũt ſe in labii parte mixtione: quia non poteſt ſenſus diſcernere, quoniam labium eſt membrum humidum non incannatum in quo non eſt os, & eſt molle multum, ſed extremitates narium in ſuo acumine continuantur cũ duobus muſculis fortibus, & paruis: & ſunt parui ne anguſtent uias muſculorum quibus magis indigetur: quia maioris in narrationis ſunt motus maxillarum: & labiorũ: & ſunt maioris motus: & diutius moſtrantes, & plus eſt opus illis motibus prædictoꝝ muſculorũ mouentiũ extremitatũ naſi. Et creabant fortes: ut reſtaurarent humiditatem, & fortitudinẽ diminutam cartilaginis ab oſſe: & ſui deſcẽſus ſunt ex pte faciei, & ĩmiſcent ſe prius cũ ciliis unius faciei: quia motus eius eſt aliud ad aliam faciem.

Capitulum, De dentibus animalium.

SEd dentes ſunt. xxxii. & fortaſſe deficiũt in quibuſdam hominibus. iiii. dentes, quia naſcuntur ante, & ſunt in extremitatibus: & tunc omnes ſunt. xxxiiii. & in ſuperiori ſunt duo dentes ampli: & duo contrarii, & tot inferiores: & iſti ad incidendum, & duo canini ad frangendum ſurſum, & in imum, & omnes alii ad molendũ ſunt. iiii. ſiue. iiii. ſiue. v. & in unum: & præter iſtos illi. iiii. naſcuntur prope. xxx. annos: & dicuntur dentes intellectus a tempore quouſqꝫ incipit ſpertuzare uſqꝫ quo finitur ſuum crementũ, & dentes habent radices acutas, & impingũtur in mandibula ſuperiori, & inferiori, & ſuper quolibet foramen naſcitur quoddã additamentuꝫ quod iuuat ad retentionem: & in illo loco ſunt ligamenta fortia, & præter molares omnes alii habent unam radicem. Sed molares quos nominauimus in inferiori mandibula ad minus habebũt duas radices: & proprie in inferioribus de dentibus intellectus ſunt tres radices: ſed mollex fixe in ſuperiori ad minus habebunt tres radices: & fortaſſe. iiii. & proprie duos dentes intelles: & radices molarum erũt multe ſi molle fuerunt maxime ſuperiorum mollarum propter ſui ponderoſitatem: & propter hoc dentes ſuperiores a rectitudine radicuꝫ, ut uitent caſus, ſed inferiores, quia ſunt magis fixi non ita, ſed ſecũdum latum rectum procedunt a ſuis radicibus. Et nõ ſunt oſſa ſentientia niſi dentes. Et dixit Maximus phiſicus quoniam probatio ſuper hoc eſt: ut ueniat ei uirtus a medulla diuidentes inter caliditatem, & frigiditatem, & facti ſunt dentes propter arma & molle ample ad mollẽdum. Et ego uidi caſtoreum quæ uenebatur a ripa quæ eſt prope baſiaꝫ, & dentes eius anteriores erãt longi quaſi curui non lati, & rubei, & acuti, & hoc, quia indiget plus rapere quam ſcindere quoniam niſi uenetur non habebit quid comedat, ſed habebit quid comedat, licet non incidat, & ſui dentes ſunt ſicut ami, & ſi illi eſſent interiores qui ſunt curui nõ poſſet per illos uenari. Et dentes hominis iuuant ad informationem litterarum ſicut alias diximus: & in animalibus ſunt dentes ad arma, & non ad rectificationem comeſtionum ſicut in porco, & elefante. Et duo culmi elefantis iuuant ip̄m in quo diximus. Et ſunt quædam animalium quæ non iuuantur dentibus niſi in comeſtione, ut ad prælium: & ego credo quod omne animal habentes dentes cum fuerit opportunũ præliat cum eis: & quædam animalia quæ habent dentes acutos, & ſeparatos: ut eſt animal quod habet comparationem ad extrahendũ de præda ſicut leo. Et animalia quæ habẽt opus ad inciſionem ſui cibi a terra herbam, & huiuſmodi habent dentes adequatos in una ſuperfi

cie: & non habet culmos longos.ſ.caninos,qm̄ per ipſos interciſio impediretur: & quia mares ſunt iracundiores in qbuſdam ſpēbus quam fœmine dantur eis culmi ad defendendum fœminas,quia fœmine ſunt debiliores in ſe,& peioris complexionis,& hoc etiam fit in animalibus qbuſdā: licet non comedant carnes,& non indigent iſtis culmis ad comedendum,ſed ſolū ad defendendū: ſicut porci maſculi,& hac de cauſa habent uires ſicut modo diximus,& iſtud eſt ſimile ei quod accidit in camelis,& ſic dicemus in omnibus aliis armis.Et propter hoc factū eſt cornu in ceruo,& non in cerua: & in ariete,& in capra,& piſces qui non fiunt comedētes carnes non indigent dentibus acutis.Et quia non habent collum quod declinant ad prædam ideo habent dentes uncos,& ſuperiores intrant inferiores ad modum ſerre ſecundum ordinales acies,& hoc factum eſt,ut cito transgluciant diuiſum in maſticatione autem intrarēt aqua: & iſte aues forte ſunt propter uelocem inciſionem,& iſta diuiſio eſt loco maſticationis.Et in ore animalis ſunt multa iuuamenta: & animalia nō habentia alia iuuamenta ab ore ſuo niſi comedere: & loqui non haberet opus,ut eēnt multe acies, ſed omnia orificia quæ indigebant inciſione cibi in minima habent multos dentes, & huiuſmodi ſunt piſces.Et ungues auium uenantium ſunt unci ſicut ſue pice: & hoc:ut capiat in uolando quoniam non depræhendantur in ambulando.Et pice auium colligentium grana ſunt recte,quoniam poterunt melius per huiuſmodi picas colligere grana,& aues quæ hēnt picas amplas ſunt ille quæ comedunt lutum,& aſſimilantur ille pice ligonibus latis.Et aues quædam habent picas parum rectas,et parum curuas ſicut aues quæ dicuntur comedentes in ueritate carnes,et colligentes grana, & dico ego qm̄ eſt quædam auis quæ naſcitur in aqua,& eſt alba: & pedes habens nigros: & pica eius eſt lata in extremitate,& fere rotunda.Et dicit Ariſ.quod cornu fuit ſuper caput quoniã quædam membra ſunt poſteriora cum quibus non poteſt animal uidere quid percutiat,aut ſunt deputati aliis motibus ſicut manus,aut ſunt alia membra priora impedientia motum illorum membrorum:ut ſunt membra impedientia motum ſpatule: qm̄ cornu non fit niſi in recuperatione uirtutis amiſſe in fiſſura pedum: qm̄ omne animal habens fiſſum pedem habet cornu fere: ſed non conuertitur præter in aſino qui habet ungulam non fiſſam qui dicitur becheden, & habet cornu quando non habet magnum iuuamentum cornu in ungula.Et dixit Ariſ.quod omne animal habēs cornu habet duo cornua præter aſinum indicum: & aliud animal quod dicitur acharz,& illud habet ungulam fiſſam,& quandoq; iſta duo animalia habent unum cornu ideo poſuit ipſuã in medio: & nulla iuuat animal cum armis in membris cum magnitudinem corporis per defenſionem:ut uelocitate fugienda,& aliquando natura quando poteſt conuertere materiam in unius generis arma cōuertit ſe ad faciendum allterius generis arma ſicut dixit Ariſ.quod in animalibus non habentibus dentes in mandibula ſuperiori,uel ungulas integras habent cornua,& aliquando ponit materiam unius forme ſub forma maioris iuuamenti: ſicut cum fecit ex materia dentium cornua: ſed quoniam expenditur materia in ungulas non habent cornua,qm̄ tunc ungule ille facte ſunt ad ambulanduã: & ad arma.Et animalibus non habentibus dentes dedit iuuamentum natura in ruminatione,ut ſit loco maſticationis,& uidetur mihi quod cornua cerui non ſunt proprie arma,qm̄ illa aliquando inducunt pondus illi propter hoc uult illa eiicere,& minuta alia habentia cornu ſunt caprioli montani habentes oculos rubeos.

Capitulum,De interioribus in aīali,& anothomia trachee arterie.

ET ſub mandibula eſt yſophagus,& trachea arteria: & yſophagus ducit nutrimētum ad ſtomacuã.Et trachea ducit ad cor,& pulmonem: & caput illius cāne eſt epiglotis. Et loquamur nunc de yſophago,& ſtomaco hoīs,& dicamus quod animal indigebat duobus extrinſecis.ſ.aere: & nutrimēto,ideo natura fecit utriq; uiā ſi tracheam aeri, & loco illius in quibuſdam aīalibus aliud,& yſophagum ad nutrimentum uel quidaã loco illius ſubtilis,& ſi trachee arteria eſſet coniuncta,ſed in planum non poſſet per huiuſmodi aerem dilatari,neq; uia poſſit ampliari: ſed foramen eſſet ſtrictum. Sed yſophagus habet ſufficiens ſibi,ut ſit ex membrana,& carne,& claudantur cum coniūctione ſua latera:ut teneat minorem locum,quoniam minus nutrimentum cum ſua ponderoſitate aperit ipm̄,& hoc cum uoluerit tranſire ad ſtomacum.Et quia membra nutritiua emittunt ex ſe odorem malum: & fetidū,& fecerint ꝓpter hoc inter ſpiritualia,& nutrimēta poſitiui diafragma citius per ipm̄ ueniret aer purus,& nō immixtus cū illo uapore malo,& fuit ſtercus ſubtus,qa nutrimētum eſt ponderoſius quā aer.Et quia de nutrimēto hēt exire ſtercus,& tūc qa exigebat:ut pulmo eēt ſupra neceſſariū fuit diafragma,& trachea arteria,& epiglotis ſunt inſtrumēta īſpirationis.Et epiglotis cōpoſitio ex qbuſdam ptibus quaꝝ qdam circulares ſunt,& qdam circuloꝝ portiōes: & una obuiat alii.Et illa pars quæ eſt ꝓpinqor yſophago quæ dicit nō hñs nomē ē fere medius circulus.Et quod de eo tāgit yſopha

gus non eſt cartilago,ſed mẽbrana:ſed cartilago eſt anterius,& fuerunt iſte cartilagines cum qbuſ
dam ligamentis coopertis membrana plana,& eſt ſicca dura,& diuidiť in multas ptes cum pue//
nit ad cannam pulmonis:& factum eſt ex cartilaginibus,quia ſi eẽnt ex ptibus mollibus claudere/
tur aliquando:& ẽt:ut magis ſit cuſtoditum qm̃ eſt anterius,& ſua durities iuuat in emiſſione uo//
cis,& cõponiť ex multis laxe,ut poſſit extendi in hora inſpirationis:& coniunctũ laxe cum mem/
branis ne doleret homo in emiſſione ſubita aeris,& ex multis partibus,ut ſi leſio accidat uni non
ꝓpter hoc trãſfundať in uniuerſum,& diminuebantur a pte yſophagi nõ ĩpedirent trãſitum nutri
menti.Et comeſtio nõ coniũgiť cum inſpiratione qm̃ clauditur yſophagus cum pertranſit ad meri
bolus:& claudiť uia per cimbalarem quam narrabimus poſt.Et membrana interior fuit dura pro/
pter hoc quod nõ ledatur,a catarro acuto.& ab acumine aeris exeuntis:& diuidebatur in partes
duas:quia pulmo fuit duarum ptium,& ſui rami procedunt cũ uenis nõ pulſatilibus hac de cã,ut
recipiat ſuum nutrimẽtum ab illis,& orificia iſtarũ cãnarum ſunt ſtricta,ut ſint potẽtes dare ſpũm
arteriis:& in illa nõ ĩtrat ſanguis aliter niſi ſemp ſpueret ſanguinẽ alis,& epiglotus cõplet uocẽ,&
ſuſtẽtat reſpirationem.Et ĩtra ipſam eſt lingua ſi̾lis linguæ cãne,& epiglotis bene coniũgitur cum
trachea arteria:& yſophago,& qñ unum cõſtringiť ad nutrimẽtum recipiendũ exaltať epiglotis,
& conſtringunť ſue cartilagines,& extẽdunť membrane,& muſculi:& coopanť cimbalari,& qñ
cibus eſt ꝓpinquus yſophago ſtat in ſupficie palati ĩferioris:& clauditur epiglotis quæ cõponitur
ex ptibus quarũ anterior eſt ſi̾lis ſcuto,& ĩterior eſt quæ diciť nomẽ nõ hñs,& ſup ipſam ponitur
ĩũctura cimbalaris,& non coniũgiť cimbalaris cum ſcuto,& liganť iſta laxe,& ĩter cimbalarẽ,&
nomẽ nõ hñtem eſt coniũctũ duplex.Et in cimbalari ſunt due concauitates quas ĩtrant duo addita
menta nomẽ non hñtis,& quãdo coniungiť nomen nõ habens cõpelcali cõſtringitur epiglotis,&
quãdo dilatanť dilatať,& quãdo leuatur cimbalaris emittiť aer:& quãdo non,& ꝓpe epiglotum
eſt triangulus ſimilis laud Λ littere:& iuuamentũ iſtius oſſis eſt:ut naſcãtur ſup ipm fila muſculo//
rum epiglotis:& epiglotis ĩdiget muſculis qbus pelcalis conſtringiť cum nomẽ non habentem,&
muſculis coniugentibus cimbalarem cum duobus,& aliis diuidentibus illa a ſe ĩuicem:& muſcu//
lorum aperiẽtium epiglotum eſt unũ par quod naſciť ab oſſe laudali expãſum corã peccali.& ali/
ud par,quod numerať ĩter muſculos facientes ad ſtrangulationẽ:& fortaſſe iuuat ad utrunq;,& na
ſcitur ad furculam pectoris:& procedit ad pelcalem,& multa alia habent præter iſta,unũ par mu/
ſculoꝝ,aut duo,& naſcunť a radice cimbalaris,& incuruanť cum illa,& quãdo conſtringunť ele/
uať cimbalaris ad poſterius:& aperiť epiglotis:& aliud per cuiuſtermini ueniũt ad auriculas cim
balaris,& iuuant ipſam ad extenſionẽ in cooperiendo epiglotum,& muſculi qui cõſtringunt epi//
glotum illoꝝ eſt unum par quod uenit a parte oſſis laudalis:& coniungiť pelcali:& uoluit ſe poſt
cum nomẽ nõ habente:& quãdo conſtringiť conſtringit epiglotum. Et ꝑter iſta ſunt iiii.muſculi,
& putant hoĩes quod ſint duo muſculi duplati:& applicãtur cum extremitatibus pelcalis,& nomẽ
nõ habentis,& iſti muſculi cũ coniungũtur conſtringunt epiglotũ ſubtus.Et dicũt hoĩes qđ unum
par iſtoꝝ muſculoꝝ eſt interius,& aliud exterius:& muſculi claudentes epiglotum erãt meliores
cũ fuerint ĩterius,& quãdo conſtringũtur faciãt cõſtringi pelcalim,& nomẽ non habentis,& cim/
balarem coopire illas,& ꝓpter hoc factum eſt unũ par naſcẽs a radice pelcalis:& interius aſcende
re ad extremitates cimbalaris,& radices nomẽ nõ habentis ſunt a dextra,& ſiniſtra,& quãdo clau
dunť claudũt bene epiglotum:& ita fortiter,ut poſſit reſiſtere muſculis pectoris,& diafragmatis
in retinendo anhelitum,Et fuerũt parui,ut nõ clauderẽt epiglotum ĩterius opilãdo ipum,& fuerũt
fortes,ut ſua diminutio recuperetur per fortitudinem,& uadũt recte aſcendentes niſi,quia modi//
cum obliquatur illud quod aſcendit inter pelcalem,& nomẽ nõ habentis,& iam inueniũtur duo
muſculi qui ſunt ſub cimbalari:& iuuãt par noĩatum.

## Capitulum,De anothomia pulmonis

ET pulmo cõpoſitus eſt ex ptibus.ſ.uenis,& arteriis dico tunicas:& tertia pars ra//
muli uenaꝝ nõ pulſatiliũ,& in eo toto eſt nõ ĩplens caro rara mollis par alba,& ha
bẽt pulmonẽ aĩalia cõpleta,& eſt racus:ut ſugat aerẽ:& ut ille dirigať in eo,et ex//
pellať ab eo ſuũ ſupfluũ ſicut epar creabať in compatione ad nutrimẽtũ,et eſt dua
rũ ptium unius a dextra,et alterius a ſiniſtra:et pars ſiniſtra duaꝝ ptium,et dextra
triũ ptium.Et ul̾r utilitas pulmonis eſt ĩſpiratio,et ĩſpiratiõis:et reſpirationis utilitas qbus atrabať
quod eſt neceſſariũ ad ſpũm:et expellať qđ eſt ſupfluuꝫ.Et iuuamẽtũ retẽtionis aeris eſt,ut retineať
aer ad opus cordis cũ aĩal emittit fortẽ uocẽ,aut ambulat in aqua,aut in loco fetido,et ut ꝓfundeť
aer in ſpũ,ſicut res quæ maxime eſt ſimilis in cõpletione ſicut putabãt qdam quod ẽt ſolus aer poſ
ſet alterari in ſpũ,ſed aer eſt ante cibũ ſpũs,oĩs.n.cibus ſpũs,et corpis eſt ſubſtãtia cõpoſita,et qa ua

por ſpiſſus qui exalat de corde in pulmonē nō pōt de cætero rectificare ſpūm: neceſſe eſt eius expulſio: et arterie ramificare in pulmonē, et rami cāne cōicant in cōplemēto iſpirationis, et uene nō pulſatiles: et pulſatiles ſunt cōicantes in cibatione pulmonis ex ſanguine claro ſubtili uenięti a corde. Sed iuuamētū huius carnis eſt ꝑpter cōplemētū uacui: et ut adunet ramos cāne, et rarū eſt: ut recipiat aera: qa nō ſolū itrat aer ramos cāne, ſed ēt ſubſtātias pulmonis, et licet eſt, ut ſit multus aer, qui recipiať: & cum ſtringiť eius ſubſtātia iuuat ad expulſionē uaporis fumoſi, & tūc talis ſubſtātia eſt cōueniens duobus motibus, & eſt aer albus, qa aer multū trāſit in eius nutrimentū, & qa aer ſemper eſt in eo: & diuiditur in duo ꝑpter quod ſcis. Et tertius ramus dextere eſt, ut ſit culcitra uene uenientis ab epate, & nō eſt eius iuuamētum multū iſpiratiōe: & qa cor aliquātulū declinabat ad ſiniſtrā ꝑpter hoc qď ſcis, tūc neceſſariū fuit, ut in dextra ad repletionē uacui eēt additamētū in pulmone: & pulmo coopiť mēbrana qua ſentit: & pulmo eſt quaſi culcitra cordis.

## Capitulum, De anothomia cordis.

ET cor ſit ex carne forti, ut ſit magis remotū ab occaſionibus: & eſt cōpoſitū ex filis longis quæ iuuāt ad attractionē: & circūductis quæ iuuāt ad expulſionē: & trāſuerſus iuuamētis ad rectionē, & hoc eſt: qa hēt multos motus: & ſua quātitas eſt ſcďm cōueniens, & hoc ne ſcit ponderoſum: qm̄ ex ipſis naſcunť uene pulſatiles, & origo illaꝝ eſt pars ſupioris, & ꝑpter hoc uene cōiungētur cū ſpondilibus, & eoꝝ actionibus, & eius extremū acutū ſicut ſcis, & eſt in tæla lora loco ſcuti, & remota eſt tæla ab eius ſubſtātia, ut multū poſſint expādi: & in eo ſunt tres uētres, duo magni, & unus mediocris, ut in eo ſit locus in quo adunať nutrimētū qď eſt ſpiſſum forte. Et alius locus in quo generať ſpūs ex ſanguine multū ſubtili, & eſt uia media iter illos: & illa uia ampliať in dilatione cordis, & conſtringiť in cōſtrictione, & uene ſunt ex duabus tunicis ꝑter illa quæ uadit ad pulmonē: & durior eſt iterius: qm̄ obuiā pcuſſioni ſpūs. Et gn̄atio arterie eſt a pte ſiniſtra, quia dextra ꝑpinquior eſt epati, & trahēs inde nutrimētū. Et a pte ſiniſtra naſcunť due uene, una uadit ad pulmonē, & ramificať in eo ad recipiēdum aerē: & adducēdū ſanguinē quo nutriť, & origo iſtius eſt a pte ſtrictiſſima cordis: & a pte a qua ueniūt cordi uene nō pulſatiles, & eſt unius tæle, ut ſit magis obediēs motui, & ut plus de ea ex pte pulmonis de ſanguine qua ſi uapore rubeo fere decocto a corde. Et nō indiget iſte, ut ſit ita bn̄ decoctus ſicut ille qui uadit in bali uenam, qa eſt ꝑpinqus cordi, & minimū caloris facit in eo maturationē: & fuit unius tæle, qm̄ ēt ſit ſup corpus molle, & illa uena quæ eſt duarū tunicaꝝ nō pulſatilis: ſed appropinquat pulmoni, tm̄ nō tāgit pulmonē niſi poſt a parte ſpondilis, & uena quæ pulſat: & eſt unius tæle diuidiť in interiori pulmonis: & ramificať in illo. Et alia uena quā dixit Aꝝ. aborti ſtatim in ſua origine a corde diuidiť in duo, & unū iterū diuidiť: & intrat ptes cordis, & ramificať in circuitu cordis, & alia iſtius ultimi pars circūdat cor, & itrat ptem dexteram, & quod reſiduū eſt de iſtis ramis cū recedi tur a corde diuidiť in duos ramos, & maior aſcendit: & minor deſcendit, & maior ad unū qm̄ in illa pte ſunt plura mēbra, & maiora, & in adorti ſūt tres pāniculi aperiētes ſe a dextra, qm̄ ſi eēnt duo uel tres nō eſſet cōpletum in eis iuuamētum niſi eſſet magis in qtitate: & ſi hoc accideret pondus in motu: & ſi eſſent. iiii. eſſent ualde parui. Sed uena quæ eſt duoꝝ panniculoꝝ, & aſſimilať pulſantibus nō pulſans habent duos pāniculos aperiētes ad intus: qm̄ nō fuit ita neceſſaria figura ſicut in priori, ſed hoc eſt opus ad expellēdū uaporē, & ſanguinē ueniētē ad pulmonē. Sed ps quæ aſcēdit ab adorti diuidiť in duo, & una pars aſcēdit ad poſterius, & uergit ad ptem dexterā quouſq; applicetur carni mamille, & diuidiť ibi in tres ptes: & duo aſcēdunt, & dicunť apopletice, & pars circūdat in anteriori pectoris, & coſtis, & in ſex ſpōdilib9 ſupioribus: & uadit ab eis quouſq; pueniat ad piſſidē ſpatule, & trāſit ad mēbra inanis, & minor pars adorti quæ aſcēdit uadit ſub aſcellis, & diuidiť ſcďm quod diuidiť pars tertia ptis magne: & utraq; apopleticarū diuidiť in duo cū applicať ad collū: & una pars uadit ad añrius, & alia ad poſt. Et anterior in duo diuidiť una ps uenit ad linguā: & muſculos inferioris mādibule: & alia pars aſcēdit ad auriculas, & earū muſculos, & dimittit ibi quoſdā ramos, & aſcendit uſq; ad ſuperius capitis, & pars poſterius diuidiť in duo: & plus minoris partis ad poſterius aſcendit, & diuiditur in muſculos qui circundant iuncturam capitis, & ſunt eius quædam pars aſcendit ad duas medulle: & tranſit per illud foramen magnum quod eſt prope ſuture ſimilis laud Λ littere: & alia pars maior intrat per foramen prope iſtud in oſſe petroſo: & tranſit ad retio, & texitur minute in illo, & unus ramus nō poſſit accipi ſine alio. Et poſt ex illis ramis ſit iterum unum par, & intrat in membranam ſubtilem: & ſubſtantiam medulle, & uentriculos medulle, & tælas uentriculorum, & orificia ramorum iſtius obuiant orificiis uenarum pulſatilium: & deſcendentium: & iſti aſcenſus: & deſcenſus facti ſunt: quoniam ducens ſanguinem ducit ponderoſum qui naturaliter deſcendit, & aſcenſus eſt ſpūs qui eſt leuis, & naturaliter aſcendit: & illud recte

factū eſt quouſq̧ īfrigidetur īfrigidatur ſanguis quouſq̧ alteret́ ille ſanguis in ſubſtantia medullæ
& parſ quæ deſcendit uadit recte quouſq̧ deſcendat ſuper ſpondilem quintum, & eſt ibi motum ſu
per quod fundatur illud deſcendens: & hoc ne coniungatur ſuper ſpondile, & yſophagus cōuenit
ad illam partem obliquatur uerſus dexteram, & coniungitur cum quibuſdam membranis prope
dyafragma, & hoc ne faciant anguſtiam ibi. Et iſta uena pulſatilis cum deſcendit ad ſpōdile quin/
tum, & extendit ſuperficiem interiorem, & uadit ad īferius, & quando eſt in æquidiſtantius pecto/
ris dimittit ex ſe ramos, & illorum quidam ſpargunt in pulmonem, & extremitates illorum ueni/
unt ad cānas pulmonis: & ſuper quodcūq̧ ſpondile tranſit dimittit unum ramū. Et cum pertranſit
pectus ueniunt ex eo duo rami dyafragma: & diuiduntur in ea dextra: & ſiniſtra, & poſt hoc di/
mittit unum ramum qui poſt ramificatur in ſtomaco, epate, & ſplene. Et ab epate deſcendit unus
ramus ad ueſicam, & naſcuntur ibi due uene pulſatiles quæ circundant inteſtina gracilia, & colon:
& poſt hoc ex eis fiuut tres: & minor uadit ad ſiniſtrum renem: & ramificatur in cellis illis, & dat
uitam. Et alii rami ueniūt ad duos renes quouſq̧ renes capiant aquam ſanguinis: & diuidūtur due
uene pulſatiles quæ uadunt ad teſticulos, & qui uenit ad ſiniſtra communicatur in unam partem il
lius quæ uenit ad renem ſiniſtrum, ita quod fortaſſe eſſet illa quæ uenit ad teſticulum ſiniſtrum na/
ſcatur a rene ſiniſtro, & qui uenit ad dextrum naſcitur a uena pulſatili maiori, & caro communica/
tur illam quæ uenit a rene dextro. Et ab iſta uena diuiduntur due uene quæ ramificantur in uiis ue
narum quæ ſunt in circuitu inteſtini recti: & in alios ramos qui diuiduntur in nucha: & intrant oſ/
ſa ſpōdiliorū, & alie uene de iſtis ītrāt hypocōdria īferiora tenera quæ a ruſticis dicunt́ ylia, & de
iſtis uenis eſt unum par ad orificium matricis, & miſcent ſe cum uenis non pulſatilibus. Et iſta ue/
na magna pulſatilis cum uenit ad ultimum ſpondile diuiditur in duo cum uena non pulſatili in ſi/
militudine laud Λ littere, & una pars uadit in dextra: & alia in ſiniſtra, & utraq̧ illarum uadit ad
crura, & antequam deſcendat ad crura mittūt ex ſe uenam unam pulſatilem ad ueſicam, & iſte ue/
ne apparent, & occurrūt ſibi prope pectinem, & iſte due uene bene apparent in creatura, & poſtq̄
completa eſt creatura deſiccantur capita ſua: & remanent ſue radices, & a ſuis radicibus exeunt
rami qui diuiduntur in muſculos qui ſunt ſupra pendtinem dorſi: & quod uenit ad ueſicam diuidi/
tur, & intrat eius extremitatem in uentrē, & quod remanet reſiduū intrat matricem in mulieribus,
& in unum par paruum, ſed quæ deſcendunt ad pedes ramificantur in utroq̧ crurium per duos ra/
mos magnos in parte domeſtica, & ſilueſtri. Et ſilueſtris magis declinat ad domeſtica: & dimittit
ramos ibi poſitos: & poſt deſcendit, & declinat ex eo unus ramus inter policem, & alium ſequen/
tem digitum pedis, & profundatur, & uadit ad plures partes pedis extenſus ſub ramulis uenarum
& non pulſatilium quas nominabimus poſt: & ita quædam arteria etiam ſunt quæ non cōmunicā/
tur non pulſatiles ſicut quæ procedunt ad renes uſq̧ ad pectinem anterius ipſius. Et ramuli arteria
rum quæ tranſeunt a ſpondile. q. & qui aſcēdunt ad pectus, & qui deſcendunt ad ſubaſcellas, & due
apopletice ubi ille diuiduntur in rete: & illi qui intrant in diafragma, & qui tranſeunt ad ſpatulam
cum ſuis ramulis, & qui ueniunt ad ſtomacum epar, & ſplenem: & ad interiora, & quæ deſcendunt
ad utranq̧ hypocondria, & uene pulſatiles quæ ſunt in oſſe adiuuet. ſ. pectine ſpōdiliorum: & om/
nes iſte numerate ſunt. Et quando pulſatilis ibit communicatur ſe ſupra dorſum ibit arteria ſupra
non pulſatilem, & non pulſatilis arteria, quia indignus debet eſſe baſis nobilioris: ſed in membris
manifeſtis arteria ſub uena: ut cooperiatur ab illa, & ut ſit uena non pulſatilis. q. ſcututum, & arte/
rie communicantur non arterias duplici de cauſa: & eſt una illarum: ut confirmentur non pulſati/
les per membranas arteriarum qbus quieſcant fixe in membris, & non uacillant, & alia cauſa, ut
utraq̧ imbibatur ab altera, & quia epar eſt ſecundum membrum in generatione poſt cor cum uir/
tute informatiua quæ uenit a corde, & nobiliore parte cordis dextra, ideo epar cecidit in ſiniſtra, &
ET plura animalium habentium corticem in corio ſunt paucorum membroru;, quoniam indigent multo motu. Et creātur, & uocantur karabo uidet̄ ſimiles cum toto hoc diuerſantur, quia Karabo habet caudam, & cancer non, & cancer ambulat in margine, & Karabo natat in pelago: & habet iuuamen in cauda, & propter hoc ſunt fortes pedes cancrorum ambulantium in margine, & debiles illorum qui profundātur in mari, & ſunt pauciores numero: quia ſunt minoris neceſſitatis ad ambulandum feſtine. Et quæ habent azumenem magnam, & ſunt additamēta ad modum cornuum, tunc illa quæ ſunt animalium habitantium in aqua ſunt fortiora, & dextrum eſt fortius. Et loquamur de membris motiuis piſcium, & anuloſorum: & terreſtrorum, & dicemus quod habens multas habet magnos pedes & proprie quattuor mediales: & facti ſunt pedes animalis quod ſanceramidem, & ſunt creati, quoniam ſuum corpus eſt paruum: & corpus p̄mi eſt magnum, & tunc temperauerunt paruitatem corporis, & ſui debilitatem cum multitudine pedum: deinde caput, & in quibuſda; animalibus cognoſcitur collum, & quædam ſunt quæ non habent collum, dixit omne animal habens pulmonē habet collum, quoniam collum eſt propter tracheam arteriam: & non habens medullam: non habet caput, quoniam medulle proprium eſt, ut nō habeat pōdus ſuper ſe, quia eſt membrum congregationis, & eſt īſtrumētu; corporale eſtimationis operationis quæ eſt in omnibus animalibus loco cogitationis in homine dixit: & omne animal habet membra ſua anteriora fortiora, quonia; illa ſint membra quæ mouent de loco ad locum. Et in homine ſua pueritia infantiali membra poſteriora ſunt liuiora: & ſuum caput, & corpora capitis ponderoſiora, & hoc ne ſi ambe extremitates eſſent non poſſet infans ambulare niſi ſuper manus, & quando inualeſcit infans corroborātur pedes eius

multum, quoniam habent ſuſtinere magnum pondus, & caput leueſcit. Et equus, & quæ animalia habent maiorem eleuationem anterius in partibus anterioribus: & hæc fuit, ut maior ſit leuitas in poſterioribus: & ſua longitudo eſt minor propter iſtam eandem cauſam: & in equulo ſunt ſue iunċture laxiores: & propter hoc propter equulus in infantia confirmare ſuum caput cum pede poſterior: & quando creſcit equulus creſcit multum in longitudine, & iunċture ſui colli ſunt duriores, & non poterit facere iſtud. Et ponderoſitas ſuperioris capitis ſignificat debilem direċtionem, & hoc eſt: quia erit corpulentia in membris cogitatiuis. Et dixit: quoniam in eis exigit quod etiam non ſint in corpore. Et narrauit Ar. cauſam quare homo diminuebatur in armis manifeſtis, & hoc eſt quod habebat quiddam loco omnium armorum, & illud eſt quod diximus in prædiċtis. Et dixit quod animalia habentia digitos in pedibus præter hominem operantur pedibus quod facit homo manibus, & hoc ſimia: & urſus: & quædam ſunt habentia digitos .v. in pedibus poſterioribus, ut melius poſſint pati fixionem illorum ſuper res ſuper quas ſtat, quoniam habet operationem ad direċtiōem: & ſtare ſuper poſterioribus, & operatur cum ſuis membris, ſiue iaceat ſuper coſtam, ſiue ſtat, ſiue iaceat inferius ſupinus. Et in quibuſdam animalibus dimittuntur digiti pedum poſteriorā uno digito reſpeċtu anteriorum, & erunt digiti pedum tunc .iiii. & hoc: qm̄ ut intendit compræhēdere aliquid per pedes poſteriores, & operari per pedes anteriores: ſed eleuare: & dilatare, & cum pugnat erigit ſe: & rapit manibus: & opus eſt: ut figatur ſuper pedes poſteriores, & operari per pedes anteriores, & illud ſuper quod cadit ſuus uiſus ante, & non ita facit pedibus poſterioribus, & eſt ſicut leopardus: & etiam ad hunc, quoniam ille digitus induceret grauitatem in ambulatione. Et dixit Ar. quod homo inter omnia animalia habet peċtus amplū, quoniam in quadrupedalibus ſpatule, & brachia faciunt ſtriċturam peċtoris. Et aues habent in peċtore .q. tenuitatem, ut rumpant aerem ad modū nauis: & dico quod aues ſunt melioris modi in hoc quam quadrupedalia, quoniam acuties peċtoris nō in oſſe cooperit cor: ſed in oſſe quod erit ab illa. Dixit, & aptior locus mamillarum in animalibus ſedentibus eſt peċtus cum ſit amplum, & hoc cum dant uiam in mare ſedentes. Sed animalia ambulantia quæ habent uolam fiſſam: & quæ habent ungulam integram: ut camellus, & equus: & quæ habent duas mamillas tantum, & ſi haberent mamillas ſuper peċtus forte eſſent ſecundum modum qui ſunt in gūma: ſed non ita prope matricem: & animalia quæ habent digitos fiſſos, & quæ multum generant habent mamillas in longitudine uentris in duplici acie, ut lactentes melius mamment: & in pluribus numerus mamillarum erit ſecundum numerum filiorum, præterquam in leone: quoniam habet duas mamillas: & raro generat: & ad plus duos filios: & filii ſui ſunt pauci, quoniam complexio calida multum conſumit nutrimentum: quoniam calor in ipſo multum diſſoluit: & ideo non multum generat, & non comedit, niſi quando uenatur, & non uenatur niſi ſemel in die, & in duabus diebus. Et non eſt ſicut aīal quod inuenit nutrimētum ſuum paratum: & comedit tota die. Et mamille leene ſunt in medio uentris, & nō in inguinibus: quoniā habet digitos fiſſos, ſed elephas: quoniam habet amplitudinem peċtoris, & digitos fiſſos, & parū generant: & eſt ſuum lac multum ſpiſſum, & tunc neceſſariū fuit quod mamille eſſent in peċtore qua poſſit dequoqui per calorem cordis. Et in maſculis non inueniūt mamille niſi in homine, & camello ſimiliter qui aſſimilatur patri non matri, & numerauit Ar. in hoc capitulū: & dixit quod omne animal habens ſanguinem habet ſperma, Et mulieres habent ſperma: & menſtruum: & exeunt ambo a matrice, & utrūq; illorum eſt ſuperfluitas ſanguinis, & de hoc poſt dicemus dixit, quoniam fœminæ quadrupedum emittunt urinam poſt quando ibi eſt locus matricis, & erat ille locus magis conueniens ad luxuriandum. Et muſculi quorūdam animalium poſt urinant ſicut elephas camelus, uel leo: & aīal quod uocatur allerab, & nullum aīal habens ſoleam in pedibus mingit poſt, & omne animal completū præter homines habet caudam ſiue ouet ſiue pariat, & aliquando erit illa cauda pua, & iuuamētū qđ ē cauda eſt, ut ſit arma, & defenſoriū: & de oībus coopit anū. Et hoc īter oīa aīalia ꝓprie hēt anchas, qm̄ eleuāt, & coxas: & crura: & q̄ icuruantur multū in cōparatiōe ſui corporis. Sed q̄drupedalia nō hn̄t anchas, qm̄ ſue extremitates ſunt leues, & cōiunguntur cū neruis, & non eſt eis opus, ut erigant ſupra pedes, ut ſtent tandiu ereċti ſuper illos materia anche tranſiuit in caudā: ſed aues: qm̄ ſunt in ſua ereċtione inter nature ereċtū, & illum qui eſt .q. infixus ſuper genua, & ſunt ſue coxe multum carnoſe: & nō in crure aſſimilantur homini quod aliis aīalibus: & ideo habuerunt anchas, ſed puas, ſed ſola ſicut in eqs generatur ex terreſtritate ī ipo: & nō hēbit cornu niſi fuerit aīal multe terreſtritatis, & magni corporis: & nō habebit ſolam in pedibus propter arma, ſed propter

ſuſtentationem magis corporis,& tũc fuit factum unum cornu ſicut in carchadam:quoniam ungula illa ſolearis eſt.q.eſſent multe ungule adunate, & quod habet ſoleam ungularem non habet cahab qñ indiget multimoda declinatione pedis. Et pauca decſo erit propter paucos angulos,& feſtinabit in faciendo angulus pedis ſubito in terram: quoniam bene declinabunt ad partes bene ligatum,licet etiam habens iuncturam laxam habeat facilem declinationẽ,& propter hoc in habentibus cahab niſi curabatur cahab in manibus,quoniam indigebant:ut eſſent fortiores in operationibus:quoniam ſunt mouentes.Sed cahab in animalibus habentibus ungulam fixam eſt propter hoc:ut iuuent ad fiſſuram. Sed aı̃al habẽs pedem fiſſum,& digitos:ſed modificauerunt partes modificatione quadam:& ſuam expanſionem,intelligo partes cahab.Sed habẽs ungulas fixas in duo habet illas partes magnas,& non componitur ſuper crus niſi cum uno coniungẽte:& duas coniũcturas,& in hoc erit gradatio a crure ad ungulas pedis,ſed quod habet multos digitos ſi haberet cahab proportionaretur cuilibet digito:& natura diuidet̃ in digitos diuiſione conſimili:quoniam modus extremorum eſt diuerſus cum modo mediorũ. Sed quoniam loco multarum partiũ fuerunt partes due ſue coniunctiones cum cahab aſſimilant̃,& iam multiplicabantur digiti pedu; in hominibus,ut p illos meliorãtur fixio pedum ſuper terram:& creabãtur curti ne exponãtur occaſionibus cum tenditur figi ſuper illos.Et omne animal agreſte habens ſanguinem,habet lingua; non ligatam,ſed tencha habet linguam quæ aſſimilat̃ linguæ piſcium,quoniam ligatur quod eſt animal in parte aquoſum.Et linguæ agreſtium aſſimilantur inter ſe:quoniam ſunt carnoſe,& ſunt agreſtia.Et iam numerauimus cauſas in tractationis linguarum in piſcibus,& ſuorum ligamentorum,& quædam animalia marina habent linguã fixam ſicut colluber. Dixit quod motus utriuſq; mandibule,ſecũdum rectitudinem eſt ſimilis inciſioni,& motus eorum ad partes eſt ſimilis maſticationi. Et omne animal non indigens maſticatione ſicut aues non habet in inferiori mandibula dentes niſi unus motus. Et omne animal mouet mandibulam inferiorem,quoniam ſuperior fatigaretur,& quod membra multa continuantur in illa:ſed inferior non habet operationem niſi in iuuamento comeſtionis,& propter hoc apropriauerunt maſticationem ei.Sed tanta,quoniam opus fuit ei,ut in ipſa euulſione haberet ſuſtentamentum: & habebat curtos pedes non tales quales leo, & alii lupi qui mordere potuerunt:ſed ad ſuſtentare per pedes anteriores:& motus ſui colli.Et tencha fuit aı̃al cibatione carnis fortis,quoniã acquirit per morſum poſitum, ergo fuit ei membrum fortius:& fortius eſt illud quod eſt ſuperpoſitum cum acciderit ei ſuppoſitio a uolũtate & natura. Et naturaliter membra omnium animalium mouentur uerſus imum.Et illud eſt quouſq; opus eſt, ut ille motus ſit uelocior.& fortior cum erit ſimul a uoluntate,& natura,& cognitum eſt,quoniam percuſſio apri magis ledit,& tunc bene ordinabitur in tencha motus mandibule ſuperioris, & ſicut tencha mouet mandibulam ſuperiorem,ita coluber habet propriam erigere caput ſolis ad poſterius,& hoc:ut habeat pelle; aſperam omnem ſui partem diu quando non uidet ab anteriori aliquid de ſuis membris,quoniam ſui oculi ſunt poſiti.q.extra ſua membra.Et alium agreſtium quæ oua pariunt eſt quoddam quod dicitur leo terre,& credo quod aſſimiletur malchie, & alche quæ ſunt quædam ſpecies lacertorum:& eſt multi motus,& eleuant ſuam caudam,& eſt multum macre,quia habet modicum ſanguis:& ideo eſt multu; timoroſus,ita quod timet quodlibet, & ꝓpter hoc timor ille uetat ipm a comeſtione ſua:& mutat ſuũ colorem cũ timet:qm̃ timor imprimit fortiter ſignum in ſua complexione.Sed oſſa mandibule,& tymporum ſuus neruus eſt ſecundum ſerras in mandibula,& tunc dico quod mandibula ſuperior cremantur ſuperius ad ſerram communem,& fronti:& uadit ſub ſuperciliis ad tympora de uno ad alterum: & ſuus crus inferior eſt ubi naſcutur dentes:& a duabus partibus eſt ſecunda ſerra ex parte auricularum cõicans inter ipm:& aı̃al quod eſt ſimile.q.ale,& illud eſt poſt mollares declinet:& alius terminus,& eſt ille cuius terminus declinat modicũ ad partem domeſticam: & tunc erit ſerra diuidens inter iſtum:& ſerram quã nominabimus,& quæ diuidit ſuperius palatum ſecundum longitudinem,& tunc iſti ſunt eius termini.Sed ſerre intrantes terminos de illis eſt una ſerra quæ diuidit ſuperius palatum ſecundum lõgitudinem,& ſerra quæ uadit inter duo ſupercilia indirecto duarum mamillarum,& ſerra quæ incipit prope initium ſecundũ huius ſerre,& declinabit ab illa deſcendendo in rectitudine; eius quæ eſt ad dextra inter quadruples:& annos:& alia ſerra cum illis in parte ſiniſtra: tunc inter iſtas ſerras.ſ.mediam,& duas extremas,& inter directum originis dentium nominatorum,creabũtur duo oſſa triangularia.Sed baſes duorum triangulorum non ſunt ubi naſcunt̃ dentes:ſed cadit ante hoc una ſerra diuiditur prope baſes,quoniam tres ſerre pertranſeunt habent diuiſorem in locis nominatis,& ſub duobus triangulis erunt duo oſſa quæ circuerunt baſes triangulorum:& erigit duos angulos rectos,& due ſerrarum extremarum,& diuidit inter duo oſſa id quod deſcendit de ſerra, &

utriq; oſſi erunt duo additamenta prope ſerrarum quæ eſt diuiſor,& unus acutus prope duas cannas,& angulum expanſum indirecto narium,& de ſerris mandibule ſuperiorum eſt ſerra quæ deſcendit cum ſerra cantante in ſurſum:& uadit ad partes oculi.Et quando applicatur ad mandibulam diuiditur in tres ramulos,& unus illorum uadit ſuper ſerram communicantem cum fronte:& ſuper concauitatem cum fronte:& ſuper concauitatem oculi quouſq; continuetur cum ſupercilio, & alia ſerra ſub iſta,& continuatur eodem modo,& non mittitur in concauitatem. Et ſerra tertia quæ eodem modo continuatur poſtquam intrauit in concauitatem:& quartum eſt de illis inferius in comparatione ſerre quæ eſt ſub ſupercilio , & remotius illo qui tangitur a ſuperiori. Sed os in quo diſtinguitur ſerra prima eſt maius,deinde illud in quo diſtinguit̃ ſerra ſecunda.

Capitulum, De anothomia mamillarum,& labiorum.

ET gena habet duos motus:& unus illorum ſequitur motus mandibule inferioris. Et ſecundus motus communis eſt labio,& motus eius ſequitur motum alterius mēbri,ergo muſculus illius motus eſt alterius membri,& tunc quando motus eſt communis illi:& aliquando membro eſt per muſculi communem illi,& aliquando mēbro:& iſte muſculus eſt unus in utraq; gena latus:& amplum eſt ſuum nomen. Et uterq; illorum eſt compoſitus ex quattuor partibus,quia fila ueniunt ei a quattuor partibus.Et quædam illorum naſcuntur a iuncturis ſpatularum cum ligamento pectoris:& continuantur ſue extremitates cum extremitatibus labiorum,& trahunt os inferius obliquum,& ſecunda naſcuntur a caſſe pectoris,& ligamentis pectoris ex utraq; parte. Et uadunt illa fila in obliquuȝ: quia naſcentia a dextra coniunguntur cum extremitate labiorum ſiniſtroꝝ:& econtra naſcentia a dextra coniunguntur cum extremitate labiorum ſiniſtroꝝ:& econtra naſcentia,& ſiniſtra,& quāto iſta fila fuerit contexta contrahentur ſimul extendunt labia ad exterius.Et tertius naſcitur a parte ſpatule,& applicatur ad locum ſuperiorem locorum iſtorum muſculorum,& mouent labia ad duas partes:uno modo.Et quartus naſcitur a ſcenetim colli,& tranſit per auriculas,& trāſit ad genas,& mouet genas uno motu:& labia ſequūtur genas in illo motu,& cum iſto motu ſunt quidaȝ qui fere poſſunt dici angularia labiorum uſq; ad auriculas,& tunc mouens auriculas iſto motu , & labia quæ habent quoſdam muſculos communes ſibi:& maxime ſiniſter:& habent muſculos proprios ſibi:& ſunt quattuor:& unum par illorum uenit a ſuperiori indirecto duarum gilboſitatum faciei,& applicatur prope terminos labiorum,& duo inferius:& in iſtis quattuor eſt ſufficiētia motus labiorum ſolū,quoniam quilibet illorum cum moueretur ſolū mouet labia ad ſuam partem,& quando mouent̃ duo ad duas partes expandunt labia ad ſuas partes,& tūc ſi completur motus ad quattuor partes,& labiis non ſunt alii motus ab iſtis.iiii.&.iiii.extremitates omnium muſculorum immiſcebant ſe cum ſubſtantia labiorum mixtione quam non poteſt diſcernere ſenſus in ſubſtantiam labiorum,quia labium eſt membrum neruoſum ſine oſſe.Sed extremitas naſi cum ea continuatur duo muſculi parui fortes,& ſunt parui ne faciant anguſtiam aliquam muſculis quibus magis indigere,quoniam nobiliores habēt motus genarum:& labiorum,& magis neceſſariuȝ,ut plus ſemper in motu,ſed ſunt fortes,ut recuperent ſuam paruitatem:& ueniunt illi muſculi a parte gilboſitatis genarum,& immiſcent ſe primo cum filis genarum,& ueniunt ab illa parte: quia motus neceſſarium eſt ad iſtam partem:& mandibula inferiorum mouebatur: & non ſuperior propter iuuamenta,& eſt unum quod motus leuioris eſt melior, & aliud eſt quod eſt magis propinquum membris nobilibus deberi eſſe quietum propter id quod timetur ex motu,& propterea ſi moueretur ſuper mandibula non eſſet iunctura illius,& capitis cauſa bene firmato,& non fuit opus mādibule inferiori plus tribus motibus.Et huiuſmodi motus eſt nō in opatione oris:& aliud ad claudendum ipſum:& cicioris maſticationis:& apiens os facit mandibulam inferiorem deſcendere,& claudens eleuat ſurſum:& motus maſticationis facit declinationem ad duas partes,& manifeſtum debet eſſe,quoniam motus mandibule inferiorum debent eſſe per muſculos deſcendentes ad ipſaȝ & tunc conſtringetur,& eleuabit mandibulam inferiorem,& facientes illam deſcendere ſunt in cōtrario modo:& maſticationis in obliquo , & fecit natura duos muſculos in homine claudentes os, & deſcendentes ad inferiorem mandibulam,& fecit illos paruos , quoniam membrum paruum: & leue. Sed alia animalia habent mandibulam inferiorem fortiorem propter hoc quod indigent iſta mandibula ad eleuandum:& mordendum : & ſcindendum,& iſti duo muſculi ſunt molles:quoniam ſunt propinqui medulle ualde humide : ita quod inter illos , & medullam non eſt niſi unum os;& tunc propter hoc,quoniam timebatur quod ſi eſſent communicantes cum medulla,&

accidere aliqua occaſio muſculis quod illa ueniret ad medullam, & propter hoc ſuffodiebat natura origine; illorum ſub eſſe quod os eſt compoſitum ex duobus oſſibus parum ex ſeparationibus foraminum meatuum qui tranſeunt uſq; ad exterius proſpere, & procedunt ordinatim dureſcendo quouſq; perueniat a dextra, ut ſua ſubſtantia paulatim indureſcat, & recedat paulatim a ſuo p̄ncipio: & quilibet iſtoꝝ muſculoꝝ habet naſcentes cordas magnas: & compræhendunt magnitudinem mandibule ſuperioris, & conſtringuntur, & eleuant mandibulam ſuperius. & iſti duo muſculi iuuantur per iſtos duos muſculos, Et ueniunt iſti duo muſculi interius in ore, & deſcendunt in mandibulam inferiorem. q. in foueam: quoniam erectio ponderoſi indiq; uirtute intenſa. Et corda tertia iſtorum duorum muſculorum naſcitur in medio non ab extremitate, ut ſit fortior: ſed muſculi aperientes os cum quibus deſcendit mandibula inferior naſcitur ab additamētis ſimilibus acubus quæ ſunt poſt aures: & deſcendunt, & faciunt ex ſe muſculum: & facit ex ſe corda, ut ſit fortior, & a corda ſperguntur iterum fila: & illa fila faciunt iterum muſculum ex impletione carnis: & illud eſt quoniā ſi eſſet unus exponeretur magis occaſionibus: & obuiat incuruationi mandibule inferioris & cum trahitur ille muſculus trahit retro: & habent deſcendentem proculdubio, & quoniam ponderoſitas iuuat ad deſcenſum: tunc non indigebant iſta mandibula niſi duobus muſculis. Sed muſculi maſticationis ſunt ex utraq; parte ſimiles triangulo, & cum eius caput fuerit poſitum in angulo qui eſt ex ſuis angulis in facie proceduntur ex illo duo rami: & unus deſcendit ad mandibulam inferiorem, & alter deſcendit ad partes paris. Et unus ea cōtinetur una baſis recta, & miſcetur quiſque angulus ei quod ante ipſe exiſtit, præterea, ut iſte muſculus habeat partes diuerſas in contrahēdo, quoniam non oportet ut hēat motum æqualem: ſed indiq; multiplici diuiſione ad hoc: ut perfecte compleatur mollitio: & maſticatio. Et aues diuerſantur in ſuis membris propter diuerſitatem in ſuis iuuamentis ſicut diuerſantur in collo, quoniam quædam habent colla longa, & quædam habent colla curta: quoniam quæ habent recipere nutrimentum a cœno, aut ab aqua habent collum longum. Sed quæ non indigent huiuſmodi: ſed uiuit rapina colla curta habent. Et quæ habent pedes longos non poſſunt natare neq; ſe ſubmergere, & ſuum nutrimentum eſt in luto, & lacubus, & habent pedem longum, ut poſſint ſtare ſuper pede, & accipere roſtro uel pica quod eſt ei neceſſarium, ſed quod poteſt natare, & habet picas non fuerunt illi pedes longi: & hoc ut ſint fortiores ad natandum, quoniam non timet de ſubmerſiōe. Et animalia quæ habent colligere uermes: & piſces paruos a cœno fecerunt ei picam acutam multum, ut poſſint per illa; perforare, & capere: & quod habet operationem ad recipiendum ſuum nutrimentum a fundo luti, facta eſt ei pica longa acuta ne oporteat ipſam præcedere in lutum, & oculos, & caput: & alius, licet habeat duos pedes angulos cum ſuorum genuum ponit ad poſterius: & incuruatur ſecūdum illum angulum ad anterius, & dico ego, quia hoc eſt: quia homo erectus eſt in ſuo ſtatu, & poſſibile eſt: ut diuertatur ad omnē partem, & habet nares, & tybias magnas, & inclinatur ad poſterius propter iuuamenta quæ diximus & tunc ſi angulus genuum hominis etiam ad poſterius eſſet illi graue ſurgere poſtquam ſedit: ſed aues quæ ſunt leues poſt, & ponderoſiores tantum facta eſt eis declinatio ad partem magis ponderoſam. Et dicimus quod omnis aues uenatrices cito uolant, ut fugiant præter aues quæ ſunt magne corpulente, & quia eſt in eis terreſtritas multa nō potuit ingenerari natura eas facere leues. Et omnis auis habens ungues curuos nō habet poſterius cornu: quoniam habent curuos ungues prælio anterius, ſi autem præliaretur per id quod eſt poſterius impediretur prælium anterius, & congregatum eſt quod melius exercetur anterius quam poſterius: & non poteſt bellari cum cornu niſi cū eleuauerit ſe a terra. Et poſt hoc factum eſt cornu in tybiis poſterius in auibus terreſtribus: quonia; ſi haberent ungues anterius non eſſēt idonee ad ambulandum, & omne animal habens collum longum: & forte expandit ipſum cum uolat, ſed habens collum longum: & debile cōtrahit collum in uolatu ſicut auis quæ dicitur meſtihelgenu. Sed de anchis auiu; iā locuti ſumus. Et dixit Aꝝ. quod una pars piſcium natat cum alis: & una non natat cum eis, ſed tamen habet alas, immo natat faciēdo plicas de corpore, ut coluber, & credo quod marme ſit huiuſmodi. Et ordo alarum in piſcibus eſt diuerſus: & ſit ſuus numerus: & qui piſcis habuit papas multas magis iuit in ſicco: quia concluſio ſuorum pororum retardatur, & delfin eſt magni corporis reſpirat iuuat, ipſum natura per cannam unam magnam: & ſi ueſpertilio haberet caudam non bene poſſet uolare. Et ſtrutio aſſimilatᷣ auibus in quibuſdam, & aliis animalibus in quibuſdam: & quia non habet. iiii. pedes habet alas, & quia non eſt auis uere non habet plumas: ſed ſimile pilis, & quia aſſimilabatur animalibus quadrupedalibus hēt ſolam ſicut camelus, & quia auibus hēt illam curuam.

Incipit liber. xv. De generatione aīalium, & de anothomia uirge: & matricis.

ANimal generans in alio aliud eſt maſculum : & animal generans in ſe per aliud ad complementum uel partes complementi eſt fœmininum, & ſi animal eſſet quod generet ſe per ſe non haberet maſculinum uel fœmininum, & iam in hoc diximus de uegetabilibus minimis quod pōt ſciri in hoc capitulo. Et oīa aīalia ſanguinea quæ ambulant, aut uolant, aut ſaltant erunt diuerſa p maſculinū, & fœmininū, & erit inter illa luxuriatio, ſed ſi non pariūt ſibi ſimile eſſet de numero generātiū ſibi ſimile, ſed anuloſa iam generant ſemper putrefactionem, & iam erit maſculinum, & fœmininum : & erit inter illa luxuriatio, ſed ibi pariunt ſibi ſimile ſignifacies, & ſi parient ſibi ſimile eſſet de numero generantiū ſibi ſimile:, & quando generat rē non ſui generis, iſta generatio non uadit ad nō terminū, ut fiat mutatio : & nō ſaluatio in genere, quia non poteſt terminum in uno quoq;, & tunc erūt quædam animalia quæ generant generatione completa, & quædam incompleta: & iſtud eſt in ouantibus, & generantibus guſanes. Et ouantium quædam generant oua completa ſicut aues, & quædaꝫ non completa ſicut piſces, quoniam piſcium oua creſcunt poſtquam exeunt. Et eodē mō credo qđ anuloſum animal quod generatᷣ per putrefactionem in terra non generat guſanes generatiōes, ſed oua quæ poſt mutantᷣ in guſanes, & non eſt remotum, quoniam etiam ille guſanes reuertuntᷣ ad naturam illius a quo generate ſunt, & generant ipm: & uolo dicere quod non ſtat ſua generatio in guſanes ſecundum modum quo facere rem ſpēi: & illud indiq; ſpatulatione in marinis: quoniaꝫ in una ciuitate ſaracenoꝝ quæ dicitur ſcealikam poſt pluuiam magnam quæ fuit ibi uidebantᷣ bombices cooperientes terram per miliaria multa: & quilibet illoꝝ texuit ſuper ſe ſericum: & exiuerūt poſt uolantes a latere, & fecerunt ſemē, ſed iſtud ſericum non erat cōtinuatum nec poterat reduci ad cōtinuitatem per aliquod genus calamiſtri, & tunc nō creauerunt hoīes de illo ſemine. Et credo qđ ſi illi hoīes dediſſent pullis ſuoꝝ ouorum folia bona mori ueniſſent ad completam ſpēꝫ, & generaſſent bonū ſericū. Sed determinare, & quod ſtatutū eſt quod aīalia quæ generāt per ſe faciūt ex ſe guſanes nō placet mihi: qm̄ nemo pōt uidere qm̄ generant: ſed guſanes ſunt papiculas uolantes in circuitu candele, & per bombices, & locuſtas: & poſt conuertantᷣ in ſuam ſpēm. ſ. per oua prædictoꝝ ad ſpēm ipſum dico generātis, & tunc nō eſt mirum ſi aīalia anuloſa ſimiliter generant: & fortaſſe dicentes opinionem intellexerunt opiniōe niſi medium ſcilicet quod eſt bombix primo faciat oua & poſt guſanes, & poſt bombicem, non cogitauerunt niſi quod tantum facerent guſanes, & ſicut de aliis anuloſis, & iam habui amicum qui fecit ſcorpiones : & illi ſcoripiones poſt generauerunt alios ſcorpiones. Et non debet hoc eſſe aliquo modo quod res quæ generant paruitatem generatiua: quoniam poſſint alio modo generari, quoniam bene poteſt eſſe quod generatio ſit ad generandum ſpeciem: ſed eſt factio certa indiuiduum quod poſt incipit generare, & ſicut homines poſſunt ſe reſcindere a generatione, aut ex uoluntate: aut ex peſte aeris: & mari omnis, & tunc ſi fieret hō ille ēt ille generaret, & reuerteretᷣ ſpecies: & factio, & gn̄atio erunt iuuantes ad inuicē in ſaluando ſpeciem: & iam inuenimus in uno riuo qui dicitur iactam caſtorem, & ſcitum eſt quod ille riuus eſt pauci tēporis, & credimus quod illud aīal fecit ſe ibi: quoniā nō poſſumus dicere quod illud animal uenit a mari in illum riuum propter nimiam diſtantiam a mari : & multotiens concauant terram, & deſcendit aqua: & decurrit illa aqua ad aliquam foſſam in qua nunquam fuit piſcis, & poſt generantur in ea piſces: & dixit quod maſ. defecit a fœmina in ſitu teſticulorum : & matricis, & quando abſciuditur uirga mutat complexionē corporis, & nō eſt remotum cum ſit complexio maſculina manans in alia membra præter cor : ab uno membro poſtquam completus fuerit ſuus effectus erit complementum effectus poſtquam incenderit in meliorem coitum, & tunc cum amputabitur illud membrum immutabitur complexio, & hæc quidem non eſt remotum poſtquam illud membrum amputatum abſtulit a corpore complexione maſculina, & tunc non naſcentur pili in conſimili ſitu cum manibus: & non aſſimilabitur uox iſtius uocibus marium, ſed ſi fuerit abſciſio iſtius poſt hoc, & poſtquam pili fuerint quieti in ſuo ſitu non auferentur pili uel uox maſculina. Et aliqui maſculorum non habent teſticulum, & propter hoc cito deſcendit ſuum ſperma ſicut in quibuſdam piſcibus non habentibus teſticulos : ſed illis erunt due uie recte. Dixit, & teſticuli in quibuſdamᷣ habentibus teſticulos non ſunt pars uiarum ſpermatis, ſed diuiſi a uiis ſi uerētrum ſuum initium eſt a ligamentis naſcentibus ab oſſe pectinis: & ſui canne, & eſt creationis rare, & hoc, ut extendatur per ſpiritum ſubintrantem cum opus fuerit, & cadit cum opus fuerit: & tunc cum fuerit aliquando erectum non conducet, & in ſua erectione ſunt duo iuuamenta, & riuum illorum eſt melioratio interitus ad uuluam: & quod in uulua ſit primo melius recipiendi ipſum. Et ſecundum, ut ſit uia recta quod uia ſpermatis ſit æqualis, & due extremitates ſui capitis habent declinationem ad imuꝫ qm̄ certa eſt illa corda, & creabatᷣ illa corda propter pulchritudinē:

& creabatur etiam,ut ſit ſuſtentamentum uirge nec continue erigatur,& melior eſt inciſio in me-dio:& uirga quando eſt longa non multũ generat ,ppter longitudinẽ uie:& eſt res quæ cito altera-tur qñ diuidiť a loco ſue generationis:ſed matrix eſt poſita poſterius ueſica anterius ĩteſtinis, ut ſit culturata inter illa,& cuſtodiať ab illis ,ppter creaturam.Et muſculi mouentes uirgã ſunt duo pa-ria,& unus paris muſculi ſunt ex duabus ptibus uirge:& cum extenduntur amplificatur uia,& re-tificatur,ut uelociter exeat ſperma:& alius naſcitur ex oſſe pectinis,& continuať cum radice uen-ter ex tranſuerſo,& tunc cum fuerit ſua extenſio æqualis erit tenſio uirge recta, tunc ſe prætenſio uirga ſequitur motus muſculoꝶ.Dixit,& creati fuerunt teſticuli pendentes:ut meliorareť ordo ua ſorum ſpermatis,qm̃ illa uaſa creata fuerunt tortuoſe,ut materia ſpermatis retardaretur ,ppter di-geſtionem,& compleať in eis eius generatio:& etiam iuuant ad æqualitatem erectionis ne nimiũ feſtinet ſicut in brutis,& hoc quia inducit eis quandam grauitateꝫ:quia retardanť ab eiectione,& iſtud non eſt abſolute iuuamentũ,ſed completur iuuamentum,& eſt noiatum,& illud eſt,qm̃ in eo compleť generatio ſpermatis,& non eſt inconueniens eiuſdem rei eſſe plura iuuamenta.Et cum di-xit magiſter primus quod teſticuli exeunt a uiis ſpermatis uoluit intelligere quod nihil faceret ad generationes ſpermatis,ſed quod ſunt ſua diuerſa a ſua uia quæ continuatur cum illis,quoniaꝫ non eſt uia,ſed ſuſtentamentum uiarum,& non eſt mendacium quod dixit medicus,& dixit.Et quan-do ſpadorianť animalia contrahunť nerui:& uene inſurſum,& ſeparabunť a uentre,& non curret in eis ad uirgam materia ſpermatis:& dixit quod thaurus emutulatus eſt,& uoluit coire:& uide-batur mihi deſcendere ad dimos,& exiuit a uirga,& generauit. Et dixit quod ſemen aliqñ corrũ-pi uult:ſed cum aſcendit,& adunať in uno loco digeritur. Et omne carens crure caret uirga,& te-ſticulis,& quia piſces nõ habent uentrem,ideo compleñť ſua oua extra ſicut ſemina arborũ extra. Et dico quod inſtrumẽtũ quod hẽt ſumme eſt matrix in ipſo:& creature:& quod illa reſpondet eſt uirga in maſculo,& coniunctum cum illo:ſed uno illorum eſt completa materia,& erit extra,& in alio erit diminuta,& retenta interius quaſi uirga in muliere:&.q.oſſeum teſticulorum materiis eẽt matrix,& q.uirga eſſet collum eius,& uulua:& duo teſticuli mulieris:ſicut teſticuli uirorum :& in uiris ſunt maioris quantitatis:& longioris cum rotunditate,& in mulieribus interius:& ſicut ma-res habent uaſa ſpermatis inter locum exitus radice uentris,ita mulieres habent intra teſticulos,& orificium matricis.q.uaſa didunalia.Sed in maribus incipit ſperma a teſticulis:& eleuať ſurſuꝫ:& figit ſe in quandam concauitatem a qua pendent teſticuli,& poſt deſcendit tortuoſe inferius:& cõ pletur ſecũdum digeſtionem ſpermaticam quod reuertitur quouſqꝫ exeat per uiam quæ eſt in radi ce uirge a duabus partibus:& ille locus eſt prope collum ueſice,& illud eſt longum in maribus, & curtum in mulieribus:ſed in mulieribus tendit a duobus ouis ſicut duo cornua in duo maria,& ex-panſe:& uadunt in aſpectum uricidum,& continuanť ſua capita cum teſticulis,& conſtringuntur in hora ligie,& procedũt ad orificiuꝫ matricis æqualiter:qm̃ contrahũt a duabus partibus,& tunc aperiť,& ampliatur,& fugit ſperma:& ſunt tortuoſa ſibi conſimilibus in maribus,& diuerſantur. quoniam uaſa ſpermatis in mulieribus continuanť cum teſticulo,& tranſit ad additamenta cornu-alia quiddam quod naſcitur ab utroqꝫ teſticulo:& uomitat ſperma intra uas,& uocantur uomitã-tia ſpermatis,ſed uaſa in mulieribus continuať cum teſticulis,quoniam uaſa ſpermatis in mulieri-bus accedunt ad moliciem,& leuitatem teſticulorum in eis,&non fuit opus, ut eſſent dura nec ẽt membra illoꝶ:quoniam bene cooperiuntur,& non indigent proiectione longa:ſed in maribus nõ fuit bonum continuare illa cum teſticulis,quoniam illa induceret leſionem eis in hora conſtrictio-nis,ſed poſuerunt in illa medium quod diciť anendor,& uenit res uomitata ad digõem illius ſecũ-dum medicos.Et ſcđm magiſtrum primum in mulieribus euomitant aliud quod eiiciunt prope fo ramen urine:& iam certificatur hoc inſpectione mulierum,Et opus eſt in hæc:qm̃ orificium ma-tricis feſtinat ad ſugendum cum ſenſerit propriũ ſperma,& tunc ſuget ſperma maris cum ambo ac ciderint in unũ,& ſi eſſet matrix attractiua ſolius ſpermatis maris per ſe ſine alterius coitione:& at trahet:& naturaliter ſperma uiri accideret quod ſemper matrix æqualiter intenderet in attractio-ne ſpermatis uiri,& tunc ſcitum eſt quod in tractatione propriũ ſpermatis reperitur ſperma maris extra quod extitit ſperma mulieris:& tunc opabitur in una hora duplex opus.ſ.eiectionem pro-prii ſpermatis:& requiſitionem alterius.Sed primum eſt magis dignum,ut credatur cum teſtimo nio mulierũ diſcretaꝶ,& eſt teſtimoniũ ſapiẽtis primi qď uia feminũ exitus illorũ eſt ſtricta ualde, & ſunt cooperientes illã canne glanduloſe in circuitu collũ ueſice,& ille canne glãduloſe emittunt a ſe quaſdã hũiditates calidas q̃ ueniẽtes ad orificiũ matricis ĩſtimulãt ad luxuriã. Et ſpma in mari bus ẽ magis digeſtũ,& uenit ad teſticulos p uenas tortuoſas multas.q.ramiſutiũ ſiſes q̃ ducũt eis ſã-guinẽ ĩ quo ſit digõ,& alterabiť q̃tulacũqꝫ alteratiõe in eis quouſqꝫ aſſiſeť teſticulis,& hũidĩtati te-

ſticulorum in eis,& ꝓprie ei quod ibi apropriatur de ſpiritu aereo,& creabatᷣ matrix ex uenis mul tis,& ramificatur ex uenis prænominatis,ut ſint ibi ad ſuſtētamentum creature,& ut ſit ſuperflui/ tas menſtruoſa deſcendens per illos. Et ligabatur matrix cum dorſo ligamentis fortibus: & facta eſt ex ſubſtantia neruoſa: quoniā undiq; multa extēſione in augumento creature, & per ꝓpagatio ne cum inculcatur ſuper fetum in ora partus: & non completur ſua cōcauitas niſi cum compleme/ to corporis ſicut: & duarum mamillarum in ſua quantitate, quia ante hæc nō indiget: aut matri/ ce, aut mamillis, & in omnibus habet matrix duas tunicas, & in aīalibus aliis numerū mamillaruꝫ.

Capitulum, De complexionibus morū in aīalibus.

ET animalium facientium oua: quædam ſunt quæ complent intra: & quædam ſunt quæ ponūt intra: & emittūt foras: & q̄dā cōplent ex toto foras: ut piſces. Et quæ pariūt, quæ dā pariūt impia, & ouāt in īferiora ſui uentris ne cōprimat diafragma creatura: & hac comparatione creature ne fiat graue totum quod aſcendit ſuperius ſit, & cætera ſi aſcē/ deret ſuperius fieret grauis partus, & hoc propter ſternutationem, & omnibus aliam rem quæ fa/ cit ad aſcenſionem. Et animalia mollis cutis faciens oua ſua extra: & quod eſt dure cutis non habet oua foris, ſed habebunt circum tæſtas poſitas in circuitu cōcauitates ad regēdum oua, & aīal ouās ſuper ſuum ſtercus eſt unius modi cum ſua urā. Et tortuca uia ſui ſtercoris eſt una: & habet ali/ am uiam ad ſuam urām. Et aliqua pars animalium luxuriat ſecūdum manifeſta, & alia pars ſecū dum contactus extremitatum: & alia pars ſcd̄m circūuolutionem. Et ſunt quædam animalia anu/ loſa quæ non luxuriant tm̄: ſed generant ſemper ſe: & quædam ſunt quæ luxuriant, & mas eſt me/ lior fœmina ſicut in quibuſdam auibus propter maius conueniens. Et fœmina emittit maſculo cau dam ſecūdum quod ſugat membrum a quo concipit, & poſt hæc maior ratio doctrine p̄me eſt in ſpermate: & ſemine. Et in iſto loco putāt qđ mulieres non habent ſperma, & quod ſignificat ſup deſtructionē ſue, rationis eſt quod ipſe dicit in una differentia quod creatura exit quādo mas eiicit ſperma ſine muliere: & non erit quando eiicient ambo, & illud ſignificat quod ambo eiiciunt ſecū/ dum aliquem modum. Deinde dicit in alio loco quod ſemen eſt materia, & ſanguis menſtruus eſt cibus: aut non eſt poſſibile ſecūdum quod dicit quod ſit iſtud, & dixit: & opus eſt, ut ſcias ſi ſper ma exit a corpore utrum exeat a carne partim, aut ab oſſibus partim: & hoc quod dicit ad hoc eſt delectatio quæ compræhendit totum, & aſſimilatio filii ad patrem uel in aliquo membro: aut di/ minutionem, aut aliquo membro ſignificato, & adhuc in parte uniuerſali aſſimilatiōis. Et tūc opus eſt, ut aſſimilationis ſit cōiter cauſa aſſimilatio corporis, ergo ſi fuerit corpus totum trāſmutās ſper ma omne membrum erit tranſmutans ſperma, & ſi non: tunc aſſimilatio erit ſecūdum unum mem brum. Sed iſte rationes non ſunt ſufficiētes: quoniam figura pōt cadere bene in ungues, & capillos: & in hoc exibit ſecūdum illos, & etiam, quoniā natus aſſimilatur auo. Ea inde dixerunt ꝙ una mu/ lier ex uno nigro peperit filiam albam, deinde illa filia peperit filium nigrum cum illo qui fuit ni/ gēr ſicut ſuus pater. Et ſemen non emittunt membra inſtrumētalia, quia ſunt inſtrumentalia: & ca dunt in illa ſua aſſimilatione. Dixit, & adhuc ſi ſperma eſſet ſecundum modum quem narrauimus eſſet ſperma animal paruum: quoniam in illo eſſet de quolibet membro pars, deinde quomō uiue/ ret iſtud animal ſi ſua membra non eſſent poſita ſecūdum conueniēs: tunc ſperma hominis erit ho/ mo paruus. Et dico cū toto iſto ſi fœmina haberet ſperma cōicans in homine, & re. cum ſpermatis uiri eſſentia eſſent, tunc duo homines, aut duo aīalia cum deſcendunt ſperma uiri: & mulieris ſimul & adhuc quī uetabit quod mulier non parit ex ſe cum ipſa hēt membra parata ex ſe in ſuo ſperma te: & in loco deputato ſpermati quaſi dicēt in mēbro gn̄ationis: aut quomō ſunt, & nos ſcimus qđ q̄dam p̄mo generāt fœmīas, & poſt gn̄ant filios, & hæc dicimus, qa ē cauſa alteratiōis cōplexionis quouſq; unū duorū ſpermatum cū una complexione ad alteram cū cōplexione diuerſa quouſq; ge neretᷣ per ipſum membrū: & non quod membrū aliquando exit a muſculo cū illo pars membroꝝ maſculinorꝝ, & aliquando exiuit cū illo pars membrorū fœminoꝝ: tunc ergo accideret quod eius ſimile accideret in aliis membris per cām alterationis, nō per cām mutationis. Dixit, & adhuc mul ta animalium pariūt, & nō ſuam ſpēm, ſed guſanes quæ formantᷣ alia forma, ut muſce: & apicule: & tunc non eſt poſſibile, ut iſtud aſcribatᷣ membris aſſimilibus in ſua uirtute, & ideo luxuriat aīal una luxuria, & quia in eo generantᷣ animalia plura uno, & fortaſſe erūt inter eas mas, & fœmina: & non eſt poſſibile, ut dicatᷣ quod ſperma in illo ſit difficile. Et adhuc ramus arboris qui non eſt de ciſus a fœmina totum plantatᷣ in terram, & dat fructum: & adhuc, licet ramus non ſit ex fructu, ſed ex illo ramo tm̄, & hoc propter ſui ſimilitudinem ad ip̄m, licet non ſit fructus cui aſſimelatᷣ. Et tūc ſi dixit quod ramus habuit in ſe p̄tes fructus, & poſuerunt illum ramum in ſuam radicem immix/ tum cū p̄tibus alioꝝ ramorum, tunc non erit remotum: quoniā in aīali erit ſimiliter, & nō eſt opus: ut ueniat

ut ueniat ab omni parte, quoniam in una parte ſunt omnes partes. Et uniuerſaliter partus non eſt cauſa materia, & quod ſit influxum ab omni membro, ſed ſui cauſa eſt uirtus informatiua ſicut eſt ſtamnum in carpentariis: ſed quod nominauerũt delectatione luxurie eſt in ultio luxuriatiõis poſt quam fluxerit ſperma in uaſa ſua, & eſt de nouo motus confricationis, & iuuat ad delectationem punctura: & titilatio ſpermatis ſuper membrum ſicut confricatio in puſtulis, & poſt confricationem ſequitur ſeparatio ſpermatis, & iſte modus non reperitur in omnibus membris æqualiter, ſed ſolum in uaſis ſpermatis. Dixit tunc dico quod ſperma eſt res eius partes ſunt ſibi conſimiles ſui diuiſa a corpore non diſſoluta a corpore, quia diſſolutio eſſet in naturalis ſperma: aut eſt res naturalis. Et iuuamentum eſt in ſpermate: ſed non eſt iuuamentum in eo quod diſſoluitur a corpore, & erit diſſolutio a corpore in illis quæ non habent ſperma. Sed ſperma eſt quædam ſuperfluitas cibi: & non eſt per corruptionem, aut liquefactionem, & non eſt ſuperfluitas digeſtionis prime, neq; ſcđe: quoniã flegma: & colera ſunt illius modi, & propter hoc inuenitur uomitus iſtorum poſt digeſtionem ſecundam: & iam erunt ſimilia iſta ſuperflua multa, ſed ſperma eſt ſuperfluitas digeſtionis ultime, & eius abundantia eſt cum fuerit cibus multus, & tunc opus eſt, ut ſit ex illo eſſe membrum, quoniam eſt aptum ad hoc, & non eſt res diuiſa ab omni membro: & tunc nõ eſt ſuperfluitas ſecundum uiam liquefactionis: & enim ſi ita eſſet animal ergo magni corporis cũ erit multe diſſolutionis erit multi ſpermatis. Sed non eſt multi ſpermatis, & ideo eſt paucorum filiorum, quoniam cibus ſuus clarificatur a ſuperfluitate ſcđa, diuiſus eſt in magnitudinem ſui corporis: & ſunt homines magni corporis, & arbores ſimiliter. Et proprie animal multe pinguedinis: quoniam ſua bona ſuperfluitas tranſit in ſepum: aut pinguedinem, & ad hoc quod liqueſcit non indiget melius quod compleatur ipſum ſperma, aut habet uaſa deputata ad recipiendum ipſum, & lac ſimiliter in mulieribus quo quomodo aſſimilat' ſpermati. Et ſperma diminuitur in corporis liquefactione: & augmentatur liquefactio: & cauſa in hoc eſt, quia ſperma eſt ſuper uiam digeſtiõis non uia liquefactionis: & ideo diminuitur in infirmis ſperma, & non inuenit in pueris: quoniam ſua digeſtio tertia fortis, & ſua neceſſitas ad cibum eſt multa, & non erit in eis ſuperfluitas, & omnis mẽbrorum liquefactio facit infirmitatem. Et multa ſpermatis eiectio nõ iducit infirmitatem: ſed etiã iuuat niſi fortaſſe alteretur per uiam corruptionis. Eius exitus erit ſecundũ uiam liquefactionis, & iſte rationes in hac ſpeculatione ſufficiunt.

Capitulum, De ſpermate, & ſanguine menſtruo.

ET eſt res certa quod ſperma eſt ſuperfluitas digeſtionis ultime: & eſt ſuperfluitas bene digeſta, & eſt poſitum in creatura propter iuuamentum, & albeſcit propter fortitudinem digeſtionis, & quando fit cum nimio conamine exibit ſanguinolentum, & ita ſanguis menſtruus eſt ſuperfluitas ultime digeſtionis, ſed non peruenit uſq; ad digeſtionem ſpermatis, cum nec etiam ſuperfluitas illa quæ dicitur ſperma in muliere non peruenit ad digeſtionem ſpermatis in mare, quoniã mulier eſt uniuerſaliter mare debilior. Et ideo uene in eis ſunt ſtrictiores: & caro magis humida, & ſua corpora magis parua, & propter hoc contingit in eis ſuperfluitas multa: & non digeſta, & licet etiam tempus motus ſue ſuperfluitatis æquale tempus in uiris etiam aliquando magis feſtinans, quoniam ſua uirtus eſt ad conſumendum totum cibum in crementum in illo tempore in quo non eſt debilis uirtus in maribus, ſed multiplicatio ſuperfluitatis in eis adunatio eſt egritudinis in eis cum fuerit retenta. Et dimĩutio mẽſtruoꝝ cauſat' aliqñ ab exitu ſanguinis ab alio mẽbro, & ſi eẽt ſpma adunatũ in mulieribus eẽt ſpma generans tale quale ipm ſperma qđ eẽt in illo uirtus generãs, & digeſtio uidet' non indigere menſtruo, quonia cauſa ſpermatis eſt contraria eſſe menſtrui: qm̃ menſtruũ generatur quando digeſtio abſcinditur a complemento, & ſperma generans generatur p complementum digeſtionis, & ideo mares quorum complexio aſſimilatur complexioni fœminarũ erũt pingues: & illorum ſperma non erit generatiuum, & tunc manifeſtum eſt quod a muliere non deſcendit ſperma ſecundum ſimilitudinem ſpermatis uiri generantis, & tunc tu cuſtodias: quoniam non dico quod non emittat ſperma aliquomodo ſicut putat homo mali itellectus: & quando fuerit ſic non erit creatura generata per adunationem duorum ſpermatum, ſed quod una illorum ſit unum, & ideo contingit quod mulier poteſt imprægnare ſine emiſſione ſpermatis, & fortaſſe ambo deſcendunt ſimul: & mulieres dicunt hoc. Et fortaſſe licet mulier nõ percipiat emiſſionem a ſe in uno tempore coitus: ſed tamen in alio tempore exiuit uel ante coitum uel per expulſionem naturæ: & intrauit matricem, & cuſtodiebatur a matrice quouſq; potuit ponere ipſum iuuamentum, & hoc cum poſt aduenerit ſperma maris directe ad ipſum ſine aliqua attractione, ſed per uelocem impulſionẽ, deide attractio matricis cum deceſſu ſpermatis mulierum. Et iam certificati ſumus in

hoc per inſpectiones: & inquiſitiões, & tunc hoc indicium in ſpermatibus eſt indiciū in ouis uenti quando gallus eiicit ſuum ſperma, & eſt inuentum ouum citrinum ſine albumine: tunc fient illa oua generantia. Dixit enim ſperma mulieris non exit extra, tunc quod exit ab illa cum delectatione, & appetitu in occurſu ſpermatis uiri non erit ſperma: ſed quædam humiditas, & hoc eſt uerū, & illa humiditas uenit a glandulis ſicut prædiximus: & eſt multa in albedinis, & pauca in fuſcis: & non eſt opus quod putes quod delectatio in luxuria totaliter eſt in ſpermate, & a ſuo deſcenſu, ſed eſt per motum ſpūs: & ſpma exit in deſcenſu ſpermatis mulieris, & maris. Et ſperma mulieris eſt ſecundum uiam ſpermatis illorum puerorum qui emittunt ſperma antequam compleatur tempus ſpermatis in eis, neq; feſtinant feſtinatione recta: quia illud non erit digeſtum, licet illud ſpermatis quod eſt in mulieribus poteſt præſtare materiam creaturæ, quoniam eſt propinquus ad maturādum, quam etiam menſtruus ſanguis: quoniam menſtruum ſanguis oportet quod operetur aliquid in ipſum antequam compleatur ad hoc quod poſſit eſſe cibus. Et aſſimilatur ſemen in mulieribus ſeminibus in arboribus quæ arbores indigent ſtudio alicuius iuuamenti: ut faciant bonum ſemen. deinde dicit cauſam quæ indiget ſpeculatione, & dicit, & propter hanc cauſam quando imiſcebitur ſemen quod eſt cibus mundus cum iſto ſanguine qui non eſt mundus erit generatio a ſemine: & cibus a ſanguine menſtruo: & opus eſt quod ſcias quid intendit per nomen ſeminis, ſemen in membribus. Et hoc eſt quod poſuit ſanguinem cibum creaturæ, & cibus erit propter neceſſitatem eius quod debet cibari ab illo, & tunc opus eſt quod cibatum ſit a ſemine, & erit ſemen fœminæ ſemen. Et ſperma uiri non habet in ſe uirtutem a qua ſit paſſiuum neq; eſt principium crementi, ſed eſt res quæ eſt immixta operationi, & cauſam ex hoc ramificantur errores illorum qui putāt quod in muliere non ſit ſperma. Et ſperma ita proportionabitur ad creaturam ſicut cibus quæ mutatur ſe propinqua ad complexionem quod non indigetur aliquo modo alterare illud: ſed ſtatim dare ei figuram, & illud quod nominabimus mundum. Sed ſanguis menſtruus erit cibus non mundus: ſed indiq; aſtratione quouſq; aſſimiletur cibo mundo, deinde exit poſitus prope ſubiectum creaturæ: & dicet̄ materia cibi mundi qui eſt in ſanguine, & panis eſt cibus remotus, & ſanguis eſt cibus propinquus, & tunc homo erit contra illud quod. ſ. generatio filii eſt a ſpermate mulieris immediate: & ſanguine menſtruo mediate, & erit cibus. Et deinde dixit quod ſignū ſuper hoc quod in muliere non exit ſperma, quoniam illud non putat̄ quod ſit ſperma mulieris non currit a muliere ſecūdum uiam luxurie, neq; ſecūdum uiam deſcenſus ſpermatis: ſed quando grauat naturam, & offendit ipſum ſicut etiam quando facit grauitatem in maribus. & in mulieribus diminuitur ſperma propter multitudinem ſui ſeminis: & ſignū in mulieribus quod ſuum ſemen eſt de genere ſui ſanguinis mēſtrui, quoniam ambo generant̄, aut erunt in uno. Et quando in maribus generat̄ ſperma tandem ſit inde opator. Et tūc eſt manifeſtum quod ſperma mulieris ſit bonum ad materiam, & ad principiū motus, & fructū in uiris operans, qm̄ dubiū nō eſt quin ſperma mulieris ſit de genere ſanguinis mēſtrui, & ſanguis mēſtruus bonificat̄: ut ſit paſſiuū motus, & propter hoc oua uenti: & oua piſciū cū tangunt̄ a ſpermate complent̄ marium.

Incipit liber. xvi. De differentia in qualitate gn̄ationis aīalium a ſpermate: & quō recipiat matrix guttam deſcendentem, & uirtutes animales.

ET animal completū eſt quod cōplet̄ in caliditate, & humiditate: & eſt cuius corpus generatum eſt complete in qualitate, licet non compleat̄ in magnitudine: quoniam ipm̄ non habet ſufficiens ad hoc ad illud: & talis eſt animal ſanguineū ex ſanguine completo: & tūc non diminuit̄ ab uno duorum dicit̄ eſſe cauſa rei: & una eſt, quoniam eſt ſuus fetus exire completus ab utero: ſed complet̄ extra ſicut in uolatilibus. q. ſua materia eſſet non recipiens formam, immo illa materia anteq̄ firmet̄ complete grauant uentrem, & propter hoc facta ē illi membrana ſpiſſa quæ obſeruet illam materiam ab occaſionibus quouſq; generet̄ extra: & iſtd̄, & eſt in animalibus ſanguineis: ſed quod non habet ſanguinē generat oua non completa. Sed oua quæ complent̄ extra, & generant guſanes albos, & oua quæ non faciunt pullos niſi interius quemadmodum oua ſua ſunt mollia: & ſi exirent eſſent expoſita occaſionibus cum hoc etiam quod terreſtritas eſt contraria complexioni ſanguineæ. Et quando fuerit animal multum humid̄: & modicioris terreſtritatis, & cum hoc toto maioris caloris ouabūt, & pulificabunt interius, & ſi cū fuerit maioris terreſtritatis, & minoris humiditatis: & maioris caliditatis ſicut uipera, tūc ſuum ſperma exit ſiccum, & ſiccitate, & non diuiditur niſi in principio: & eſt in calore qui non accidit ultimo ſicut in aliis ouis. Sed factum multum, & ſiccum pigritatur ad complendum oua. Et dico quod hoc animal, quoniam ablata fuerunt membra ad cubandum habilia, & ſua oua fuerunt in timore occaſionum extrinſecarum multiplicantur oua in eis, & generabantur multitudine illorum. Et nunc

loquamur in ſpermate utrum in illo ſit uirtus animalis, & quoniam ſperma mouetᷣ ad generandū creaturam non per cām extrinſecam: ſed ſua natura propria quæ eſt calida nutu dei: & tunc in illis eſt principium uirtutis nutritiue, & generatio membrorum ab illo non eſt ſimul: qm̄ probatio ſignificat quod cor generatᷣ omnimodo, & non eſt remotū quin illud quod nō habeat cor habeat aliquid loco illius: & cor eſt ultimū in emiſſione uitæ: & quoniam creabatᷣ pulmo propter inſpirationem, & nō eſt quod dicunt de latentia creaturæ: & de manifeſtatione cordis, quoniam ipm̄ uidetur magis latens res parua: qm̄ pulmo eſt maior corde: & non apparet ſimul cum corde, ſed generatᷣ poſt. Et ſi latentia eſſet propter modicitatem eſſet, tūc cor magis latens quam pulmo, & pulmo magis manifeſtus: & propter hoc exceſſus ſeminis patris ſupra ſemen matris ſecūdū modum generationis: & operationis naturalis quæ magis ſunt ſecūdum modum obuiationis motoris, & moti, ſed operatio ſanguinis a quo generatur ſperma eſt epar: aut cor. Sed complentia ſperma in generatiōe ſua ſunt uaſa ſpermatis: deinde ſperma mouet aliam rem in gutta mulieris, ut mouet primo, ut generet principiū membrorum: & a membro primo uadit uirtus quæ eſt principiū generationis aliorum membrorum ordinarie: & tūc erit illa extremitas cōcaua: qm̄ uirtus maſculina profundatᷣ in illa: quoniā ſpūs uidetᷣ quod fuerit generatus a ſpermate maris: & corpus a gutta fœmine. Et poſt quam illud coagulatum fuerit aīatum mouebitur aīa in illo ad complendum mēbra, & erit iſta aīa tūc cibalis: & non habebit alium effectum niſi iſtum: licet habeat uirtutem ad aliqd. Et erit in ſpermate albedo propter multitudinē ſpūs generati: & exiſtēs in illo, & propter hoc efficitur maxime ſubtile: & amittens albedinem cum exigit: qm̄ ſpiſſitudo ei fit ab aere: & tunc cum diuiditur a ſuo loco auferᷣ ab eo ſua albedo, & fiet ſicut aqua ſicut ſcitur ex alio loco: & mentitur ille qui putat quod ſemen elefantis ſit nigrum, & illud eſt in comparatione fœminæ, & magis mentitur qui putat quod ſperma ethiopum ſit nigrū uniuerſaliter quod ſperma hēat ſubſtantiā. q. butiroſam, & iō uocatᷣ uenus butiroſa, qm̄ ponebatᷣ principium appetitus, & principium generationis ſpermatis, & ideo nō congelatur per frigus cum fuerit ſperma. Et gutta cum quieuerit in ipam appetitus ad recipiendum operationes quæ ſunt determinate aīe ſenſibili dabitᷣ ei uirtus ſenſitiua: & qm̄ eſt uirtus ſenſitiua in illis quæ participant rōni: & uirtus rōnatiua ſunt cū ſubiecto: complet ſimul membra ptium ad ſenſum, & rōnem: qm̄ fundantur in uno membro, & nō ſunt membra nutritiua, & adhuc qm̄ membra aīaliū non cōmunicant in ſenſu: ſed cōicant in rōne cibi: & tunc non ē notū qn ſit illa gutta huius: & tunc illa uirtus nutritiua acquiſita a patre. & aliqua uirtus uenit poſt, & tunc ſcitur quod ſit illa uirtus quæ uenit a patre ſit ueteraſcens quouſq; mutetᷣ complexio mutatione aliqua, & cum illa complexione quæ iam datur ex nouo poſt ueteraſcentē continuatᷣ uirtus nutritiua quæ eſt propria ei: ita quod iſtud quod acquirit a patre non poteſt ſufficere illi in tegimento ad ultimū, & remanet ex eo quod acquiſiuit a patre: & non poteſt ſufficere niſi ſuccurratᷣ a uirtute forti, ita qdᷣ illud quod accipit a patre mutabatur: & non eſt de ſpecie nutrimenti quæ prius fuit in patre: neq; quæ debet eſſe in filio: & licet mutetᷣ illa uirtus non fuit mutatio tanta quod prohibet opationem quæ eſt ſimilis opationi a qua operatione mutabatᷣ illa uirtus prius: & quando cor & cerebrum inuenitur coniungitur cum eis aīa rationalis. Et ſuperat ex ipſo aīa ſenſibilis naturalis: aut interdum erit materialis, & interdū nō materialis. Verūtñ nōdum erit adhuc diſcreta: imo erit ſicut in ebro & epilentico, ſed completᷣ ab extrinſeco intellectu cōferente. Cætera aūt uirtutes complentᷣ corpora renibus corporalibus, & ſi prius eēt ſenſibilis: deīde fieret rōnalitate hoc pmutaretᷣ ſe de complemento de ſpē ad ſpēm. Et res quæ parata eſt in corpe ad recipiendū dependentiā aīe nō eſt de genere caloris elemētalis ignei, niſi a calore quē opantur corpa ſupceleſtia. Et leuatᷣ cōplexio in re cōplexionatis: & ex humido, & ſicco: qm̄ hoc eſt proportiōale ſubſtātie cœli: qm̄ pcedit ab eo, & bñ dixit magiſter pmus hoc, & ſi uoluerit experiri calorē ignis: & calorē ſolis in oculis debiliū, & uidetᷣ quod ille calor ueniēs a ſuperceleſtibus hēt effectū uirtute quod nō poſſet hēre calor ignis, & illa uirtus eſt quæ dat uitā, & eſt pportionale uirtuti ſupceleſtiū, & illa uirtus facit corpa ſilia ſcd̄m quod corpibus celeſtibus quouſq; ſit poſſibile illam recipe uitā: & eſt diſperſa uita per uniuerſam ſubſtātiā corpis: ſiue ſit humidū, ſiue ſit ſiccū, & cū hoc uiuū eſt corpus aīalis, & plātaꝝ. Et in ſpmate eſt ſubſtātia pma potēs recipe hanc uirtutē, & eſt ſpūs primus deferēs hunc calorē, & ipſe eſt cā oīum ptium ſpmatis qñ facit ſpma poſt dequoqt ipm̄: & adaptat opationi, & eſt iſta uirtus abſtructa a corpe: licet ſcd̄m totū nō recedat ab ipo, qm̄ ſi ſcd̄m oēꝫ receſſum recederet in īfinitū diſtraheretᷣ: & iſta eſt corpus diuinū, & ſua pportio ad ſpma eſt quæ in elēīs ad alias uirtutes aīe: & tūc minus eſt maior uirtus reſpectu quæ nō ſunt corpa, & ſpiritus ille ē melior oī ſubſtātia corpali, & iſta ſubſtātia nō recedit a ſpmate qdiu durat ſpma ī matrice ſanū, licet iſte ſpūs īmutat ſpma nō in ſua ſubſtātia: & ſubtiliat ipm̄ uſq; alteretᷣ in ſpū, & impletᷣ cooptura gutte uentoſitate ſpūali nō ueto/

ſitate inflatã ſicut dixit medicus,& erit iſte uentus ſpũs qui trãſit:& facit mẽbra cũ uirtutibus quæ ſunt in eis,& cõplet ea ſicut coagulũ factũ in lacte,& opat̃ in ptibus quæ ſunt in illis,&pfundat̃ in ptibus lactis nõ exiens pars caſei:& caſeus fit per illud:& ſi iſtud ſpma nõ eſt pars mẽbroꝝ:ſed eſt pncipiũ ſpũs trãſeũtis ad mẽbra:& opatur illa,& nõ putes quod dicit quod ſpma diſſoluit̃:& pit,& mutat̃ ad nihilũ,imo rõ eius eſt qđ ecõuerſo inuit̃.Et dixit:qñ cũ ſpma ceciderit in matricẽ:tũc dirigit guttã fœmĩæ,& mouet eã,& mouet̃ ipm cũ ea,qñ mouet̃:quia mouet,& imiſcet̃ ſcd̃m cõcetuꝫ,& hoc ſignificat per id quod exponimus de eius ſnĩa.Corpus ergo eſt ex fœmina,& ſpũs aĩalis ex maſculo:& natus ex mare:& fœmina in calore:& aliis,pprietatibus diuerſis poſtq̃ tps fuerit ,plongatũ declinabit genitura ad ſimilitudinẽ fœminæ:tandẽ ita quod materia uincet formã ſicuti ſemina qñ ſeminãt̃ multotiẽs declinant ad naturã terre ſicut ſemẽ quorundã cauliũ ,plixorum multũ:& illa ſemina in primo anno apud coracenos faciũt ſimiles caules altos.Sed in alio anno faciunt caules ad ſilĩtudinẽ cauliũ illius terre.Et ſimiliter genus melonũ quod qñ trãſplatat̃ efficit̃ ſimile melonibus terre.Et ſemẽ maſculi aliqñ niſi opatur totũ niſi pars illius,& aliqñ tantũ pars illiꝰ uadit ad matricẽ,& illa pars parua opat̃ cũ uirtute,& qualitate ſua.Et ſi forte pars illa fuerit multũ nõ opabitur multũ ,ppter ſui puitatẽ:& dixit,qñ quod nõ hẽt matricẽ,ſed ipræg natur ſub diafragmate nõ eſt ſua receptione ſpmatis cũ attractione,ſed a maris ,piectione:& matrix,ſed hẽat multã uirtutẽ attractã:tamẽ calor multũ iuuat eã naturã in hoc.Et ſcias quod ſpma ,licet in eo ſit uirtus motiua nõ tamẽ operari põt ſine extrinſeco ſicut ſemẽ arboꝝ,& hoc iuuans eſt duplex materia cõueniẽs,& circunſtãs.conueniẽs ſicut ſemẽ undiqꝫ materia conuenienti a terra,& aere conuenienti. Et ſcias,quoniam oĩs res quæ fit hẽt nutrimentum primũ:& nutrimentũ ſecundum,& nutrimẽtuꝫ primum eſt inuentum in ſenibus naſcentibus in eis adiungit̃ uirtus maris,& uirtus fœminæ:& tũc qñ mouetur uirtus generatiua in illo dat nutrimẽtuꝫ a ſe,& poteſt hoc ſciri a fabis,& a cœpis. Sed aliter inuenitur hoc primo in gutta matricis,quia cõuertitur ad materiã ſanguis primi ,& illud eſt propter hoc opus uirtutis ſite in ſpermate maris. Et ſanguis pus eſt ſanguis, a quo fit cor:aut diu ſit in corpore:& poſt hoc eſt opus adiutorium extrinſeco,& creaturæ prime ſuum nutrimentum eſt propinquum,& poſt hoc nutrit ſe a corporibus extrinſecis,& non eſt remotum,quoniam una ſpecies piſcium habeat illas uirtutes ſibi coniunctas,ſicut in una ſpecie piſcium quæ dicitur canomones,& non inuenitur in eis maſculus.Et in fœminis quibuſdam inuenitur uirtus maſculoruꝫ,& eſt in ouantibus,& fit ex illo creatura,& nutrimentum quod eſt uitellum,ſed principium generationis in ouis non niſi ad retificandum materiam quouſqꝫ habeat formam quæ compleat iſtam in abſentia materie,& nonfinitur hoc operatio ſcilicet in præparatiõe materie,immo etiam in humectatione materie,& datione forme perfectius:& iſtud eſt de intentione uirtutis nutritiue.& uirtutis informatiue,& tunc ſi contingit quod uirtus operatiua eſt intra ouum primo illa operabit̃ poſt quam completa fuerit uirtus generatiua gutte ſi non damnificetur materia,& nos nõ uetamus qn in mulieribus hominum,& brutorum ſit uirtus quæ complet ſperma inquantum eſt materia, ſed complet præparationem materie inquantum eiicit ſperma:& non eſt opus complemento ſecundo matrice:ſed erit illud quod eiicitur ab illa de ſpermate ſtatim cum inuenitur illius modi quod ſtatim poſſit operari in illa materia operator ſi obuiaret illi.Sed gutta auium complet ſe cum complemẽto ſubſtantiali in matrice in tempore:& cognoſcit̃ in illo,& res quã narrauimus:& poſt hoc mouetur uirtus maſculina,& ad formãdum ſpeciale: & ad mutandum materiam oualem ſi eſſet uirtus operatiua in illis inuenta,& eſt iſta uirtus quæ acquiritur ex ouis , & quando mouet̃ iſtud generatur ſperma ſuper uentrem matricis,& indigeret cum hoc adiutorio extrinſeco.Et primum generatũ eſt cor,& poſt mẽbra uentris,& erit ſupius ponderoſum,& poſt inferiora ſunt ponderoſiora,& aĩalia quadrupedalia,& habentia multos digitos naſcunt̃ oculis clauſis.

Capitulum,De differentia in membris conſimilibus in parte ſubiecta in cauſis ſubtilitatis,& in maſculinitate,& fœminitate.

ET primum membrũ generatur in creatura eſt caro. Et adeps coagulatur per frigus,& tũc diſſoluitur per calorem.Sed uene & ungues ſunt materie terrenales,& in eis eſt hũiditas aliquantulum unctuoſa:& non liqueſcunt:ſed molleſcunt,deinde.q.rimant̃:quoniã humiditas diſſoluit̃ ab eis,& nõ eſt mollificatio in qđ liqueſcit ab illis.Et cutis cũ ſit caro magis ſicca ſilr̃,& membra multa primo creantur magna,& poſteaparueſcũt ſicut oculi,qñ pmo ſunt magis multũ in creatura,& cã in hoc eſt:qa neceſſariuꝫ eſt huic mẽbro qđ ſit hũidũ aquoſum,& opꝫ qđ opetur in illud calor multũ quouſqꝫ retificet cõplexionem ipſius:& opꝫ qđ illud os quod eſt ſuperius ĩ teſta capitis ſit leue multũ in pueritia,quoniã ſuũ cerebrũ pticipat multã ſupfluitatẽ,& tunc opꝫ quod illud os qđ eſt ſupra ſit rarũ,qñ eleuantur uapores in altum : & opꝫ,ut iſtud

os mollificet. Sed dentes iam diximus in eis añ. Et creabantur dentes inter oĩa alia oſſa creſcentia cremento latenti, ut ſit illud crementũ in eis ꝓpter conſumptionẽ ſuã cõtinuã, & umblicus in qbuſ dam aĩalibus cõphendit duas uenas: & in quibuſdã unã uenam, & hoc ſcd'm magnitudinem cor poris: & multa aĩalia luxuriant inter ſe quãdo maſ. & fœmina fuerunt unius ſpẽi: aut diuerſaꝝ ſibi ꝓpinquarũ poſtq̃ fuerit nigra: & tempus ĩpręgnationis in eis eandẽ uel ꝓpinqua ſibi, ut canes, & lupi eque: & aſini: & ſterilitas erit ꝓpter duo ſpermata, & iam erit ẽt ꝓpter matricem in mulieribus, quoniã mulier quando maſculinitas, & ſua matrix nõ eſt conueniens ad recipendũ, & ẽt ꝓpter hoc quod uirga uirilis nõ emittit ſperma recte: aut quia inſtr̃m eſt certũ, & nõ põt complere eiectionem: aut eſt magnũ, & inuoluit in mẽbrana. Et qdam ſunt uiri effœmiati, & emittũt ſperma aquoſum, & ſi poneretur ſuum ſpma ſup aquam nataret, & nõ deſcẽderet ĩferius. Et quædam mulieres ſunt maſculinitate, & nõ curant luxuriare: & uľr cauſa ſterilitatis, aut eſt ex duabus ſpermatum cõplexionibus, aut eſt ꝓpter menſtrua, & illa quæ erit ex parte ſpermatũ erit abſoluta cum ſpma fuerit aquoſum multum, & magis ex p̃te inferioris. Et hoc cum ſperma mulieris obuiat ſpermati maris, & nõ reciperet opationem ab illo, ſed corrumpet ab illo, quoniam recedet ab æqualitate: & adhuc ſperma uiri ſimiliter, & hoc eſt, quoniam: aut erit nimis abundans in qualitate: aut minuetur in æqualitate, & fortaſſe complexio matricis eſt mala, aut erit eius orificiũ opilatum, aut forte iſtrumenta ſpermatis erunt leſa, aut uia inſtrumentalis egritudinis. Et iam accipit ſignum quod ſperma ipſum: aut aliquod ipſius uenit a medulla per illud quod accidit oculis in coitu, quoniam illi profundantur, & ſentitur euacuari cerebrum, & tũc quando euacuatur ab aliquo membro aliquod apparet ſignum neceſſariũ in eo a quo capitur adhuc etiam aliquod in corde, & ſignum ſuper hoc eſt quia in hora coitus feſtinat attractio anhelitus quaſi cor incenderet in alicuius expulſionem a ſe. Et Democritus dixit quod cauſa ſterilitatis in mulieribus eſt corpus in compoſitione matricũ, quoniam non generantur a ſuo genere: & ſi ita eſſet, tunc non generaret illud quod generatur ex lupo, & cane: & uulpe. Et dixit empedocles cauſa in illo eſt minima lenificatio duorum ſeparatim in eis & non retificatur ita, ut ex eis poſſent ſi membra radicalia: & accidit ex cõpoſitione illorum quod accidit ex cõpoſitione cupri: & plumbi, & erit quod generabitur ex eis morbiduꝫ multum: quoniã continuatio bona non reperitur in illis: & iſtud aſſimilatur ſpermati aſini: & equi, & cauſa in hoc eſt alia quod etiam nominabimus, licet non ſit res uniuerſalis, ſed ut in pluribus, quoniam quædaꝫ mule peperunt: ſed non uenit fetus ad complementum, & quidam muli generant: ſed debilem fetum multum. Sed homines qui ſunt curti, & parui multum: & ſicut porci qui ſunt infirmi. Et dixit quod maior cauſa, & hoc eſt quod equus pauci ſpermatis multũ, & pauce ſunt ſuperfluitatis ſanguinee, & quantitas ſpermatis in eis eſt multum calida, & propter hoc matrix non multũ eque appetit attrahere ſperma maris, & multotiens uomitant ſperma, & mingit ipſum, & ideo cuſtodes æquarum ſollicitantur ingeniũ ne eque ſperma receptum, ſed ſtudet qũo faciant retinere cum ſuis artibus in hoc. Sed aſine ſunt maioris ſeminis, & ſuperfluitatis quam maiores, & illud eſt multum frigidum, & propter hoc non ſtimulantur ad coitum niſi tempore caloris, & nõ generant in regionibus frigidis: & ſua imprægnatio indiget altero duorum, ſiue aſſimilatione ſpeciei: ſiue ab æquatione, & retificatione ſui ſpermatis: & tunc imprægnantur aſine ab aſinis propter aſſimilationem compræhenſionis ſpermatis: & equa ab equo propter aſſimilationem in ſpecie: & eſt quæ ab aſinis propter hoc quod ſperma utriuſq; adequatur per ſperma alterius, & ſperma aſini: & equi proiciunt in bonificatione generationis, & quod generatur ab eis erit magni corporis, quoniam cõcurſus materie eſt ibi bone ex ſpermate aſine: & uirtus paſſiua bona: & operans bonũ ex parte equi, & ideo muli non complent bene generationem. Deinde ſpecies mulorum non eſt naturalis, quoniam ſi eſſet naturalis cuſtodiretur a natura naturalis illud quod exit ab eis ſecundum coitum neque proportio guttarum exeuntium ab eis eſt proportio ſecundum retificationem: ſed in ſuis naturis inuolutio quædam erit innaturalis, quoniam complexio erit in coniunctione ſpermatũ, & in creatione declinat ad æqualitatem, & hoc deinde poſtquam ſicut multotiens diximus declinat ad matricem, & tunc due gutte non erant unius ponderis ſicut prius fuerũt in æqualitate, quoniam ſi adequaretur ab æquatione bona generaretur ex eis mulus: ſed eſt una duarũ guttarum, & eſt quæ ſeq̃t matricem magis uincens, quoniam materia magis aſſimilatur matri ſicut prædiximus: & tũc erit proportio quæ erit ſtabilis, ut ſi ex toto operatio ſalua poſtq̃ fuerit complexio ſecunduꝫ modũ quẽ nominauimus. Et exponemus modo quod diximus, & eſt, quoniaꝫ eſt ſimile ſpermati aſini: quoniam ſi eſſet reciperet ab illa per aſſimilationem: neque eſt ſecundum complexionem agentem uel patientem in comparatione ad equam. Sed alia animalia luxuriant, & ſue complexiones ſunt pro/

pinque inter ſpermata ſua non eſt diſtinctio quæ eſt ſpermatis aſini & muli: & tunc non exibit ſu-um ſperma ſecundum normam primam: quoniam illud accidit inter duas res contrarias in ſuo pō dere, & compoſitione: ſed eorum ſpermata quæ ſunt propinqua ſunt quando componitur medi-um eſt ex eis quod propinquum extremitatibus. Et propter hoc equa quæ imprægnatur ab equo ſi poſt coit cum aſino corrumperetur quod eſt in eius utero propter frigus: & ſi coit cū equo non corrūperet᷑, qm̄ addit᷑ in calore, & calor magis ſaluat cū prohicit ſup aliquem tenellū q̄ frigus. Et tunc declinatio ad frigus eſt peior quam declinatio ad calorem, & illud eſt quod diximus: & eſt coniecturalis, & fortaſſe erit alia cā ualde occulta.

Incipit liber. xvii. Et iſtius eſt una differētia: & eſt in cauſis curātiū etiaꝫ in multitudine & paucitate eoꝝ: & modoꝝ generantiū in eis.

ET animalia quædam faciunt multa oua: & quædam pauca. Et multitudine ouorū ſeruientem extima: ut ſit aīal ſollicitum ad generationem filiorum multorum: & aues habentes ungues uncos: & quæ uolant multū, opus eſt, ut habeāt motū fortē, & etiam eiicieēt bene ſupfluitataes ſuas: & ibunt illę ſupfluitates in pēnas: & plumas & diſſolutiones: & in cibum ſuoꝝ cruriū fortiū, & tunc ſequitur ex hoc quod radix ſuę creatiōis ſit ſicca, & ſuperfluitas quæ adunabit᷑ in illis diſſoluet᷑, & ſpargetur in membris motiuis: & ita diminuetur ſuperfluitas in illis: & tunc diminuet᷑ ſuum ſemen. Et tūc diminuētur ſua oua: & adhuc ſunt guloſa, & ſuus cibus eſt in uenatione: & illa uenatio eſt per induſtriam, & uenatio non eſt per latorem, & oportet, ut regant filios ex uenatione ſua: & tunc magis dignum eſt ſecundum hoc, ut eſſent pauci filii in eis, & propter hoc uenatrices ſunt paucorum ouorum. Sed aues quæ ſunt grauis uolatus ſunt multorum ouorum ſicut galline: quoniam ſunt de numero animalium quæ a principio ſuę creationis ſunt tenella: & tunc toto hoc no. undique regere ſuos pullos ſicut uenatrices aues: & quæ uenantur a uolatu, quoniam ſui pulli indigent nutrimento quampulcherrimum quod facit calor in prima creatione, ſed pulli perdicum: & gallinarum ſtatim colligunt genera exierūt de teſta, & pp hoc fuerunt de numero auiū plus abundantium in ouis & iam magnificabatur ſapientia in creatione pullorum procreantium ſuper terram, & raſpantiū, ut quærant cibum ſuum, quoniam quæ non quærunt cibum ſuū uolatu, ſed ambulatione ſicut galline non uolant niſi fugiant, & remutentur de loco ad locum ſibi magis idoneum: ſiue conamine uolatus, & ita etiam quod ſui patres non laborant pro uita illorum quæ indigent uolatu ad acquiſitionem cibi indigent prouidētia a remotis: & tunc erit eis opus, ut acquirant quod eis eſt neceſſarium: & filiis: & fœminæ, & opus eſt eis uolatu ueloci, & cum tali cauſa inuenimus lupos facientes filios cito mouentes. Et alii ſunt modi mediales inter iſta duo. Et palumbarum duarum ueniunt ſucceſſiue, & non ſimul, & quo eſt paruus corpore eſt plurimum ouorum ſicut quædm pars gallinarum quæ ſunt & quæ ſunt magis graciles habent pauca oua, quoniam ſua complexio eſt magis ſicca. Et quædam aues quæ uenantur, & eſt una pars quæ dicitur doariem: & facit oua multa, quoniam eſt naturæ humidæ: & pinguæ: & multum potat. Et aues quæ non habent ungues curuos illarum eſt una ſpecies: quæ dicitur cochꝫ. & habet pauca oua: & facit ſibi nidum, & ouat in alieno nido ſicut dicitur, & hoc eſt propter frigiditatem complexionis, & ſiccitatem. Et ſpecies illarum quæ multum ouant: ſiue etiam omnis illa quæ multum ouant parum uiuit. Et ſimiliter arbores quæ multum faciunt fructum: aut multum ſemen parum durant. Et galline ouantes bis in die parum uiuunt. Et ſimiliter lea plus quam poterit primo. v. filios in omni anno ei diminuitur unus, quia deſiccatur ſua complexio propter ætatem. Sed oua uenti non ſunt niſi in auibus facientibus multa oua propter multam materiam, & multam ſuperfluitatem in eis: & quando etiam iſte olent maſculum, aut audiunt ipſum appetunt luxuriari ſicut etiam iuuenibus hominibus accidit qui poſſunt ſpermatizare propter ſolum tactum, uel uiſum pulcre mulieris, & aues facientes oua uenti habent multam materiam, & ideo opus eſt, ut poſſit maſcu. in ea luxuriare multotiens poſtquam fuerint impræ gnate, & ſi non luxuriauerit maſcu. multotiens ſuper illam poſtquam fuerit impræ gnata reuertentur illa oua in utero ad ſuam materiam, & erunt oua uenti. Licet in principio, & in ſui radice fuerint a maſculo. Et piſces qui habent multa oua non poteſt natura complere iſta intus, ſed dedit eis uirtutem cum qua poſſunt exire extra: & caput acutum oui pendet a matrice, & eſt loco capitis in aīali. Et dixit Ariſtotelis quo-

nia; ab illa parte incipit motus, & propter hoc illa pars eſt fortior ut melius cuſtodiatur: & exit poſtremo: quoniam coniungitur cum matrice. Et oua diuerſantur in creatura, quoniam oua exeunt ſuper ſuos pedes: & poſuerunt principium motus in acuto: quoniam principium motus debet eſſe propinquum partibus principalibus, & ideo factum fuerit acutum ibi: ut melius ponderetur a matrice. Et habet unum membrum quod aſſimilatur umblico: & illud dat nutrimentum ouo & recedit ab illo cum ouum fuerit completum: etiam eſt una pars albuminis oui. Et albumẽ oui aquoſum multum, & eſt in eo multum de aere: & operabatur in eo calor & diſtinxit illum a uitello: quoniam uitellum oui eſt terreſtre & ſiccum. Et calor uitelli eſt ſicut calor corporum terreſtrium: & calor albuminis eſt calor corporum aereorum aliquantulum aquoſorum: & ideo albumen eſt magis conueniens ut ſint ex eo corporis radicalia: & quod uitellum ſit quaſi nutrimentum: quoniam eſt quaſi ſanguis qui mutabatur ad ſubſtantiam ſpermatis mutatione non completa. Et ſignum ſuper hoc eſt, quoniam uitellum eſt prius: ut calor agens in ipſum ſublimat quod eſt. in ipſo in circuitu, & facit albumen, & ſtat uitellum in medio: ſicut ſtat terra in medio aquæ & aeris, ita etiam quod ſi immiſceretur uitellum cum albumine multum: & poneretur in ueſica & decoqueretur uerteretur uitellum ad medium: & hoc eſt quod dixit Ariſto. in probatione ſignificante quod uitellu; ſit leuius nutrimentum quando natat ſuper albumen, & ideo calidius in complexione: & tunc forte uidetur quod uitellum ſit nutrimẽtum in epate: & paratur ad attractionem: & ut uitellum ſit in albumine principium ad temperandum principium motus: & tunc quando attrahitur inter albumẽ pars uitelli: ſicut pullus ex parte uitelli: quod eſt in albuminis ſubſtantia: & ideo inuenitur creatura inter albumen & uitellum. Et dixit Ariſto. quoniam oua illorum quæ habent quattuor pedes non indigent cubatione: immo ſufficit eis calor aeris: ſed auium indiget etiam alio colore. Et omnes piſces ouant oua quaſi citrina: & ſimiliter omnia quæ aſſimilãtur piſcibus præter duos modos quæ non cognoſcuntur quando luxuriant. Et piſces ouant oua citrina, quoniam ſunt oua nõ completa: & non complentur niſi extra: & maſculus rigat ea quadam humiditate: & cum illa cõpletur generatio in eis, & omnes piſces habent oua multa: præter quoddam genus quod dicitur rana quæ ouat unum ouum: & quod generatur per ouum in uentrem eius ouum non habet teſtã duram quod illud ouum eſt quaſi matrix, & quod oua ipſa piſcium non habent teſtam non inuenitur in eis membrum loco umblici, & in hoc diuerſantur oua auium & guſanes. Et guſanes quæ faciunt oua generant per ſe ſecundum modum generationis quem prædiximus quouſq; fiant dura: & impleantur de guſanes. Et quædam guſanes uiuunt de oleribus: & quando implentur abſonent: & poſt excoriabitur ſua cutis: & exibunt apiculę: aut alia animalia quæ habent alas: & oua illaru; quæ faciunt pullos intrabant principium motus in parte groſſiori, ut ſua mutatio in pullum ſit facilior: & non indigeat reuerſione cum debet exire: ſed in ouantibus & facientibus pullum in uentre fuit melius, ut haberent acutum iuxta matricem & nullum malum ex hoc. Et qui putauit quod piſces & corui luxuriant per os: & quod fœminæ piſcium tranſglutiunt oua neſciunt quod res tranſglutita corrumpitur in ſtomaco. Et decipiebatur per oſcula coruorum: quoniam putauerunt quod eſſet coitus, & iam uidi duos coruos quæ erant palam & exercebant coitum recte. Et dicit Ariſto. quod illud fuit ſimile illi quæ putabatur quod ad has eſſet ſimilis maſculus & fœmina, quoniam inueniebatur ſub cauda fiſſura quaſi eſſet uulua. Et dico ego quoniam ſecundum annos augmentantur illę fiſſuræ: ita quod homines putauerunt quod haberet octo uuluas. Et oua uenti cõplentur: quando maſculus multotiens coit: & fit in eis pullus qui ſecundum modum quem creſcunt arbores creſcit: non ſecundum quaſi animalia creſcunt, & tunc completur: ſed non complemento animali. Et dixit Ariſto. quod adhuc neſcio utrum apes generentur per ſe uel per accidens: quoniam in eis adunatur maſculinitas: & fœminitas ad quod generentur per reges: aut per genus quod dicitur amkimem: & eſt unum genus extraneum in apibus, & iſtud eſt res quæ debet ſciri ab aliis: & eſt quaſi teſtimonium: quoniam illud genus ſemper ſtat quaſi ocioſum. Et maſculi in apibus quando creant ſuos filios & dant eis nutrimentum, quoniam principium maſculum in eis ſunt. Et zenehit ſcilicet ueſpæ coeunt, & debet ſciri quod animalia & uegetabilia ſunt ex materia terreſtra & materia aerea: & miſcetur cum eis calor: & tunc una pars illorum generatur immediate: quædam generantur per multas mutationes naturales medias, & luna multum imprimit in hoc: quoniam ſua generatio in rebus ponderoſis eſt fortis. Et anima largitur ouum: ſed defectus eſt propter ineptitudinem recipientis: & tunc illud præparatum recipit: & quod ſit per commixtionem elementorum aliquando ſit per mixtionis in mari, aliquando in terra. Sed oportet ut ſit in illa materia quæ ſit uentoſa, & ſpiritualis in qua funditur ani-

ma:& propter hoc nulla res cum generatur completur,ſed poſt completur paulatim. Et tunc quã do non fuerit ſua generatio in animali erit ſua prima generatio ſecundum modũ quo generatur: quoniam completur ex mixtione quæ primo miſcebatur:& inq̃ eſt:deinde recipit extra cibum qui retificat ipſum intus,& facit ipſum creſcere:& tunc principium ſuæ generationis erit ex parte capitis:& ſuum complementum in medio,& ex parte inferiori:quoniam caput eſt uia cibi,& inferiori ſunt in quibus quieſcit cibus. Et ſecundum hunc modum generantur omnes guſanes: aut ſecundũ modum,quo generatur fit ex ouis:& eſt ut ſit mixtio non ferens uitam,ſed dans principium: & ad aptabitur illud principium ad cibum:& tunc erit cibus ante uitã:& complebũtur membratim ex cibatione quouſq; habilitetur corpus ad recipiendum animam. Et.d.etiam ſi fuerit pater primus hominum & quadrupedalium generatus in terra:erit etiam ſicut diximus:ſed affirmationem huius determinabimus alibi.

Incipit liber decimus octauus, De modo generationis animalium differentia in maſculinitate & fœminitate: & aſſimilationis :& cauſarum diuerſitatum natiuitatum & crementi.

ET illud eſt:quoniam ſi pars dextra iuuat ſuper maſculinitate:& etiã calor matricis circa hoc non eſt res uniuerſalis:etenim ſecũdum hoc in eadem matrice eiuſdem complexionis non generatur ſimul maſculus & fœmina. Et cum dicimus quod ſperma frigidum facit fœminam,non eſt opus ut dicamus quod ſperma cum fuerit callidum nõ facit fœminam. Et reſpoñ. eorum qui dixerunt quod ſperma decurrens in dextrum uel ad dextrum facit marem eſt ratio propinqua,quoniam dextra eſt magis callida:ſed illi quærunt hoc conuincere per remotum. Sed cauſa propinqua eſt in hoc in paſſiuo creaturæ,in actiuo ſua operatio,& tunc quando illud quod generatur fuerit digeſtum callidum & generant ſecũdum complementum forte poterit eſſe ex hoc generatus maſcu.completus,& ſi non fuerit materia obediens:aut fuerit uirtus debilis quæ uenit ex parte ſpermatis maris non erit materia ſine operatione:ſed etiam mouebitur ſecũdum ſui habilitatem:& tunc faciet illam ſaluare ſpeciem inq̃tum recipit generationem & adaptabit ei inſtrumenta ad hoc,& tunc quando reuoluetur materia,& fuerit obediens uni iſtorũ duorum modorum:aut diuerſabitur intentio ſua:& generata fuerit creatura:tunc primum qđ apparebit eſt membrum primum:& eſt cor. Deinde ipſum ſequuntur alia membra : quoniam unum principium membrum ſignificat alia membra ſignificatiõe forti:ſecundum diuerſitatẽ in ſuis modis:& ſpeculeris hoc in numero impræſſionis teſticulorum quæ ſunt inferius corde in principalitate. Cor autem generatur per aliquam complexionem:& tunc ſi illa complexio fuerit debilis tarda frigida,aut uenit ſuper ipſam per renouationem in ſui deuoritate aliquam quod debilitent ipſum fiet tunc complexio fœminina:& ſi ſuperueniens ſecundum uiam renouatiõis fuerit confortans induceretur complexio maſculina. Et fortaſſe erit materia ex parte complexionis digeretur non recipiens complexionem maſculinam quæ eſt in corde cum qua aſſimilatur creatura in principium ſui motus:& erit ex parte complexionis humide & mollis recipiens liniamenta et extenſiones ſecundum quas aſſimilatur patri:& fortaſſe erit reuerſum:& fortaſſe inobediens ĩ ambobus:& tunc aſſimilabitur matri quando uicerit uirtus paſſiua, & ſecundum quod proceſſit in noſtro ſermone fiet maſculus per uirtutem ſpermatis maris:licet & nõ aſſimilet̃ patri:& hoc erit propter hoc qđ diximus. Et fœmina ut in pluribus eiicit de uirtute,& ſi non aſſimilatur matri propter hoc quod diximus:& ſicut procedit cauſa aſſimilationis in quolibet membro ſecundunm receſſus ab aſſimilatione eſt propter inobedientiam materie ad figuram quæ intendebatur,& dimiſſionem obedientie,aut fuit primo in corpore maris:& fuit tunc materia obediens motui alterius compoſitionis. Et ſignificat quod maſculinitas ſequitur calorem complexionis ſpermatis:quoniam puer non habẽs adhuc calorem repletum,& ſenex a quo diminuitur calor facit filias ut in pluribus, & medii inter iſtos faciunt maſculos ut in pluribus,& ſemen fœmininum eſt aquoſum ſubtile & maris ſpiſſũ forte & ſiccus caro & lapſa. Et ſcit quod luxuriat quando fuerit uentus meridionalis :& quando aliquod accidens inducit frigus matrici & memores ſuper hoc teſtimonium ſumptum a paſtoribus. Quãdo enim fuit aſpect⁹ ĩ luxuria uerſus polum ſeptentriõale: aut auſtralem fiet mutatio in modum maſculinitatis & fœminitatis, Et currit modo intentio noſtra ſuper hoc ut affirmemus quod fortis calor proficiat in maſculinitate ſi eſt opus ut ſit temperatus ad hoc ut generet : & magis ut faciat maſculum:& propter hoc contingit cum aliquis cũ aliqua muliere nõ facit prolẽ,ꝑpter ex/

ceſſum caloris in ſpermatẽ, & cum acceperit aliam uxorem adæquabitur fortẽ per ſperma mulie//
ris quod reducet ipſum ad temperãtiam & maſculinitatẽ cã uirtutis quo ad figãs in hoc aere & aq̃
& cibis:neq; debet aſcribi totaliter calori:aut frigori. Et dixerũt in cauſis aſſimilationis:aut pp iſtã
& tũc dixerunt, qm̃ ſi ſperma patris fuerit uincens aſſimilabit matri, & ſi ambo fuerint æqualiter
in poſſe:neq; aſſimilat patri:neq; matri, & iſtud corrumpit generationem maris cum ſimilitudine
ad fœmiam & generationẽ fœmiæ cum ſimilitudine ad marem:& corrũpit ſimilitudinem filii atiq̃
quorum ſecundum partem utrũlibet. Et ſcias quod aſſimilatio debet eſſe in generatione unde qd
ſit ſimile generanti, ſed aſſimilatio eſt cõmunis & propria, & cõmunis eſt ſcd'm ſpeciem:ut in par/
this:aut æthiopibus. Et propria eſt ſcd'm ordines:qm̃ filii habent proprietates a ſuis patribus, cum
ergo ſimilatio fuerit obediens ſcd'm oẽm partem erit operatũ ſimile patri:& ſi fuerit obediẽs mate
rie aſſimilabit matri, & ſi nõ fuerit ita aſſimilabit auo:ſcd'm alterationẽ terminoꝝ aliquẽ:& ſi non
fuerit ĩ ſæculo auus erit aſſimilatio ſcd'm hũiditatẽ aut nigredinẽ: & nõ cadit aſſimilatio in prope
tates indiuiduales, & ſi nõ recipiet humiditatẽ accipiet aĩalitatem:ſicut in rebus mõſtruoſis: ut qñ
filius hoĩs habuit caput arietis & agnus:hñs caput thauri: qm̃ uirtus in ipſo induxit in eo formã ſe/
cũdum figuras cæleſtes quæ accidũt & uincũt. Et illud eſt qm̃ ſi fuerit qd nominauimus ſcd'm ueri/
tatẽ: & primus magiſter declarat ad frequẽtius & dignius in hoc eſt:ut ſit aſſimilatio in aliquo: ſed
determinate in figura:ſed additamẽta extremitatũ & ſuæ diminutionis:& figuratiões ſcd'm figu//
ras mõſtruoſas iam cognita ſunt ſcd'm inuẽtionem. Et Democritus putauit qd cauſa in hoc fuit ſuc
ceſſiuus coitus ſibi forte ꝓpinquus:ſed hoc nõ eſt ſemper, ſed põt hoc eſſe in uno coitu. Et uidetur
quod cauſa in hoc eſt, qm̃ motus in naturalis qui accidit ſpermati:aut multitudo materie accipiẽs
eſt uirtus operans a mẽbro quod ſufficit in quãtitate, & nõ ceſſabit adhuc uirtus operatiua opera/
ri in ſuperfluitate:& magis digeſtum in hoc eſt, ut ſit ſua cauſa ex parte materie: & bene ẽt colau//
dabile eſt in cauſa q̃ aſſignat Democritus eſſet uera natura in eis quæ luxuriant ſuperluxuriant:qñ
appropinquat unus coitus alii:& hoc eſt in ouãtibus plus, qm̃ ſperma plus diuiditur ſcd'm partes
in eis q̃ in aliis:& qm̃ ſucceſſus et ſuperueniẽs coitus in eis eſt magis apparens:et enim ouat gallina
unum ouum cũ duobus uitellis, & faciet unũ pullum cũ duobus capitibus in membris cõtinuis: &
cum q̃ttuor pedibus. Et fortaſſe faceret duos filios, quoniam fuerit oua diuidens inter illa duo, & iã
apparuit unum corpus cũ duobus capitibus ſecũdum iſtam cauſam. Et iſta accidũt in capris plus
q̃ in aliis animalibus, quoniã multum pariũt & in porcis:et accidũt multa monſtra in uegetabilibꝰ
et forte erit monſtrum cũ membrum nõ habeat locũ naturalem:ſicut contingit de capra quæ habe
bat cornu in pedibus:ſicut etiam fuit homo habẽs ſplen in dextra et epar in ſiniſtra. Et fortaſſe erit
monſtrum cum quis amiſerit aliquod membrum principale, ſed nunquã inuenitur animal ſine cor
de, inuenimus tamen ſine epate:et quod recedit multum a natura ſecundum hunc modum non du
rat in uita:et ſcias quod omne animal habens ungulam integram, eſt habens paucos filios. Et ha//
bens pedem non multũ fiſſum:& multos filios habens ſunt æquidiſtantes:et quod habet fiſſa; un
gulam:ut aries medio modo: et cauſa in generatione paucarum eſt magnitudo cordis generanti:
quoniam indiget multo cibo et ut digerat ipſum et operet cum illo:et modicum facient ſuper: &
ſine hoc. Et uideamus contrarium in elefante qui habet fiſſuram multam et eſt paucorum filiorũ
& qd ſup hoc ſig̃ eſt in arboribus:qm̃ quæ eſt maior eſt minoris fructus, et maior in piſcibus ẽ ma
ioris generationis. Et qui uoluerit percunctari quare canis et ſibi ſimile in multo fœtu non faciat
ex toto ſpermate unũ filiũ magnũ, ſicut cõtigit in coagulo et lacte, & quoniam coagulum coagulat
totum ſimul:et dixerunt quidam in hoc, quoniam hoc fuit propter plures cellulas in matrice, & ſi
hoc eſſet in una cellula nõ generarent duo, & credo quod iſtud non diſcit primam rationem. Sed
dicendum eſt melius quod generatio duorum in una cellula eſt res monſtruoſa quæ diuidit ſpma,
ſicut diuidit in matrice mulieris humore in multos filios paruos:et erit quantitas illorum ſicut q̃ti
tas illorum qui modicum poſſũt uiuere, ſed res huiuſmodi in omni nõ debet trahi in cõſequentia.
Sed dico quod poteſt eſſe una cauſarum qd uiuãt ſupra multitudinem filiorum, ſed cauſa quæ di/
cebatur in doctrina prima:fuit illa quod iſtud animal fuit proiciens ſperma plus q̃ ſufficiat uni ĩ di
midio:et eſt cauſa bona:& eſt radix:et tunc cum fuerit ita:tunc uirtus motiua eſt motiua materie:
& diuidit ipſam in eo quod undiq; uni cum indiuiduum cõcordent cum omnibus concordiis cũ q
bus diuidi poſſunt membra et cognoſci. Sed illud eſt in uno termino terminato, et nõ poteſt tran
ſire: ſed coagulo non habet opus niſi in retificatiõe, & hẽt retificationẽ aliq̃ in diuiſiõe. Et.n.ſi eẽt
in eo p̃dicta ꝓpetas abſcidere a lacte & figuraret ipſum figuris diuerſis, ſed uirtus coagulatiua eſt
diſtrictiua et informatiua:& inde cõtingit adhuc in matrice caſus mali, & ꝓprie pp alia mẽbra pp
q̃ſdã res inumerabiles:& ſunt q̃dã aĩalia q̃ cõcipiũt ſup cõceptionem: & non ſp concipient, ſicut

habentes ungulam integram. Et hoc tamen & equus faciunt ſuper cōceptiōe: ſed raro: ſed in pluribus abhoritur: & iſtud eſt propter fortitudinem complexionis in habentibus ungulam concauatam & in omnibus: & propter amplitudinem matricis: ſed quod uincit in hoc: quoniā eſt os matricis ſe conſtringens, & nihil recipit ante horam partus: & appetitus fœminarum in auibus eſt minor q̄ appetitus maſculinoꝝ, quoniam ſua matrix eſt ſub diafragmate: & fœminæ quæ appetūt mľtum de ſpecie cuiuſlibet animalis aborciunt: qm̄ pariunt rem magnam: quoniam ſuperfluitas tēdit nimium in diminutione: & multitudo non inferioribus pilorum ſecundum ſpeciem. Et indiuiduū ſignificat: quoniam iſtud eſt de multa ſuperfluitate: & quoniam uirtus informatiua & nutritiua eſt fortis, & fortaſſe erit aliquod membrum ocioſum in illis quæ habent multos quod iterum recuperant ſicut in filiis yrundinum cum extrahuntur oculi. Et multæ ſunt quæ habent filios multos: & ſua medietas non erit completa, ſed qui naſcitur qui non habet oculos apertos: aut ungues non fixos: etiam in principio ſtatim creatur in matrice propter humiditatem. Et quia calor qui ē in oculis eis de facili deſtruitur rem propter frigus feſtinat ad illam: quia pauci ſunt caloris, & cuꝫ hæc ſua humiditas & ſua mollicies faciunt ad uelocem inſpirationem. Et propter hoc quod eſt habens poros ratos ſiccat̄ citius in corpore, q̄ habens poros ſtrictos. Et qm̄ feſtinat materia ut formet̄ forma maſculina citius: & hoc propter uirtutem agentem in ipſa. q. non propter inobedientiā materie: quoniam materia non eſt in illa opportunitate inobediens ex parte retificationis & quantitatis: ſed ex parte caliditatis & ſuæ uirtutis. Et unľr quod magis fuerit debile magis erit feſtinum: qm̄ ſua materia erit magis feſtina: & uirtus eſt uincens et eſt præſens & incipiens operari: & potens ſupra materiam: & mulieres quæ paucæ ſunt ſuperfluitatis bonificant ſuum modum in cōceptu: qm̄ ponit ſuperfluitatem in concreatum: & non remanet ibi aliquā quod noceat puero. Et cauſa in molla matricis eſt corruptio digeſtionis & diſſolutio caloris, & proprie cum non fuerit in aliquod retinens naturale: quædam operantur in ipſum cum informatione & lac, & eius generatio iam eſt ſcitum: & apparet error empedocles: quoniam credit quod lac generabatur in. viii. & q̄rto. Et primo eſt ſanies in exitu: & poſtea fit lac: & tunc ſanies uel uirus in naturale & lac naturale, & ſcias quod multum longe uitæ eſt animal ſanguineum: & in ſanguineis poſt elefantem homo eſt longioris uitæ. Et opus eſt ut termini eſſent poſiti in ſpecie: nō gratia materie ſolius: ſed cauſa ſuæ receptōis eſt impræſſio aſcellis donec ſit uita concordans cum reuolutione alicuius ſtelle, aut multarum ſtellaꝝ & quædam ſunt maioris uitæ & quædam minoris: & tunc poſt terminꝰ eſt dies cum ſua nocte, deinde quod non cito feſtinet: & eſt unus terminus quē pertranſit luna in quarta ſui circuli: deinde mēſis, & eſt unus circulus qui completur in lunam & ſolem, deinde annus planetaꝝ diuiſi annus ſuaꝝ materiaꝝ commotionum & reuerſionū ad eas figuras in quibus fuerunt: & iſte coniunctiones faciunt ad augmentum naturalium, & ad diminutionem in naturalium.

Incipit liber decimuſnonus. De humiditatibus hominum.

ET huius eſt una determinatio pueri: utrum ſufflet & ſentiat uigilet, aut eſt ſicut uegetabile. Et dico quod non uigilat: quantum non operantur ſui ſenſus: & neq; motum habet uoluntarium: & qui eſt uigilans accidit quod operatur cum ſuis ſenſibus: & quidaꝫ ſunt dormientes quibus accidit quod uident aliquē & ſurgunt & ambulant: niſi qa nō eſt niſi cum complemento operationis anime, ſed alii ſenſus tūc ſunt operātes, ſed in eo eſt unus ſenſus motus. q. confuſus. Et cum hoc etiam nō erit uigilans: licet dicatur eſſe ambulans. Sed habilis ad maiorem expergefactionem, & quo erunt quod uetabūtur in ea ſenſus radicales, & non eſt adhuc ſicut arbores, quoniam in eis non eſt principium ſenſus radicalis, tunc remanſit ut inquiramus uerum eſſet dormiens, & fortaſſe non debet dici quod ſit dormiens: niſi iſtud quod habet iſtud ut ſit uigilans. Et tunc uidetur quod iſta dormitio ſit ſicut in licorgicis: & erit natura pueri: ut exigat ſomnum ſicut cum parit ipſum mater ſtatim fiet, & erit operatio uirtutis operans in ipſo ſuū opus poſtq̄ plus puer plus primo ridet in ſomno: & in hoc accidit cauſa glaucoruꝫ oculorum & nigroꝝ oculorum, & tunc dico quod glaucedo accidit: aut propter naturam tunicarum: aut propter naturam humiditatum. Et cauſa in humiditatibus eſt: quoniam ſi fuerit clare & fuerint poſiti ꝓpe extra: & erit criſtallinus multæ quātitatis, & albugineus modicum, inquātū autem erit medium: erit oculus glaucus: niſi aliquod acciderit contrarium a tunica: & ſi fuerint humiditates obſcure & criſtallinus paucus & albugineus multus: ita quod faciat obſcuritatem: ſicut facit aqua quæ ē multum quæ ſurgat et cooperit res: aut ſi fuerit criſtallinus profundus erit oculus niger: & cum in tunicis eſt uuea: et tunc illa ſi fuerit nigra erit oculus niger, & ſi fuerit uaria uel glaucula erit oculus uarius uel glaucus: et uuea glauceſcit uel uariatur, quoniam in ipſa non eſt digeſtio: ſicut eſt in uegetabilibus: quod ſtatim cum naſcitur non habebit rectum colorem. Sed tendet color eius ad

albedinem. Deinde propter digeſtionem uireſcit, & propter iſtam cauſam erũt oculi puerorum
glauci : & iſta glaucitas erit propter humiditatem completam : aut erit propter diſſolutionem
humiditatis q̃ ſequitur iũctura ſi fuerit bene digeſta, ſicut in uegetabili: quoniam cum intendit diſ
ſoluere ſuam humiditatem incipit albeſcere, & ita glaucitas eſt propter ſiccitatem uincentem. Et
infirmi habent oculos quaſi glaucos: & ſimiliter ſenes hac eadem cauſa, quoniam in ſenibus multi
plicatur humiditas extranea: & diſſoluitur naturalis: & glaucitas ſiue uarietas quædam eſt natura
lis, & quædam accidentalis. Et eſechel contingit ex cauſis nigredinis & fere glauca: & apponitur
quaſi res media ſunt ea: & ſi eſſet eſchel uigens ſicut putat Empedocles eſſet oculus glaucus infir-
mus: impeditus, quoniam amiſiſſet aquam quæ eſt principium uiſus. Et una pars nigredinis in ocu
lis diminuit uiſum in oculis glaucorum reſpoñ. quorundam quando glaucitas non accidit propter
aliquam occaſionem. Et cauſa in hoc quoniam nigredo quæ erit propter cauſam albuginei humo
ris uetat tranſitum colorum: quoniam uetat tranſlucentiam & impræſſiones, & ſimiliter ille q erit
propter obſcuritatem humiditatis abundantis : tunc ille humiditates ſi fuerint multæ non erunt
obedientes mutationibus in uiſu: neq; in exitu uiſus in anterioribus exitu ſenſibili. Et quando fue
rit oculus glaucus propter paucitatem humiditatis albugineæ uidebit plus de nocte & in tenebris
q̃ in die: propter hoc quod contingit lumen moueri ſuper materiam paucam cum fortitudine ma-
gna: & tunc uetabit illam uidere res manifeſte, ſicut eſt pigrities ad uidendum quod eſt in tenebris
poſt lumen: ſicut nigrum propter multitudinem humiditatis erit ſuum uidere de nocte minus, quo
niam indiget illud diligenti inſpectiõe: & motu materie a dextra: & materia multa erit minus obe
diens q̃ pauca, ſed nigredo quæ erit propter tunicam adunat uiſum fortius. Et hõ eſt fortior omni-
bus animalibus in coloribus oculorum: & in equis etiam erit color glaucus oculorum: & etiam ali
us color in alio oculo. Et ſcias quod acumen uiſus eſt ſecũdum duos modos. Et unus illorum eſt ſe-
cundum aſſertionem rei a remotis. Et ſecundus ſecundum fortitudinem diſcretionis rei uiſe & for-
te diuerſabuntur iſte uirtutes, & acutior prima ſua cauſa eſt quod nõ habet humiditatem ut ſit ma
gis anguſtum: & nõ faciet ei contrarietatẽ luminis obuiantis ſuper ſuas omnes partes, ſed uenit ad
res uiſas cum quantitate tenoris & rectitudinis circundantis: & tunc omnes naturæ oculi erunt na-
turæ paſſiue, neq; confuſe: & quando fuerit motus uiſus ad partem rei ſenſate mouebitur a ſuo lo-
co ad fixionem ſuper rem. Deinde reuertitur ab illo motu propter laborem & inquietationẽ lumi-
nis, & ſcias quod cu; oculus fig̃ ſuper aliquid mouetur motu ad exterius cum magno deſiderio cir
cundanti rem appoſitam ſibi ut compleatur ſua operatione propria. Et tunc ſi exit rem prope ui
ſum in aere: & uia fuerit parua cadet. q. in debilitatione & timorem dehelſech: & oculi ꝓfundi ſunt
parue ſpeculationis illius quod remotum eſt ab illo: ſed cauſa diſcretionis eſt claritas humidttatis,
& ſua ſubtilitas: & ſicut auditus eſt olfatus: quoniam compræhenſio rei remote eſt per diſcretionẽ
& diſtinctionem: & ſimile illud quod fuerit habens uias olfatus magis lõgas melius olfaciet: & me
lius uenabitur ſicut canes generoſi. Et etiam inter iſta occurrit quæſtio de leuitate & aſperitate ca-
pillorum & groſſitie & ſubtilitate & albedine & nigredine: & cauſa in hoc eſt ſicut ſcis: quoniã ca-
pilli generantur ex uapore qui eſt ſicut fumus: & eſt. q. piramus in poris: & tunc coagulatur: & tũc
erit ſua materia naturalis eis fumoſa: & erit inſtrumentum porus & ſunt ſicut foramina, & iſta ſup
fluitas fumoſa ſi fuerit ſpiſſa erunt ſpiſſi pili: & ſi fuerit ſubtilis erunt pili ſubtiles : & quando fuerit
cutis ſpiſſa ſuperfluitas ſpiſſa: & erit unus pilus propinquus alii: & erunt foramina non incarnata,
& conſtricta, & non cum altero: ſed ampliata erit ampliatione foraminum cutis ſicce: & erit hoc ẽt
propter ſpiſſitudinis cauſam. Sed ſpiſſitudo erit non propter materiam: ſed quoniã pori ſui erũt
tortuoſi quouſq; accidit foraminibus capilloru; id quod accidit ex eis a calor̃: quoniã ſi calore ope
retur in capillos faceret illos criſpos: & iam erit propter diuiſionem motum fumi propter quã coa
gulantur capilli: & iam erunt propter tortuoſitatem foraminum: & tunc formabitur eis figura ſe-
cundum figuram foraminũ & increſpabitur. Et planities capillorum eſt pp cõtraria huic, & nigre
do capillorum eſt propter caloris acritatẽ, & canities pp tarditatem: & q eſt ruffus propter æqua-
litatem: & fortaſſe erit nigredo & creſpitudo cã impræſſionis aeris extrinſecus. & tunc increſpabũ
tur capilli & fient ut piper: & inde mutat̃ totum hoc in regionibus & ciuitatibus, & cauſa tñ hæc
erit pp cãm humidam, & non callidam neq; uiſcoſam unctuoſam: & tũc miterent̃ capilli ex illa na
turaliter: & iam erit etiã illud pp ſiccitatem, & quæ accipiet capillos & auferet ab eis ſuam humi-
ditatem & pigredinẽ pp quas facti ſunt nigri capilli, & fiunt tũc. q. calx, & hoc eſt ſi cõtingit infir-
mitatibus: & tũc qñ meditabunt̃ conualeſcenti reuertent̃ in ſuum colorẽ: qm̃ trahuntur tũc ex ma
teria bona. Sed ſenex non habet fiduciam alicuius materie, qm̃ iam habet colorem confractum,
ſed caluus habet caluitiẽ: qm̃ deſiccatur medulla. Et incipit añ, qm̃ illud uas eſt magis amplum:

& ſua materia eſt magis humida: & citius recipit deſiccationem, quoniam eſt magis ratum: & tūc propter calorem naturalem fortem in illo diminuitur & conſtringitur in ſe: & contrahitur ab oſſe & tunc non accipit ab illo oſſe materiam fumoſam quæ indigeat rememoratione, & adhuc quoniam ſunt pori rari: & diſſoluitur ab eis quantitas fumoſa. Sed mulieribus eſt natura magis humida: & ſuæ cutes magis hūide, & ſui pori ſunt pori magis anguſti: & caſtrati aſſimilantur eis & non fiunt calui, & plures capilli prius ſūt ruffi & poſt albi cani: & qui eſt ruffus citius fit canus: quoniam eſt propiquior albedini: & caro indiuidui nigra eſt ſaporoſior omnibus aliis carnibus eiuſdem ſpeciei cum fuerint albe: quoniam eſt magis digeſta carne etiam quæ tendit ad uarietatem ſaporoſior & magis digeſta carne quæ tēdit ad albedinem: & capilli in aliis ab homine ſequuntur cutim illius animalis, & tunc ſunt nigri ſupra cutim magnam: & albi ſupra cutim albam. Sed in cauſa grauitatis uocis & ſui acuminis, & fortitudinis: & alte: & remiſſe uocis, ſcias quod grauitas uocis accidit propter fortitudinem emittentis: & iam etiam contingit prppter debilitatem: & illud eſt, quoniam pigreſcit inſtrumentum uocis animalis ad diuidendum aera: & ad mouendum ipſum: mouet ipſum quod mouet cum tarditate erit grauis aliquantulum cum debilitate, ſicut ſunt uoces uitulorū Et uoces uaccarum ſunt grauiores q̄ uoces thaurorum, & ſi trachea fuerit impleta cum catarris humidis: tunc ſi partem dimiſerit & portauerit aera, & acceperit ex ea modicum: aut ſi in operta fuerit in ea operatione forti erit uox acuta propter debilitatem: & propter hoc acuuntur uoces ſenum & conualeſcentium. Sed quando fuerit inſtrumentum uigoroſum in mouendo aerem multū erit uox grauis propter fortitudinem. Sed de dentium utilitatibus iam ſcis ex alio loco.

Explicit liber de animalibus Auicennæ decimus nonus & ultimus.

Regiſtrum huius operis.

a
Prima alba
Incipit liber de anī
habere iuuamenta
oſtenſio eius de die

b
apiculam: aut muſcam
49. annos uel ulterius
ſuperfluitas quæ ad
poterit occupare

c
Capitulum, De naturis
poteſt rex uolare
pſitaci ſuum amorem
Dixit enim phiſicus

d
dam mulieres quæ
cundum quem omne
ſunt ſicce complexionis
& non eſt uetitum

e
& muſculi mouentes
cie: & non habet
por ſpiſſus qui exalat
bus: & cum eius dila-

f
graciliores: & extremi
dientia expanſionum
bus: & quando mouet
pauca, ſed pars

g
ut ueniat ab
loq̄mur in ſperma
os mollificet

Finis.

BIBLIOTEKA MUZEUM

535

# Conciliator

¶ Conciliator differentiarum philoſophorum: ⁊ medicorum in primis doctoris in omni diſciplinarum genere eminentiſſimi Petri de Abano Patauini: cum duplici antiqua tabula: Differentiarum videlicet: ⁊ tractatus de Venenis. Nouiſſime poſt omnes impreſſiones vbiq; locorum excuſſas: collatis multis exemplaribus: affatim recognitus: cunctiſq; mendis ⁊ erroribus expurgatus. Citatis denuo in margine omnium doctorum in fonte locis. Adiectis inſuper Simphoriani Camperij Lugdunenſis ſubtiliſſimis additionibus: eiuſdem Petri de Abano hereſes reffellētibus. Necnon tertia abſolutiſſima tabula: que ipſius egregia dicta ⁊ notabilia alphabetice demonſtrat.

Vixit Anno 1514. Vide fol. 544.

Ex libris Felicis Wiśniowski … 1806. Varsoviae.

¶ Scipio ferrarius Venetus phyſiologus ⁊ medicus: Rationaliuȝ medicorum Venetiis habitantium collega lectori ſalutem.

coll^r ca.5.in fi. Jn 2° v̄o de interioribꝰ.Letitia eſt hilariſ ſenſuſ.dolor
⁊ exp̄ſſe lib.6. aũt triſtis ſenſus.Sexto v̄o theo.Delitia eſt ab extra
cap.2.in fine. nãle habitudini in nãlem alteratio.Jntelligo tñ ꝙ hu
cap 16.in ꝑn. ius deſcriptio potius cãm denotet q̄ʒ formã.Non.n.
Sũ. 2ᵃ doc. 2. ꝓprie delectatio aut dolor eſt alteratio veꝝ ex altera/
ca.19.iux.finẽ. tione cauſat.ꝑmo vero ſcõa.Dolor eſt ſenſibilitas rei

contrarie repẽte occurrens:⁊ ideo ſubditur tãdeʒ do
lorem nihil aliud eſſe niſi ſubito impreſſorem contra/
rium ſentire.Reliqua vero nota.

**Propter ſecundum** v̄o ſciẽdum ꝙ cir ca id q̄ſitum videẽ/
tur diuerſificari medicoꝝ illuſtres.Nam 3° collʒ ꝓnũ/ ca.31.in me°.
ciat ꝙ ſola alteratio ſubita doloris eſt cã.qõ ẽt nitit
rõnibus oñdere:q2 ſolutio ꝯtinuitatis nõ eſt cauſa do
loris ſicut dicit Ga.ſed ipſa eſt cauſa ꝯ̊nis q̄ facit dolo
reʒ ſol'o nãq̄ʒ ꝯtinuitatis cũ malo motu eſt:⁊ ꝯueniẽs
eſt.vt talẽ motũ mala ſeq̄tur ꝯpl'o.Nec ẽt ſunt cauſe
doloris due res ſimul.vʒ.ſol'o ꝯti.⁊ cal'itas ⁊ fri.ſicut
dicit errãs.A.qõ demũ rõne aſtruit dicẽs fore decla/
ratũ in libro de aĩa ꝙ ſenſus iſte.ſ.tactꝰ ꝑcipit oẽs 4^or
q̄litates ꝑ̊ ſenſu.calidũ.vʒ.fri.ſic.⁊ ⁊ hu.ꝯ̊ dolores nõ
fiẽt neq̄ʒ ſentient ab eo ſenſu niſi qñ ſupabũt multum
ſua ꝓpria ſenſata ſicut accidit alijs ſenſibꝰ.¶ Jtidem
ſubdit ꝙ ſi accideret huic ſenſui tactꝰ dolor ꝑꝑ ſol'onẽ
ꝯtinuitatis:tũc eẽt ſuũ ꝓpriũ ſenſatũ ſ̄bal'r ſol'o conti.
nũc aũt nec ſol'o ꝯtinuitatis eiꝰ oppo^m ponit.2° de aĩa
vbi tractat hꝫ fore obiecta huiꝰ ſenſus:ĩmo calidum:
frigidũ:hu.⁊ ſiccũ aſperũ ⁊ lene:durũ ⁊ molle.⁊ ideo
ꝑmo ſcõa.⁊ nãlium.6.ſenſus ponit q̄druplex ꝑm hu/ coll^r doc.2. ſũ. 2ᵃ.c.19.añ me.
ius enũata obiecta ſeu ꝯ̈rietates exiſtere.Addit etiaʒ ꝑte.ꝑma.ca.5.
Auer.ꝙ aĩa ſenſibiliſ nõ ẽ niſi ad q̄litates.qõ teſtat ẽt ante me^m.
Gal'.ꝯfiteri dicẽtem volã manus nõ fuiſſe factã in fine
tꝑantie niſi ad ꝯp̄hendendũ ꝯ̈ria.⁊ ideo apparet ꝙ ſu
ꝑfluitas ꝯ̈rioꝝ eſt cã doloris q fit in hoc ſenſu:eo ꝙ pa
rum ⁊ multũ de neceſſitate ſunt ſub eodeʒ gñe.Quid
aũt de h̄ ſciẽdũ dicendoꝝ apparebit 3°.¶ Gal'.v̄o qñ
eius verificat opinio vĩ ſentire doloreʒ tãdẽ ex ſol'one
ꝯtinuitatis ꝯtingere:4° de accñti in oĩbꝰ ſenſibus in ca.6.poſt ꝑn^m
ductionẽ faciẽs.vñ.A.ei crimẽ impingit tribuſq̄ʒ ſaꝶ
infirmis rõnibus oñdens duas fore doloris cãſ:puta
ſubitã alterationẽ ⁊ ſepationem ꝯtinui.Aduerſariꝰ tñ
vel iterimet ⁊ petitionẽ eiꝰ qõ in ꝑn° notabit q̄ʒq̄ʒ veri/
tatem ꝯcludat.Et in eiꝰ 2° de aĩa.Jam putauerũt aliq cap.3.in me°.
hoĩes ꝙ nulle q̄litates ſentiũtur : niſi mediante eo qõ
accidit ex ſol'one ꝯti.ſed nõ eſt ita.Eſt aũt admiratio
ne dignũ oĩ qũo.A.Galienũ audeat rabie ſic apparẽ
ter notare:cũ is eodẽ 4° dicat dolorẽ fieri ꝑꝑ calorem cap.6.poſt ꝑn.
vel humidoꝝ acredinẽ:⁊ in locis q̄ʒmultis exp̄ſſiꝰ ſen
ſerit duas fore doloris cãs ꝑ̄tactas:vt in techni lib.2°
qñ inq̄t.Dolores ꝑm quẽ incũbũt locũ aut ſol'onẽ cõ/ Trac. de ven/ tre.tex.cõ 32.
tinui aut malã ꝯpl'onẽ ſignãt:de diſtempantia ineq̄li: Doc.2. ca.3.ĩ
interioꝝ re.a.ſcõis.12.⁊.13.de inge.qõ ꝓbat interioꝝ fi.⁊ ca.4.ĩ ꝑn.
2° ex ſubita expõne ad ignẽ extremoꝝ infrigidatoruʒ. ca.5° añ me^m.
Neq̄ʒ.A.Gal'.nõ intelligẽs forte angit decẽter habi/ cõ.1.poſt ꝑn^m
to eius itellectu.neq̄ʒ.n.vult is ꝙ ſubita alteratio nõ ca.8.poſt ꝑn^m
ſit cã doloris:ſed ſol'o ꝯti.tm̄ verũ magiſ ꝑuenit dubi ⁊.ca.7.cir.ꝑn.
tationi volẽs efficaciores q̄litatum vt cal'itatem ⁊ fri.
dolorem cãre non alteratione tm̄:ſed ẽt iũcture ſepa/
tione.qõ ſufficiẽter apparet de diſtmpantia ieq̄li:vbi Diſt.2.cap.3. poſt medium.
tãdem poſt dolorẽ ꝯtingẽtem a ſubita alteratione cõ/
cludit ꝓpter ip̄m accidere ab impari ꝯñr ſol'one ꝙ il/
le ſermo hʒ ꝯdecentiam:vt alicubi Hippocrates inq̄t
dicẽs morbos vlcera oẽs eẽ.Pauſet igit.A.hic ⁊ ali/
bi mordere Ga.cũ eũ nõ intelligat fortaſſe corripiẽs.
d̄ria.89.apparẽs.ipſe nanq̄ʒ ſufficiẽs aliorum ſermo/
nuʒ dilatator expoſitione reperitur.Jmpugnator aũt
vanus ⁊ recitator diſſonus.

**Propter tertium** quidem ꝑ̊ veritas ſub iũgat:⁊ deinceps idu
cta Auer.modificent.¶ Propter huius ꝑ^m ſciẽduʒ ꝙ
cã doloris radicalis ⁊ ꝑᵃ eſt iproportio vehemẽs mẽ/
bro repẽte occurrẽs ſenſibili ſic ⁊ delicia ꝓportio grã/
dis exiſtit etiam repentina.ꝙ autem predicta doloris

exiſtat cā intimaꝛ ſilitudine ſnie Ar. ⁊ rōnib⁹. Sexto
Ca.10.in me°. nāqꝫ thopicoꝝ. Conſiderādū ſi nō eſt ſuſceptibile cu ius dī diffinita paſſio ſeu diſpoſitio vel aliud qd̄l3. ꝙ ſi non peccatꝛ: velut ſi ponatꝛ ꝙ doloꝛ ſit facta cū vi nālium partiū diſtātia delinqt: cū ſeqtur inaīata dolere. partib⁹ enim ꝯſtituūtur nālibus: ꝑp qd̄ op3 particulā hāc nāliu3 in parte ſenſus ſuſceptiuā reponere. H aūt erit ſi loco nālium ſenſibiliū ſcribatꝛ. Addit et ꝯñr delictum foꝛe: eo ꝙ eſt in effectiuū magis exꝑmere ꝑdictam doloꝛis rōnem q̄3 in foꝛmas. non enim doloꝛ eſt diſtātia ⁊c̄. imo potius ex taliū partiū diſtantia doloꝛ efficitꝛ. Sic ergo poteſt coꝛreptionē rōnis doloꝛis antiqtus aſſignate relinqtur ꝙ diſtātia ſenſibiliū partiū doloꝛis cā exiſtat. Quod qdem nō eſt aliud q̄3 impꝛopoꝛtio vehemēs ꝑdicta repēte mēbꝛo occurrēs ſenſibili. per diſtātia3 nāqꝫ impꝛopoꝛtio auditꝛ. iuxta illud
Pbl'e.26. pbl'. qnte. Femoꝛa dolēt maxie ꝯtinui diſtātia. qd̄. n. diſtat ſeu differt quocūqꝫ mō ipꝛopoꝛtiōabile ē oīno. Per hoc qdem qd̄ ſubiūgitꝛ cū vi intelligitꝛ impoꝛtatū per id qd̄ eſt vehemēs ⁊ repēte. Violētum nāqꝫ oē repentinū ⁊ grāde exiſtit. ꝑ hoc aūt qd̄ ſenſibiliū dictu3 eſt partiū ſb̄m denotatꝛ paſſiōis ꝯueniēter ſuſceptiuū. Hoc aūt demū rōne firmatꝛ: qm̄ qñ inuenitꝛ vna qdam cōis in pl'ibus paſſio illā op3 in aliquā cām tādem ſu
Tex. com. xj. perioꝛē ⁊ ꝑmā3 per ſcd̄as adducere. ꝑ poſterioꝝ. vbi oñditꝛ ꝙ hec paſſio. 32. Euclidis ꝑ triāgulū tres ambitu angulos ꝯtinere duob⁹ eqpotentes rectis. ꝑmitus ineſt triāgulo in cōi q̄3 reliquo triu3. ſ3 hec cōis paſſio vt doloꝛ ſicut vērioꝛes dicūt ⁊ oñdetꝛ: in duob⁹ reperitur alteratione. ſ. ſubita ⁊ ſol'one ꝯtinuitatis repētina quare. ⁊ ante has duas cās ſeoꝛſum tertiā op3 ſubiūgere. hec aūt ꝑaſſignata conueniens videtur exiſtere.

¶ Rurſus. effectū oēm op3 in vnā tādem cām ꝑmā3 iuxta Ariſ. ſniam reducere illicqꝫ ſtare: cu3 ꝑceſſus in
Tex.com.5. infinitū. 2° meta. negetꝛ. doloꝛ aūt vn⁹ eſt cōis effectus ab his duab⁹ cauſis cāt9. in magis tñ ⁊ min⁹: l3 differāt vt oñdetꝛ: ꝑp qd̄ ⁊ tertiā cām añ has duas opus ſubiūgere: ⁊ maxie cū oīs multitudo ad vnitatē opoꝛ
Col'.t.cō.52. teat redire a qua exiuit. 12. meta. cū et nā ſaltū in ſuis opōnibus non cōmittat. ¶ Jtidē qñcūqꝫ iuenitꝛ aliqd vnū exiſtēs in pluribꝰ ſm vnā vniuocationis rationē tādem op3 in aliqd̄ illis ꝑus reducere qd̄ illoꝝ cauſa
Tex.com.4. exiſtit vt calida in ignē oīa ⁊ lucida in ſolē. meta. 2. Cū igitꝛ doloꝛ a ſol'one ꝯtinui ⁊ alteratione ſubita vniuoce ſaltē logice exiſtat cū vtrobiqꝫ ſit ſenſus rei nociue ꝯfeſtim occurrētis opoꝛtebit tādem ipm̄ cū ſuis cauſis imediatis in cām vl'ioꝛē ⁊ ꝑmā reducere ꝯuenienter datā. ſ. ipꝛopoꝛtionē vehemētem ⁊c̄. Hui⁹ aūt cauſa ſupioꝛ ⁊ radicalis in duas mediatas ſeqſtratꝛ cās: oꝛdinē tñ iter ſe hn̄tes q̄ ſubita ſunt alteratio ⁊ ſolutio iūcture. Quod oñditꝛ ex multis coꝛpus ꝯſtituētibus ⁊ cauſis habitudinalib⁹ doloꝛis tāqꝫ ꝑuatiue oppoſitꝭ. due etenim vidētur ꝑmoꝛdiales nāe coꝛpus ꝯſtituen
Col'.tex.p°.c. 3° poſt pn'm. tes: ꝯ videlicet ⁊ cōpoſitio. ꝑ ꝑma. Coꝛpus eteni3 ſm ſniam Hippocratis. ⁊ Ar. ex cōmixtione ꝯſurgit elementoꝝ in qbus duo eſt ꝯſpicere: qlitates. v3. ⁊ ſb̄as qlitatib⁹ ꝯcretis affectas. Ex qlitatib⁹ quoqꝫ ſm quēdā modū vnionis nā qdā reſultat ꝯpl'o appellata mēbꝛis ꝑ ꝯſilibus dictis appꝛobata. Et ꝯfractione vero ſb̄arū in el'ntis inuētaꝝ reſultat ſm quēdā modū ꝯiūctionis vnitatis cū ꝑdicto ꝯpōnis modo foꝛma qda3 mēbꝛis vt officialib⁹ mediāte tñ ꝯpl'one dictis oꝛganicis attributa. Jn ꝑma ſiqdem nā ꝯnali mēbꝛis cōſi
Ca.4°. milib⁹ dedita ꝑ de hiſtoꝛ. 7. 2. de partib⁹ ſenſus inexi
Ca.p°.t.us fi. ſtit. Jn altera vō mēbꝛis oꝛganicis attributa actu3 vt declaratū. 63. Scd̄a tñ nā recipit eē ꝑ ꝑmā ſicut totū ꝑ partes ei⁹ ꝯſtituitꝛ in eſſe. Mēbꝛa nāqꝫ oꝛganica ſunt

ex ꝑtibus ꝯſilibus ꝯſurgētia. 2° de partib⁹. ⁊ ꝑ de ꝯnibus. Plaſma foꝛte ſeqtur 4° el'oꝝ eucraſiā aut foꝛſitā Ca.p°.añ ...
aliqd̄ diuinus ꝑn'm hn̄s deſup a ſupioꝛibus. dīa. 63. ⁊ Ca.9.añ.
64. apparēs. Scd̄m has itaqꝫ duas nās ⁊ due delitie ꝯſequūtur coꝛp⁹ ſm ꝙ ſenſus ꝑpoꝛtionalꝛ ſubito penes diſpōnem ipꝛimētis ab ei⁹ diſponitꝛ obiecto: qd̄ ex parte foꝛme ſeu vnionis poterit euenire. doloꝛ aute3 ꝑ oppo'm haꝝ cārum ipꝛopoꝛtionalitate aduenīēte repētina ꝯſurget. Sic igitꝛ his ſuppoſitis duas poſt ꝑmā3 cām doloꝛis aſſero ſubitā ꝯpl'onis alteratione ⁊ ſol'o
nem conti. vñ. 2. re. a. Et ſi ipꝛopꝛius doloꝛ ſit in coꝛpi Cō.p°p°...
bus ſenſibilib⁹ cū eis accidit alteratio grādis ea ſubito a diſpōne extrahēs nāli: que dupl'r euenit: aut mutatione qlitatis ſubito violēta vel ꝯtinuitatis ſol'one: differēter tñ vt oñdetꝛ. De rōne nāqꝫ doloꝛis vt ꝑ eius apparuit deſcriptiones duo ſunt: ſenſus. v3. ⁊ ipꝛeſſoꝛ ꝯrietatis ſubit⁹: qui vtriqꝫ ſunt cauſa doloꝛis ex repētina imutatione. ꝑ nāqꝫ ſenſus exiſtit: eo ꝙ in mēbꝛo ſenſibili ꝑpoꝛtio qlitatū repitur ꝯriaꝝ. Et ⁊ ipꝛeſſoꝛ ꝯrius ſubito occurrēs ꝑpter alteratione3 eiuſdē gn̄is repētinā. Sic ergo ſubita alteratio per ſe ⁊ ꝑ cā ſufficiens eſt doloꝛis. Jn ſol'one vō iūcture ⁊ ſi repētinioꝛ occurrat impſſoꝛ q̄3 in ꝯpl'one: nā neciūm videtꝛ eē re
pētinam ſimul ⁊ violēta3 trāſmutationē fieri. 12. de in Ca.7.añ'm...
ge. non tñ alter in ea repitur vtpote ſenſus. nā ſolutio continuitatis alteratione ꝯpl'onis ſubita ſentitꝛ. Si. n. per ſe ſolutio ꝑciperetꝛ imparis: tūc in ea que partiu3 ſenſibiliū doloꝛ adeſſet. Jn ſubita vō ꝯpl'onis ꝑmutatione qd̄ ꝑcipit ⁊ alterās ſubito qlitatib⁹ afficitꝛ ꝑmis ex qbus rō dicta eſt ſenſus ꝯſtitui. Solutio aūt iūcture ꝑcipitꝛ per accñs inq̄tum ipſa mēbꝛis accidit vnitꝭ per ꝯpl'onē. Unitas. n. per ꝑus ineſt mēbꝛis ꝯſilibus: ⁊ ꝑ ea oꝛganicis ſicut hec ꝑ illa exiſtūt. Quod appet: vz. n. ꝙ ſolutio ꝯtinuitatis ſi mēbꝛo occurrat hn̄ti ſenſum indiſpoſitū aut ꝑp caliditatē aut ꝑpter fri. aut quia aīa cū caloꝛe nāli alijs ſit inteta. nihil aut paꝝ ꝑcipitꝛ: qd̄ nō accideret ſi ſolutio ꝯtinuitatis ſentiretꝛ ꝑ ſeipa3. Jgitꝛ ſolutio ꝯtinuitatis ꝑ ſe ſufficiēs cā nō exiſtit: niſi ſenſus ex parte ꝯpl'onis ꝑcipiēs adueniat. Q aūt ſeparatio iūcture doloꝛē maioꝛē videatꝛ ꝑſtare q̄3 ſubita alteratio hoc euenit ꝑpter violētum ⁊ repētinū occurrentes deſoꝛis aut de intra vel foꝛtaſſis q2 deīde ad ſolutionē ꝯtinuitatis ꝯſeqtur altera cā doloꝛis vtpote ſubita alteratio. hēbūt ſe hec itaqꝫ ꝑ oꝛdinē: qm̄ ſubita alteratio ꝯpl'onis ꝑ ſe doloꝛē cauſat ⁊ ꝑcipitꝛ a qlitatū ſēſus nā. ⁊ q2 alterās repētinū nō ſic eſt violētū cū ſit qlitas nō taliter cū ſb̄o occurrēs ſepatiuo: eueniet non tm̄ doloꝛis a ſubita alteratione velut a ſepatione iuncture cāri niſi tāde3 ex vehemēti ſubita alteratione ſequatꝛ iūcture ſolutio. Que qdē l3 foꝛte ei⁹ ⁊ violētum ſit impmēs: nō tñ niſi ſenſu ꝑcipietꝛ ad quē ſequetꝛ ⁊ ſubita alteratio ⁊ ad hāc tādē iūcture ſepatio: ita ꝙ tres doloꝛis exiſtēt cāe due qdē iūcture ſol'ones ⁊ vna ſubita alteratio. Jntelligo aūt nō ꝙ aduenīēte ſubito et vehemēti ipꝛeſſiuo ſol'onis inſtātanea inducatꝛ mala ꝯpl'o in mēbꝛo. hoc. n. ipoſſe cū hec alteratione opoꝛ
teat fieri. Alteratio aūt tp̄s ſibi determiat. phyſico. 5°. Coll°.t.p.18
ſ3 hoc qd̄ ꝑcipitꝛ id euenit ſenſu nōdū in mēbꝛo altera 19.7.34.
to qd̄ appareat. Q. ñ. n. incipit alterari videm⁹ doloꝛē ſol'one cōtinuitatis ꝑoꝛi ceſſante augeri q̄3pl'm. Et iō qñ dī ꝙ cā inducēs doloꝛē op3 ꝙ ſit ſubita ꝯpl'onis alteratio aut repētina iūcture ſepatio: nō eſt intelligēdū ꝙ iſtud ſit ſubito vſquequaqꝫ: qm̄ tūc ꝑciperetꝛ q̄3minime. Et iō experimur qñ qs acutiſſimo quoda3 incidit ⁊ oīo repēte nullū aut q̄3minimū doloꝛē ſentiri: eo ꝙ non ſolū ateratio. imo opatio quel3 alia tēpus reqrit ſufficiēs in quo ſenſibile in ſenſu poſſit imprimere: qd̄

fortaſſis ēt in ſenſu viſus ɔtingit.64.Q̄ aūt ſubita al
teratio ⁊ ſol'o ɔtinuitatis ſint doloris cāe breuib⁹ de
Doc. 2ª ſū.2. 1.19.añ meᵐ
ducat̄ rōnib⁹.❡Sciēdū tñ ex p̄ 2ᵃ q̄ calidū ⁊ fri.ſunt
cāe p ſe doloris:ſiccū aūt p accn̄s:humidū v̄o nullo°.
Ca.6.p⁹ p̄nᵐ.
vn̄.4.de accn̄ti.In ſenſu tact⁹ accidit mutatio ſue nāe
pp fortitudinē caloris vel friditatis:q̄z humidū ⁊ ſic.
corpus ſup aliud corp⁹ incidēs : niſi ſubito calefaciat
Diſt.2ª cap.3. poſt p̄nᵐ.
vel refrigeret non faciet nocumētū:q̄re.13.de inge.ſo
lū calidū noiat̄ ⁊ fridū.Cum.n.duplex ſit act⁹ calitaȝ
⁊ friditatis.Primi⁹ qdem ⁊ eēntialis calefacere ⁊ ifri/
gidare.Scd̄s v̄o extēdere ⁊ dilatare:ɔ̄bere ⁊ coāgu/
lare:ad quos tādem ſeqtur diuiſio iūcture.Calitas q
dem ⁊ friditas cū ſint q̄litates efficatiores p ſe actu p̄
alteratione ſubita dolorē inducēt:⁊ ſepationē iūcture
per accn̄s:⁊ 2°cābunt eūdem.At q̄z vna q̄litatū paſſi
uaꝝ valētior eſt:vt ſiccitas:⁊ ſi nō p̄ actu dolorē imp̄/
mere poſſit:cū ſit qd paſſiuū:ɔ̄ñr tñ cābit.vn̄.A.Sic/
citas per accn̄s dolorē inducit:cū eā ſeq̄tur alteri⁹ ge
neris cauſa:vtpote iūcture ſol'o.Eſt.n.cū ipſa pp forti
tudinē ſue ɔſtructionis efficiat̄ cauſa ſol'onis iūcture.
Humiditas aūt vt humiditas pp eius nāl'ē paſſibili/
tatem:nec p̄ actu nec 2°vt humectādo ſeu remolliēdo
vel relaxādo:⁊ ſic neq̄ p ſe neq̄ per accn̄s dolorē pōt
Ca.de pſilio.
preſtare : verūtñ rōne q̄ntitatis nāl'is multe.vn̄ Me/
ſue de pharmacis.Humidū inq̄ztum humidū nō iue/
nimus cām doloris fore:ſȝ inq̄ztum poteſt eſſe cū nā
que quātitate ſua mouet̄ ad ſol'onem ɔtinui.Qđ etiā
Ca.3.añ meᵐ
ſenſit Raſis in diuiſionib⁹ Alexāder.ſiqdem dolores
capitis fortiores fiūt ſm opatiuas q̄litates:⁊ maxime
ex calore.ex ſiccitate aūt non ſil'r vehemētes gn̄antur
humide v̄o q̄litates q̄ztum ex ipſa humiditate nullo°
inferūt dolorē:niſi forte cū calore aut friditate vl' ple/
nitudine humorū aut acredine ſit pmixta humectatio
Trac. 2° ca.2. poſt p̄nᵐ. A
A.v̄o 3°p̄ma.Humidū enim dolorē facit aut euapora
tione aut vētoſitate ɔtinuū ſoluēte Auer.v̄o cuius eſt
ceteros p̄ter.Ar.⁊ zoar nauſeare diuertit vtcūq̄ col/
Ca.46.i me°.
liget.4.ingens.Humida vel ſicca ɔpl'o dolorem non
efficit niſi parū ⁊ qñ ſola eſt humiditas:tūc ſola graui
tas ſentit̄.Poteſt ⁊ al'r vtcūq̄ declarari:eo q̄ humidū
aut eſt ſimplex:⁊ ſic q̄zminime eſt actiuū:cū ſit q̄litatū
paſſibiliſſimū.vel ɔiūctiȝ cū calitate:⁊ tūc opō magis
attribuet̄ calido actiuiori ſi gradum excedat ſcd̄m:ita
q̄ tale humectare erit magis pp̄ter calidū euaporare
faciēs ⁊ diſſoluēs humidū p partes q̄ ipſius humidi
put humidū exiſtit.aut copulatū erit cū frigiditate:⁊
ſic etiam gradū vt p parū excedet ſcd̄m.vnde Meſue
ibidē.ca.de pſilio.Non eleuat̄ res frigida iūcta cū hu
miditate ſupra ſcd̄m gradū velut inqt Hippocrates in
epidimia.Humida etiā res ſm Ga.non tranſgreditur
metā vſq̄ ad q̄ poteſt extēdi regimē hoīs.Que autē
rerū in 2°gradu ſunt tales nō operant̄ calefactionē vl'
infridatione aut exiccatione ſeu humectatione leſiua
Capi.vlti. Doc.2ª ſū.p⁹ ca.15.añ meᵐ
manifeſte.ſimpliciū 5°.vnde p̄ ſcd̄a ca.vlti.Que in ſe
cūdo gradu ſunt talia non pueniūt ad impediēdū opa
tiones manifeſte:neq̄ curſum eaꝝ mutāt nāl'e niſi per
accn̄s:vt q̄z multa vel ſepius iterata.Res aūt doloro
ſa impedit ⁊ pmutat opōnes manifeſte intātum q̄ ce/
teris nocitiuis videt̄ eſſe moleſtior.dīa.139.Propter
qđ humidū inq̄ztuȝ humidū dolorē cāre non poterit.
❡Sed ɔtra.videt̄ q̄ humidū vt ip̄m dolorē inducat
quādoq̄.in techni.Dolores ſm queȝ incūbūt locum
Lib.2. tra.de vētre.t.cō 32.
aut ɔtinuitatis ſol'onem aut alterationes ſubitas oñ
dunt ⁊ ſubdit̄.Alterat̄ v̄o ſubſtātia caliditate:frigidi
tate ſiccitate ⁊ humiditate.Eti.2.re.a.Dolor fit i cor/
Cō.p̄.p⁹ p̄nᵐ
poribus ſenſibilib⁹ quādo in eis accidit alteratio ma
gna ſubito que attrahit ea a diſpōne nāli : q̄ qdē alte/
ratio fit per multitudinē in qualitatib⁹ agētibus.vn/
de calefiūt aut infrigidātur:ſiccant̄ vel humectantur.
Humiditas igit̄ ſm ſe doloris eſt cā.❡Dōm q̄ Gal'.
aut audit humiditatē:non ſm ſe ſed pro humido cor/
pore q̄litatiuo aut qualitati conſociatā alij vt expoſi/
tum p Ale.Uel qđ inducit̄ de ſicco ⁊ humido p̄cipue
exēplariter ⁊ quaſi ſmonis q̄dam eſt ɔ̄ña ſup latum.
Oſtendat̄ ⁊ nūc q̄ ſubita alteratio dolorē per ſe indu/
cat:eo q̄ poſſibile eſt ipſam per totū corpus diffundi.
ſol'onem aūt continuitatiȝ vita exiſtēte impoſſibile.in
teriorum ſcd̄o apparēs.dolorē aūt per totū corpus. Col'ʳ ca.7.poſt p̄nᵐ ⁊.capi.8. iux.finem.
coll3 tertio.aut ſaltē ſm eius pl'm exiſtere multotiens
ſenſus indicauit.❡Rurſus.dolor cauſat⁹ a compl'o/ Ca.21.p⁹ me. ⁊ v̄ius finem.
ne pp alterationē cōtingit que ſubito occurrit.dolor
vero a ſeparatione iūcture inductuȝ p motū imp̄mi vi
det̄ localem.Appparet enim eē motus qdam localiȝ
aut ſaltē cū eo exiſtere.ſȝ motus alterationis poteſt a
motu ſaltē hic ſeparari locali:ſicut arguit̄ cōtra Par/
menidē ⁊ Melliſſum phyſicoꝝ p̄mo.In hiȝ eniȝ nā/ tex.ɔ.23.⁊.24.
libus motus alterationiȝ eſt prior omni motu.appa/
rens nālium p̄mo.In vniuerſo vero localis.p̄baī.n. Col'ʳ ca.1.p⁹ principium. Al.tex.cō.55. vſq̄ ad.t.ɔ.61
p̄muȝ ⁊ cauſa oīum.phyſicoꝝ.8.Propter q̄ ſubita al
teratio p ſe cauſa erit doloris ſine ſepatione occurrēs
iūcture.❡Amp.contrarioꝝ ɔ̄rie ſunt rōnes.Cū igit̄
delicia conſiſtat in q̄daȝ mediocritate ⁊ q̄ſi in paulati
na alteratione p̄maꝝ qualitatū:vt qñ conueniēs cōue
nienti ɔiūgitur:eidem dolor oppoſit⁹ exiſtet in diſpoſi
tiōe cōtraria earūdē qualitatū.pp qđ ⁊ ſubita altera/
tio vna cauſaꝝ exiſtet doloris.Probat̄ q̄ denuo ſol'o/
nem ɔtinui cām eē doloris.qm̄ ſi ſubita alteratio eiuȝ
exiſteret cā ſemp dolor ſentiret̄ eiuſdē diſpōnis oīo:
qualis erit ſubito alterās q̄litas:cuius ɔ̄riū pcipimuȝ
contingere.Quod declarat̄ 2°interioꝝ ex Gal'.colicā Cap.5.in me.
patiēte ex flate qđ paraxagoras vitreū appellauit di
cens adeo ſe dolorē vehemētiſſimū ſentire vt videret̄
inteſtina cerebro pforari:extimabat tamē lapidem in
cuneatum in altero poroꝝ vritidū exiſtere:ait etiā ad
mirandū qual'r frigidus excidit hic humor non cale/
fact⁹ violētia que ſm exciſionē.Clyſterizat⁹ nāq̄ fue
rat oleo rutaceo.Ex iſto demū ſmone apparet q̄ do/
lor adeo vehemēs non erat ex alteratione ɔpl'onis ſu
bita quā frigidus exn̄s habebat facē humor:veꝝ ex
ſol'one ɔtinuitatis cū eſſet pforatiu⁹:qui non poteſt a
flate vitreo rōne alterationis cāri cū poti⁹ fla ita frigi
diſſimū habeat q̄litate ſtupefaciēdo dolores placare.
Quod apparet q̄z interioꝝ ⁊ p̄mo ſcd̄is.Dolor dicit̄ Cap.5 in me. Doc. 2 ū. 2ª ca.20. in me.
pforatiu⁹ ſol'onem denotās continui.❡Rurſus ſubi
ta alteratio compl'onis vt dolor eſt fit in t̄pe ampliori
q̄ motus interueniat localis ſepationis continui:cuȝ
non ſic a vehemēter imp̄mentib⁹ inducat̄ : quā qdem
videmus repente dolorem p̄ſtare.Licet enim q̄ dolo
rem habet inducere pp̄ter ſubitā compl'onis altera/
tionem mox ſentiat̄.non tamē repente doloroſum:vt
qđ ſol'one continui repētina inducit̄.Uelociter enim
fit alteratio in compl'one vt dolorē pcipiat.Sepatio
igitur iūcture eſt altera cā doloris a ſubita ɔpl'onis p
mutatione.❡Propter hui⁹ ſcd̄m dōm q̄ Auer.conſi
derans q̄ oīs pceptio doloris fit mediāte ɔpl'one vo
luit eam tm̄ cām doloris exiſtere:ſȝ conſiderando qđ
mox imp̄ſſiuū:ponendū ēt ſol'onem ɔtinui doloris al
teram cām:cū aliter vt oñſum organū imutat q̄ alte/
ratio compl'onis ſubita.Et per hoc apparet ad ɔ̄ñs
q̄ Ga.⁊.A.mordet non recte.❡Ad aliud dōm ſicut
ſequenti etiam apparebit q̄ſito q̄ dolor ⁊ delicia ma
xime in coitu ſunt tactus obiecta cū aliter imutent or
ganum ſenſitiuū a reliquis.vnde.A.ſcd̄o de aia.Eſt Ca.3.añ meᵐ
⁊ ali⁹ modus de eo qđ ſentit̄ ſic ſol'o ɔtinuitaȝ q̄ eue
nit ex ɔ̄bere vl' ex alio ⁊ nō ex calor̄ vl' frigore nec ex

humiditate: nec ex ſiccitate: nec ex duritie: nec ex mollicie: nec ex aliq̄ p̄dictaꝝ. Siſr ēt ē ſentire voluptates tactibiles: ſic eſt voluptas coitus ⁊ ſilia. Aut dōm ꝙ ſol'o ꝯtinuitatꝫ lʒ fit cā doloris: eo ꝙ vehemēs ⁊ ſubito impmēs ipoꝛtat: nō tñ ꝑ ſe ⁊ imediate ſentiť ſʒ ꝑ naturā vt decl'atū compl'onis. ¶ Ad aliud dōm ꝙ per eūdē adducebať his duab⁹ vijs rñdeť ſufficiēter. dcā .n. ſua plurificata ſup vna radice vidētur fundari.

Propter 4^m^ aūt ad p^m^ dōm per interēptionem aut expōnē cuiuſdā reductionis vni⁹ cāe ad alterā vt tactū. ¶ Ad 2^m^ ꝟo dōʒ ꝙ doloꝛ nō eſt alteratio: ſʒ qō veri⁹ alteratio doloris eſt cā: ⁊ ꝙ alteratio nō ꝑpꝛie illic ſumiť put eſt mot⁹ in q̄litate marie tertie ſpēi: ſʒ poti⁹ extēſiue pro quacūqꝫ ſumiť trāſmutatione q̄ idē impoꝛtat qō ipꝛopoꝛtionē. ¶ Ad aliud dōm ꝙ lʒ doloꝛ ſit actio: nō tñ ꝑpter hoc a ſola fit q̄litate: ſʒ a q̄litate ſuſtētata in mā dimēſionata. Nō eteniꝫ ꝯcludit ꝙ doloꝛ a q̄litate ꝑcipiať vt decl'atū: nō aūt ꝙ pure impꝛimať a q̄litate: eo ꝙ doloꝛ a ſubita alteratiōe cauſat⁹ al'r q̄litates hʒ ſbm diſponētes: ⁊ al'r a ſol'one cōti. euenietes. ¶ Ad alia duo dōm nō eos itelligere ſubitā alteratiōnē cām nō eē doloris ꝑmariā: ſʒ ꝙ ad eā tādem ſeqtur cōti. ſol'o ita ꝙ vltimo doloꝛ vehemētioꝛ ſentiť: cū due tūc vt decl'atū doloris exiſtāt cauſe. ¶ Ad aliud dōm ꝑ interēptionē aſſumpte aut ꝙ ſubito qd tēpoꝛis ipoꝛtat. maioꝛ. n. ſubitatio in ſol'one aduenit ꝯtinui q̄ʒ in ꝯpl'onis alteratione: ⁊ ꝑpterea doloꝛ ſepationis iūcture intēſioꝛ ⁊ repētinioꝛ exiſtit doloꝛe alterationis ſubite. ¶ Ad aliud dōm ꝙ doloꝛ in ſenſu nō euenit ex ꝑceptione ſpēi ſenſibilis obiecte: verū ex medio oꝛganū ꝯtangēte. cū. n. oīs ſenſus fiat per mediū. 2. de aīa mediū iterdū excedēs ꝑpoꝛtionē ſenſitiui id doloꝛē facit. vñ. A. 2. de aīa. Diſpoſitio audit⁹ et viſus nō dolet ex ħ ꝙ videt aut audit: ſʒ ex ħ ꝙ tangit accidit ei doloꝛ tactualis. 3° ēt de aīa velut appet in receptione ſpēi ſolis ꝑp fulgoꝛē ei⁹ pupillā ꝯtāgēte dolorem p̄ſtare ⁊ coꝛruptionem ꝯtinui. ¶ Ad aliud dōm vt iam apparuit ꝙ nō ſunt niſi due nāe ꝑme. vna q̄ ſequtur ꝯnem q̄litatis el'ntoꝝ alia ꝟa q̄ foꝛmā reſultātem ex earūdē ſubſtātijs. nā vnitas vera faciēs ad ꝯſtōneʒ coꝛpoꝛis ꝑ ꝑus mēbꝛis ineſt ꝯſilib⁹ ⁊ ꝑ hec oꝛganicis. que. n. vnio ſiue nā cōis mēbꝛoꝝ ꝯſilium oꝛganicoꝛūʒ adinuicē cōiter poniť magis eſt oꝛdo qdā partiū ⁊ decoꝛatio q̄ʒ vnitas⁹ ⁊ nā cōis va. ¶ Ad aliud dōm ꝙ ille 4^or^ apparētes cāe reducūtur ad duas. Non eniʒ eſt dr̄ia realis verū vocalis ⁊ modalis magis. ¶ Ad vltimum dōm non hic queri cās particulares doloꝛ ſʒ vl'es ꝑmas: que vt oñſum tres exiſtūt oꝛdinem ꝑoꝛitatis ⁊ poſterioꝛitatis in adinuicē recipientes.

Uoniam exercitio nō raro ꝯtigit laboꝛ deicepſ euenit dubitare an laboꝛ apoſus ſeu phlegmonoſus ſit alius ab vlceroſo ⁊ intēſiuo. Et videť ꝙ nō alius ſʒ idem: q2 vt apparebit. ex. 3° de re. ſa. ꝓiugatio laboꝛis eſt vlceroſus: tēſiu⁹: apoſus: arefactiu⁹ ſeu attenuatiu⁹ vel exiccatiu⁹. Si g̃ hi 4^or^ ꝯcidūt vna multo ampli⁹ vlceratiu⁹ ⁊ extēſiu⁹ in apoſum ꝯcurrēt. ¶ Amp. ibidem tres ſunt laboꝛes ſimplices. Sūt igiť vlceroſus: tēſiuus ⁊ arefactiu⁹: cū apoſus ꝯpōnem ipoꝛtet. ꝯſtruiť enim ex vlceroſo ⁊ tēſiuo apud oēs. Eti. vlceroſus et tenſiuus ſunt partes apoſi. cōponūt nāqꝫ ipm. Totū ꝟo nil aliud eſt q̄ʒ partiū oium aggregatio. Cōmētatoꝛ phyſicoꝝ. p̄. ¶ Rurſus. qō ꝑduciť ab aliquo eius ſapit nām: ita vt oꝛta ꝑncipijs atteſtanť ⁊ ēꝫ. in techni ſʒ apoſtemoſus ꝑuenit ab vlceroſo ⁊ tēſiuo: nō igitur alius ab vlceroſo ⁊ tēſiuo cū oīs diuiſio cedat in oppoſita. ⁊ cā ēt ſimul extet cū cāto phyſicoꝝ.

Oppoſitum 3° ⁊ 4° de re. ſa. de accñti 5° apboriſmoꝛum 2°. p̄ 2° ⁊ 3°. ⁊ practice. primo. Ex qbus vtiqꝫ ſubdenť que deinceps. ¶ Adhuc. quoꝝ ꝑcurationes ſunt altere ipſaqꝫ differūt: cuʒ he oꝛdinētur directe per oppo^m^ in illa. Sed vt p̄dicta inſpiciendo apparet loca ſunt alie. Itaqꝫ laboꝛ apoſtemoſus eſt alius ab vlceroſo ⁊ tenſiuo.

Propter primū qdem ſciendum ꝙ laboꝛ ſuſcipiť multipl'r. vne qꝑ peꝑ nocumēto ſeu doloꝛe. iuxta illud veteris. In quo moꝛbo ſomnus laboꝛē p̄ſtat moꝛtale. Aliter ꝟo ꝑ fatigatione penes illud eiuſdē. Ubi fames non oʒ laboꝛare. vnde epidimiarū. 5. Laboꝛes cibis p̄diſponāť. Accipitur ⁊ 3° ꝑ effectu fatigationis. que laſſitudo pꝛopꝛius diciť. Laboꝛe nāqꝫ ſiue fatigatiōe ſupſlua laſſantur animalia. Quarto ſiqdem pꝛo diſpōne penali ab intra emergēte: vt a ſeipſa ſine cauſa: qui laboꝛ caſualis ſeu ſpontaneus appellať aphoꝛiſmoꝝ ſcōa. Labores caſuales narrāt ſiue ꝑnoſticantur moꝛbos. Et is nempe q̄dam eſt neutralis decidētia futuri moꝛbi oñſiua. vnde in techni. De cauſis p̄ſeruatiuis que coꝛpori debenť neutro decidēti maxime nobis de laboꝛib⁹ tractātibus ⁊ quecūqꝫ alie adiacēt laboꝛibus diſpoſitiones: que vt conſequēter appebit ſunt ꝯſtipatio poꝛoꝝ ⁊ raritas eoꝛūdē. Decidētia enim ſub neutro locatur. 72. Sub almelilatica. n. laboꝛiſ ꝯtineť diſpōne. Huius ſiqdem laboꝛ non eſt moꝛbus ſʒ via in ipſum: qō oſtendiť: qm̄ in libꝛis de re. ſa. tractať. Neqꝫ actualis exiſtit: verū ſimilitudinarius ⁊ imaginatus magiſ vt oſtendēt ſpecierū ipſius deſcriptiones. Et de ħ qui deʒ laboꝛe cū imediate dicto perqritur dubitatū. qui ſiqdem duplex exiſtit: vnus certus ⁊ aliuſ aſſimilat⁹. ꝑp enim quādā affinitatē laboꝛ noiatur: nō ꝙ vere talis puta dictus arefactiu⁹. Primus aūt triplex exiſtit vlceroſus: tenſiu⁹ apoſus. Eſt aūt laboꝛ vlceroſus diſpoſitio in qua inueniť in cutis ſupꝑficie ac ſub eius ꝑfundo vlcerū ſtimulātiū moꝛdentiū ⁊ pūgentiū ſilitudo. Imaginanť enim hoc laboꝛe patiētes in eoꝝ muſculis tāq̄ infixa foꝛe acuta ⁊ potiſſime qñ mouetur. Cuius qdem cauſa eſt ſupfluitatū pluralitas acutarū ⁊ ſubtiliū magis effuſaꝝ vel eliq̄tio adipis: pinguedinis ſeu carnis mollis que ſi ꝑuenerit i venas qñqꝫ bonus q ꝯtineť in eis coꝛrūpiť ſanguis ex qb⁹ hoꝛroꝛ et rigoꝛ demū ſupuenit: ⁊ ꝑ ꝯñs febꝛis ⁊ ꝑpe cū ampli⁹ aīa vel coꝛpe patiētes agitenť. Tenſiu⁹ aūt eſt diſpoſitio in qua videť ſentiri partiū extēſio eaſqꝫ tāq̄ ꝟbere cōfractas. Quā qppe cauſat in muſculis plectoꝛia contēta aut vētoſitas groſſioꝛ extēſiua. Eſt aūt apoſuſ diſpoſitio a qua q̄ſſate ⁊ phlegminātes apparēt particule cū caloꝛe: tēſione maioꝛi ⁊ moꝛdicatione. Eius nāqꝫ cauſa ipletio ⁊ cachochimia. ⁊ laboꝝ ħ nempe deterioꝛ. Qui aūt ſimilitudine inter laboꝛes ⁊ ſi nō ſit computať eſt arefactiuus: diſpoſitio in qua patiēſ fantaſiatur ſe q̄ſi exiccari ⁊ arefieri ac cōtrahi que in coꝛpoꝛibuſ bene humoꝛatis contingit ex imenſuratione gymnaſioꝝ ⁊ vl'r reſoluētium oium quādo praue fuerint ꝑcurata. diſpoſitiones ꝟo his ꝑpinque ac ꝯſequētes ſunt vt tactū conſtipatio ⁊ poꝛoꝝ raritaſ. Eſt aūt conſtipatio diſpoſitio coꝛpoꝛis contingēs in cutis poris: que opilatione vel dēſitate accidit poꝛoꝝ obſtructione nominata. Raritas vero eſt diſpoſitio huic oppoſita que coꝛpoꝛi occurrit ex fricatione pauca ⁊ balneo ⁊ vl'r ab oibus aperiētibus ⁊ rarificātib⁹. Equidem hꝫ laboꝛes duplici occurrunt de cauſa. vel. n. ab exercitio ſupſluo tūcqꝫ foꝛtaſſiſ laſſitudies dñr ꝑpꝛie. aut a ſeipſis ſpōte abſqꝫ cā puta exterioꝛi ⁊ hi ꝑoꝛib⁹

Margin notes (left): Tex. com. 74. ⁊ 75. Cap. 3. p^e^ me. — Ars. 4. de ac ⁊ denti capt. 6. ante medium. Coll'r capt. 5. poſt pricipiū. — Poſt p^m^. — Com. 17. i fi. — Lib. 2 t. x. cō. 38. in fine.

Margin notes (right): 2^a^ tex. cō. 38. — Poſt p^m^. L. a. 5. in prin. Do. 2^a^ ſū. p^e^ ca. 20. in fin. Capt. 4°. — apbo. 1. p^ti^ 2^e^ — pti^e^. 2. ꝑbe. 6 tex. cō. p^e^. — Apbo. 5°. — Lib. 3. t. p. 197.

peiores ꝓcuratiōe diligētiori ſunt egētes. ¶ Adhuc quoqꝫ laboꝝ qdam ſunt oīno ſimplices: vt vlceroſus tēſiu⁹ ⁊ arefactiuus. Aliq aūt total'r cōpoſiti. ſic. 15. ꝯbinenť: vt vlceroſus: tēſiu⁹: apoſus: arefactiu⁹. Qui dā vo iter hos medij: vt apoſus cum alioꝝ plurimis ſm tñ amplius ⁊ minus: ꝑut pluribus aut paucioribus participāt. Nā qñ certe attenduntur laboꝝ priores tres extāt ſimplices: vt vlceroſus: tēſiu⁹: apoſus: q̄tuor cōpoſiti: ſicut vlceroſus tēſiu⁹: vlceroſus apoſus: tēſiuus apoſus: ⁊ vlceroſus tēſiuus apoſus. ⁊ ita 7. exiſtēt. Si vo pdictis tribus adiūgať quartus ſimplicibus: vt arefactiuus. tūc. 15. reſultabūt oēs q̄tuor qdē ſimplices ꝓtacti: ⁊ ſex duabus differētijs cōpoſiti: vt vlceroſus tēſiuus: vlceroſus apoſus: vlceroſus arefactiu⁹: tēſiuus apoſus: tēſiu⁹ arefactiu⁹: apoſus arefactiu⁹. Qñ aūt tres cōcurrūt: ſic quatuor cōſurgēt: ceu vlceroſus tenſiuus: apoſus vlceroſus: tēſiu⁹ arefactiuus: vlceroſus apoſus: arefactiuus tēſiuus: apoſus arefactiuus. ſed qñ. 4. cōiunguntť: vnus concurrit vt vl. apo. tenſiu⁹ are. Sic igiť erunt qndecim. puta q̄tuor: ſex: quatuor ⁊ vnus. Si vo conſtipatio ⁊ ariditas coniūganť pdictis innumerabiles inſurgēt fere. ¶ Sed dubitatur quō concidere poſſunt ſic in vnum diſpares ⁊ diuerſi: ⁊ maxime cum arefactiuus ab alijs q̄ſi multū diſtet: quare impropꝛie poſitus labor exiſtit. ¶ Dōm ꝙ eoꝝ cōpoſitio eſt ſm vicinitatē ⁊ ad ſenſum: vt in cumulis ⁊ aceruis: nō aūt ſm veritatē ad intellectū ni foꝛtaſſis in apoſo: vt tertio declarabiť in coloꝛibus dicendoꝝ. ¶ Aut dōm ꝙ tā varij labores nō ꝯcurrūt vna ſm totū coꝛpus vel vnā eius determinatā partē: veꝝ ſm diſtātes ⁊ differentes: qḋ foꝛte inuiť tertio re. ſa. ita oēs ſeptē laboꝝ differētias ex parte aliqua verificabis. vniuerſum vo nō ſimpl'r. Licet nāqꝫ concidant qñqꝫ ſubiecto: ratione tamē differunt etiam reali. Aliud quidem lꝫ diuerſitatem ſm differentiam impoꝛtet ſpecificaꝫ: Poꝛphirius qm̄ nō omne ſm differentiam alterum eſt: poſterioꝛuꝫ ſcḋo. Eo tamen cōmuniter ſumpto diuerſitatem denotat accidentē cōmuni ac pꝛopꝛio: ſicut ⁊ alteram.

Propter ſcḋm vo ſciēdū ꝙ aliq motiuis ꝓtactis in argutis dixerūt apoſuꝫ laborem componi ex tēſiuo ⁊ vlceroſo: qḋ videť vt dubitans Ga. indicare ita. Foꝛtaſſis vtiqꝫ quis eſtimabat apoſum laboꝛem: neqꝫ ſimplicem neqꝫ tertium in dictis pꝛius duobus: compoſituꝫ vero ex ipſis conſiſtere. quid de hoc tertio videbitur dicendoꝛum.

Propter tertiū qdē ſciēdū: ꝙ labor apoſus nō eſt ſimplex omnifariā: vt reliqui tres ſimplices: aut cōpoſitus ſicut plures pꝛetactoꝝ. Accedit tñ ſimplicitati amplius q̄ꝫ cōpoſitioni. Eius nā q̄ꝫ cōpoſitio eſt tāq̄ꝫ vera exiſtens reliquoꝝ vero ceu ſenſibilis apparēs: quod manifeſtať coloꝛum differētijs: nā eius qdā eſt ſimplex oīno vt alb⁹ ⁊ niger: cui ſiqdem labor ꝓpoꝛtionať ſimplex: alius compoſitus oifariā duplici cōpoſitione pꝛetacta: ſicut qui loture carnis ſimilis: oleaginus ⁊ carmininus ſeu cineriti⁹. pmo ſcḋa: qḋ ⁊ pictores mixtione coloꝝ oſtēdunt: qbus qdem alij comparanť labores mixti. Quidā vo medius cōpoſitus: vt certa cōmixtione: ceu citrinus: rubēs: viridis ⁊ hꝫ. qbus nēpe labor apoſus coaptatur. Cōuenit igiť is cū vlceroſo ⁊ tenſiuo amplius q̄ꝫ ſimplices iter ſe. differt tñ eſſentialiter ab eis quibus componiť: velut color medius cōfectus ex albo ⁊ nigro. Quod firmať. q2 quoꝝ cauſe ſunt alie ⁊ effect⁹: ſed altere ſunt cauſe vlceroſi ⁊ tenſiui q̄ꝫ apoſi. illoꝛū nāqꝫ ſimplices huius aūt cōpoſite. cōpoſita nāqꝫ aliter efficiūt q̄ꝫ ſimplicia: vt ars deſignat alchimica Iti dē: quoꝝ ꝓpꝛietates accidētia ⁊ pꝛocurationis indicationes ſunt differentes: ⁊ iſta diſtāt: cū vnūquodqꝫ taliū bis ſufficiēter determineť: ſed he differūt: qm̄ ꝓpꝛium laboꝛis eſt apoſi intumeſcere coꝛpus ⁊ vniuerſa neruoſa videri. quaſſari ⁊ cōtineri vſqꝫ ad oſſa: nō aūt vlceroſi ⁊ tēſiui: veꝝ moꝛderi ⁊ tēdi. Sil'r in apoſo abhoꝛreť expādidatio vniuerſaliterqꝫ motus oīs: non ſic aūt in vlceroſo ⁊ tēſiuo. Nocumentū ēt imenſius imaginatur ſentiri cū duplex ſit cauſa ipſius: pletoꝛia. vꝫ. ⁊ cachochimia: quarū vna ſoluere videtur quod continuū: ⁊ altera coalterare quod eucratū. Indicatio quoqꝫ pꝛocurationis diuerſa: qm̄ illa que in apoſa attendiť: reſpicit virtutē indicationis ⁊ dignitatē. Que vo in vlceroſo: ac etiam tenſiuo ſubam. penes nāqꝫ hec opꝫ in amplius ⁊ minus ꝓcurationem variare: inſtando deniqꝫ magis altero non relicto: ei qḋ malū videť machinari ꝑ maius. Itaqꝫ laboꝛ apoſtemoſus eſt alius alietate ſpecifica etiam a tenſiuo: ⁊ vlceroſo: cum eis tamen concidit in communi ceu mediū cum extremis. plus. n. ea inter ſe diſtant q̄ꝫ mediū ab eiſdem: vt coloꝛibus denotatur.

Propter quartū aūt dicendū ad pꝛimū. vt iaꝫ innotuit ꝙ non eſt ſimile de quintadecima cōbinatione laboꝛis ⁊ pluribus compoſitis ſenſibil'r ⁊ apparēti cōpoſitione ⁊ vt certa ⁊ exiſtēte: qualis vt declaratū eſt: q̄ laboꝛis apoſtemoſi. ¶ Ad aliud dōm: ceu oſtenſum ꝙ arefactiuus labor non eſt labor ⁊ ſi eidē ſimileť. vnde Ga. Eſt quedam ⁊ alia diſpoſitio deinceps aliquē vt labor: ⁊ demū alia quippe cū bis quarta ſimilis exñs laboꝛi: nō autem eſt labor. q2 neqꝫ vlceroſam aut tenſiuā neqꝫ flegminoſam habet diſpoſitionem. Sed neqꝫ hoꝛroꝛem aliquē vel doloꝛem: neqꝫ ad motus ſegniciē ſimilem laboꝛibus refert. Gracilitatem vero cum ſiccitate habens. Labor nāqꝫ videtur moꝛbum pꝛonoſticari materialem: qualis non extat arefactiuus cum ſignum ⁊ ſignificatū ſint pꝛopoꝛtionabilia. Relinquitur igitur labor inter hos tertius: qui erit apoſtemoſus ⁊ non arefactiuus. ¶ Ad aliud dicendum verum eſſe dūmodo partes ille ſeparate rōnem partium ſeruient tāqꝫ imperfecte non exiſtentes in toto. Si vero ex illo diſtincte in ſeipſis adhuc rōne totius obſeruēt: ⁊ nō partiū: nō opꝫ: vt colores oñdunt extremi. Aut totū māliter idē cū partibus exiſtit: non aūt foꝛmaliter cū aliud ⁊ alterum habeant foꝛmā ⁊ eſſe ſeparate ac coniūcte. In toto enim potētia extāt tm̄: ſequeſtrate vo ⁊ ſeparate actu. ¶ Ad aliud dōꝫ ꝙ omne qḋ ꝓduciť ab aliquo eius quandam obtinet nām vniuocā virtualē ſeu mediā: dria. 140. qual'r videť labor apoſtemoſus ad vlceratiuū ⁊ tenſiuū ſe habere. ſm enim ꝙ ſimulatur eiſdē. eēntialiter tñ alter. Neqꝫ omnis diuiſio eſt ꝑ oppoſita oifariā: directe oppoſita ſuſcipiendo: ceu que imediata: vt aiatū ⁊ inaiatū: rationale ⁊ irrationale. ⁊ hꝫ: ſicut ꝯſurgentiū ex tali diuiſione vnum nō coadiuuat alteꝝ ad eſſe. Qḋ in coloꝛibus non euenit: aut in laboꝛibus ⁊ vl'r in oppoſitis mediatis. Et ideo diuiſionum apparēs libro. Omnis diuiſio aut bimembꝛis aut reducibilis ad eandē. Similiter q̄ꝫuis cauſa ⁊ effectus ſimul ſint actu ⁊ real'r tñ differūt: ſicut pꝛius ⁊ poſterius: perfectū ⁊ imperfectū. Licet enim aliquid efficiatur ab aliquo: non tamen eſt idē quocūqꝫ mō: ſed magis ſpecie vel ſimilitudine: non aūt nūero. ¶ Ad ea ēt que alterius partis appet quid dicendū: qm̄ apoſtemoſus labor. non tm̄ diſtat a cōponentib⁹ ipſum: vt ea inter ſe. neqꝫ itidem curationes ſunt omnino alie. q2 in ſpeciali: non autem in communi: cum vtrobiqꝫ debeatur eductio ⁊ alteratio.

Conci. p

Marginal notes: 3. de re. ſan. aū medium. — hoſt pncip. — m. 4. poſt pn. Lex. cō. 20. — 3. de re. ſa. aū medium. — doc. 3 ſū. 2. c. 2. verſus finem.

¶Differentia. lxxvij.

Q Dolor non ſentiatur vz:qm̄ aīa ſenſibilis nō eſt niſi ad qualitates.dr̄ia pori. dolor aūt non eſt qualitas:ſʒ magis ad aliqd.dictū.n.
dr̄ia pce. ar.1. prius ꝙ dolor ſenſus ſit triſtis.¶Ampli⁹. dolor eſt ſenſus.ſenſus aūt nō ſentiť.Sentireť nāq̧ aut a ſeipſo vel ab alio:nō primo.q2 ſenſus non appħendit ſe: nec inſtr̄m ſuū.Algaçel de aīa.Qm̄ ſenſus eſt virtus mālis:qđ aūt tale nō reflectiť ſupra ſeipſum: ſed ſolū qđ extat ſm Proculū immāle.⁊ ideo intellectus itelligit ſe ceu alia:tertio de aīa.neq̧ ab alio. q2 ſicut arguūt qdā illius ſenſus eēt ⁊ illius alius foret ſenſus:
Tex.cō.15. ⁊ ſic ꝓcedereť in infinitū:qđ reſpuit nā. p̊ de aīalium
ca.1.v̄ſus fine. gn̄atione.¶Rurſus adducūt.Si dolor ſentiť:tactus ꝑcipiť ſenſu:qđ ei⁹ ſit cōprehēdēdo ſenſibilia.nullus aūt pħoꝝ nūq̄ȝ iter ſenſibilia dolorē collocauit. Eti. Senſibile perficit ſenſuȝ ducēs qđ erat in potētia in actū:ſicut itelligibile itellectū.dolor v̄o virtutē nō pficit ſenſitiuā:imo iter cetera ledētiū corrūpit.Palin. Firmať q2 illud qđ eſt ꝯ̃rium corrūpit:cū de nā ꝯ̃riorum ſit fore adinuicē corruptiua.Sed dolor eſt ꝯ̃rius ſenſui:cum is ſit quedā mediocritas:primaꝝ ēt excellentium q̄litatum.dr̄ia priori dolor aūt paſſio eſt vehemens repente ſenſui occurrēs.¶Adhuc dolor eſt accidens.Id autem eſt actio leſa:qđ v̄o ſentiť alteratione pficiť cūȝ ſentire qđdam ſit pati qđ alteratione ꝯſiſtit.Sed qđ actionis eſt leſe tāq̄ȝ factū videtur ab alteratione ſecedere.Itaq̧ dolor minime ſentitur.

aph̄o.6 p̊ l.2ª. dr̄ia.76.in ar. 2ªp. doc.2.ſū. 2.ca.19. iux.fi. Oppoſitū quicūq̧ dolētes aliqd corporis plurimū dolorē ſentiūt ⁊ reliq̧.¶Rurſus.Dictū eſt antea per Aui.ꝙ dolor ſit ꝯ̃rium ipreſſorē repente ſentire.¶Adhuc illud qđ eſt ſignū ſentiť.q2 ip̄m eſt qđ ſenſui ſe offerēs in itellectu aliud de
li.2.tra.de ve͂tre te.cō.32. relinquit:dolor aūt eſt ſignum.vn̄ in techni.Dolores ſm quē incubūt locū:aut ſubitā alteratione͂ aut ſolutionē ꝯtinuitatis oſtēdūt.Palin.Quod deficere facit virtutē ⁊ deſtruit niſi mēs egrotet ſentiť. Datus nāq̧
Tex.cō.65. eſt ſm Ari.de aīa tertio aīali ſenſus:vt iuuatiua percipiat ⁊ nocētia:hec eligēs:illa v̄o ſpernēs:dolor aūt
col'doc.2ªſū.2. ca.19. dr̄ia.76. hec operať.p̄mo ſecūda.dolor ergo ſentitur.

Propter primū quidem ſciendum : ꝙ quid ſit ſenſus:dolorq̧ prius viſum.

Propter ſcđm v̄o ſciendū:ꝙ aliqui voluerunt oēs qualitates tangibiles ad cal'm ⁊
ca.3.aū me. frigiduȝ reducere.q ſcđo de anima ipugnanť ab.A. qm̄ cetera ſenſibiliū a calido ⁊ frigido percipiunť ſine eorum medio aut ſaporis vel odoris ſiue aliorum
Tx.cō.15. q̄ȝq̄ȝ virtual'r eis calidū ⁊ frigidū inſint:cū ex eis cōficianť qualitates ꝑcipue ſcđe. vnde ſcđo de ge. ⁊ cor. Manifeſtū ꝙ oēs alie tactibiles dr̄ie reducuntur ad primas quatuor:hec v̄o nō amplius in minores:non tn̄ calidum eſt qđ ſiccū:neq̧ qđ humidū:⁊ ſic de alijs neq̧ ſub inuicē extant:vt ſub calido ⁊ humido.vn̄ ex his nōnulli ſumpſerūt cauſam erroris volētes dolorē ⁊ deliciā in primas reducere qualitates:qđ nō eſt. q2 ſi hi in prima deducunť.eo ꝙ ab ipſis cauſanť:tūc ⁊ ſenſibilia alioꝝ quatuor ſenſuuȝ reducenť in tactū: cum cauſentur ab illis ⁊ color medius ac ſapor:⁊ ita alioꝝ ſenſuum obiecta non erunt que media : ſed tm̄ extrema:cū ex eis conficianť.Cuius falſitas eſt appa
2.de aīa ca.3. in medio. dr̄ia.76. ar.3. in fine. rens.¶Amplius.ſciendū ꝙ.A.ponit ibideȝ dolorē fore vnū tactus ſenſibiliū ingens. Eſt ⁊ alius modus de eo.⁊ reliq̧ vt antea.Poſt que ſubdit.Dolor ⁊ reme
ca.6.in p̄n. diū doloris ſunt de ſenſibilibus tactus:qđ ēt videtur Gal'.quarto ſapere de accñti.Letari qdē triſtari ⁊ dolere ſit in ſenſibus:que in oībus ſeriatim ſenſuum declarat in eſſe:vt viſuȝ ꝑus.Quod oñdit ēt ſermo ipſi⁹ ca.6.in fine.
in genitaliū delicia.⁊ ei⁹ oppoſito. Alij v̄o ꝓtulerūt in doloris eſſentiā igredi duo:ſenſum.vȝ.⁊ nocumētū:qđ dicūt ex diffinitione doloris patere:cū nocitiu⁹ ſit ſenſus:ꝑꝑ qđ inqunt dolorē inquātū ſenſus exiſtit nullo mō ſentiri ſed bene inquātū nociuus. Qđ ſimiliter ſapiūt in delicia. Ipſa.n.non ſentiť inquātuȝ eſt ſenſus:veꝝ in eo ꝙ iuuatiua. Sed hoc in cōmuni ſtare nō pōt:eo ꝙ dolor nequaq̄ȝ eſt ſenſus vt indicant: ſed potius eius extat paſſio.Eſt nāq̧ ſenſus paſſio repēte occurrēs ipſius ſuſceptiuo.Sicut.n.alia tāgibilia ſenſus nō exiſtunt:vt declarabitur:ita neq̧ dolor. Qꝛ ſi dicať qñq̧ dolorem triſtē ſenſuȝ exiſtere:ſeu nocitiuū:dđm talē non eſſe doloris verā rōnem:veꝝ aliquā notificationem famoſam:pretactā v̄o amplius pfectam eius rōnem includere.Nō.n. valet ꝙ ſi dolor eſt ſenſus triſtis:igitur ⁊ ſenſus ſicut dicunt. Flegma nāq̧ eſt ſan.diminute dēcoctus : nō tn̄ flegma ſan.eſt ſimpl'r:ſed totū ſimul.Ita etiā methau.i.Ros eſt pluuia parua:⁊ pluuia ros magn⁹:non tn̄ pluuia ſimpl'r ca.4.ante me.
eſt ros:neq̧ ros pluuia:ſicut neq̧ habitus diſpō neq̧ ecōtra.Licet Boetius in p̄dicamētis ſcribat habitū diſpoſitionē eē infirmā.ipſam v̄o habitu ſtabileȝ. Sic igiť dolor non eſt ſenſus abſolute: ſed triſtis aut nociuus coniuncti:quod nil aliud q̄ȝ paſſio ſenſus ⁊ obiectū.ſil'r ⁊ delicia nō eſt ſenſus: ſed paſſio hilaris ⁊ obiectum:qua mox reducimur ad naturam.

Propter tertiū v̄o ſciendū p̄mo ꝙ obā tactus multiplicia exn̄t cū ſit plurimas percipiēs cōtrarietates plures verius extēt ſenſus:vt tactū ēt dr̄ia.42.ſenſus.n.rōnem ſumit ex obiecto : velut ſcia ex ſubo. potētia.n.ſenſitiua material'r vna in eius ens organo formal'r plures exiſtit ex obiecto eā in actū cōducēte.Sic igiť ⁊ ſenſus duplex erit mālis vt v̄tus ſenſitiua organo alligata ⁊ formalis qñ ipſa v̄tute obi in actū deuenerit.Scđo quoq̧ de ge.⁊ cor. Tex.cō.8.
tactus ponunť dr̄ie q̄ȝplurime:cal'm.ſ.frigidū ſiccum ⁊ hu.graue ⁊ leue:duꝝ ⁊ molle:viſcoſuȝ ⁊ frangibile:aſpeꝝ ⁊ lene:groſſum ⁊ ſubtile.vn̄ nāliū ⁊ iuuamē ca.6 in p̄n.
roꝝ ēt p̄mis.Ex ſpermate ſummiſſo in matricē vl' ter ca.2.in p̄n.
rā tpe cōſtituunť determinato particule illius qđ generať q̄ȝplurime ⁊ hu.caliditate ⁊ frigiditate : ⁊ alia quecūq̧ ſequunť has differētias quas ſcies ex de generatione ſermone. has qdē primas ſequunť marie relique tangibilium differentiaꝝ:poſt quas guſtabiles:olfatibiles ⁊ viſibiles eueniūt:duricies igiť mollicies:lubricitas ⁊ ariditas:lenitas ⁊ grauitas:denſitas ⁊ raritas:lenitas ⁊ aſperitas:groſſicies ⁊ ſubtilitas:tangibiles ſunt he differentie. Quod ⁊ rōne firmatur.q2 ſm p̄dictos.oīs diſpoſitio contraria diſpōni corporis ſentiť mutatione qua ſubito permutatur ad illā.nō.n.quod ordinate ac paulatine occurrit ſenſibilius percipiť:neq̧ qđ iā a permutatione ceſſauit cū oīs paſſio:ac ēt ſentire ſint in fieri ⁊ alterari:accidēte.3.In reſidere nāq̧ ⁊ quieſcere non fit paſſio:ꝑꝑ c l' .1.aū me.
qđ ſm.A.calor ethicoꝝ quāuis intēſior extet tertia ⁊ v̄ius fi.iem.
noꝝ calore non ꝑcipiť ab eis tactu:talis aūt diſpō eſt ⁊ lib.4.ca.6.
dolor:⁊ marie cū ceteris plus ꝯtrarietur nāe.¶Am poſt p̄n.
plius.illud vere percipiť tactu p ſe qđ ab alijs ſenſibi 2ªp.doc.2.ſū.2.
libus diſcerniť ſecū exiſtentibus:aut qđ nil aliud pci ca.19.poſt p̄n.
pitur niſi id ip̄m:hꝯ vero eſt dolor. Sepe nāq̧ in parte percipiť paſſio triſtis ⁊ cal'm ſimul vel frigidū.Similr p̄dicta ente paſſione ſentiť ea nō raro abſq̧ qualitatū aliqua p̄ma ſeu ſcđa. Unde cū hoc ſcriberē dolor mihi in ſcapula ſuꝑuenit:in q̄ ſatis ſenſibilis exn̄s nullā potui primarū neq̧ ſcđarum qualitatuȝ ſenſibiliū pretactarum preter paſſionem triſtem percipere.

¶Rurſus. In coitu que qualitatū pcipit̄ pͥmaꝝ aut ſcōaꝝ: niſi ſola ꝯueniētis cum cōueniēti cōiūctio que eſt delicia. Eius itaqꝫ oppoſitū ſentit̄ in eius ꝯtrario: vt q̄rto apparet de accidēti. Cōtrarioꝝ enim cōtrarie ſunt rōnes. Palin. Illud maxime ſentit̄: qꝺ̄ cauſa exiſtit vt ſentiant̄ ꝛ reliqua. propter qꝺ̄. n. vnūqꝺ̄qꝫ ꝛ illud magis: ſed ꝓpter dolorē ſentiunt̄ alteratio ſubita ꝛ ſolutio cōtinui. Fortaſſis qs logiciās hāc volet rōcinationē ꝺ̄tinere. adhuc abſurdū vꝫ dici ꝙ maxie ſenſibile ſubitoqꝫ in nām occurrēs a vtute nō pcipiat̄ ſenſibili: qualis eſt dolor eiuſqꝫ oppoſitū. Dolor igit̄ per ſe etiā ſentit̄ vnum exiſtens ſenſibilium.

a 6. in prin.

Propter quartū vo dōm ad pᵐ ꝙ dolor ē vna q̄litatū ꝛ delitia. Eſt nāqꝫ in paſſione ꝛ paſſibili q̄litate locādus. Si aūt p q̄litates Auer. intēdat pmas aut ſcōas cōmuniter ſolū expreſſas: vt oñſum: ſecū nō cōſentio: cū dolor ab eis percipiat̄ alius ac aliter. Neqꝫ hoc ipediret: ſuppoſito ēt doloreꝫ ad aliqd fore. qꝛ pme qualitates directe in genere locant̄ qualitatis: graue ꝛ leue in pdicamēto ſubſtātie: aſperū ꝛ lene in genere poſitionis. 42. dīia ex Ari. ꝛ Cōmen. ꝛ tñ ſunt vnius ſenſus. puta tactus obiecta. ¶Ad aliud dōm: ꝙ vt apparuit dolor nō eſt ſenſus: ſed potius obiectū ꝛ paſſio eius pp qꝺ̄ nō valet deductio. Eſt ēt dare vnū ſenſum: ſicut cōem: ꝛ nō ꝓdire in ſenſibus ad ifinita diſtinguentē iter diuerſoꝝ ſenſuū obiecta. 2°. apparēs de aīa. ¶Ad aliꝺ̄ dōm: ꝙ aliqs pboꝝ: vt Gal'. ꝛ. A. expreſſius dolorē ꝛ illiꝰ remediū inter qualitates locarūt ſenſibiles: qꝺ̄ vt pbatū neceſſe: nā idē ſapientes iterdū ponūt plures q̄litates tangibiles: aliqñ vo pauciores. de aīa. n. ſcōo exprimunt̄ ſolum calidū ꝛ fri. ſiccū ꝛ hu. duꝝ ꝛ molle. Et cōmentator graue explicat ꝛ leue: ꝛ plura taliū ſunt ſuperiꝰ nūciata. Prio quoqꝫ pma innuit̄ quatuor ꝯrietates ſolū fore in tactu cū ſenſus ſunt octo ſm ponētes tactꝰ plures. Quas qdē exprimit Haly. vt cū pmis: duꝝ ꝛ molle: aſpeꝝ ꝛ lene. In ſcōo vero. A. de aīa ſunt expoſite multo plures. ¶Ad aliud dōm: ꝙ ſenſibile perficit ſenſuꝫ ꝛ vigorat ipm qñ fuerit ꝓportionale ꝛ ꝯueniēs. nō aūt iproportionabile ꝛ ꝯriū. ſenſibiliū. n. excellētie corrūpunt ſenſum. de aīa ſcōo. neqꝫ enim ſimilitudo ſenſus ad intellectū eſt bona omnino. qꝛ maxima ſenſibilium ſenſum perimunt ſenſitiua. Intelligibilia vo q̄ꝫmaxima corroborāt intellectum. 3. de aīa. ¶Ad aliud dōm: ꝙ q̄ꝫq̄ꝫ vnū cōtrarioꝝ aliud corrūpat: non tñ inter ipſa tollit̄ actio: ſed ſtabilit̄ magis. Corrūpere nāqꝫ rē ſuā dicit in fieri: non aūt in facto eē. Si. n. iā corrūpit ſenſibile ſenſuꝫ: vt dolor: neqꝫ aliqꝺ̄ alioꝝ percipiet̄ ſenſibile: cū dcm̄ ſit ſenſationeꝫ in fieri ꝛ alterari cōſiſtere. ¶Ad aliud dōm: ꝙ dolor dī actio leſa reſpectu morbi q actio eſt ledēs: tñ actio leſa accidētis vel doloris ē magis in fieri q̄ꝫ actio. morbi ledēs: vt declaratū. 73. differentia.

In pdi. diuiſio. 4. pᵒ me. 6 aīa cō. 108 verſus finem.

Tex. cō. 136.

Tex. cō. 117.

boc. 6. ca. 5. poſt pncipiū.

technis tra. re. cō. 47. Cap. 3.

Tex. cō. 137.

Tex. cō. 7.

¶Queſita circa ſigna. ¶Dīia. lxxviij.

Quod icteritia ſit ante ſeptimā diē bonū ſignū mōſtratur ex q̄rto re. a. ita. In febre colerica ante ſeptimā ſupinnatus ictericus ſoluit febrem. ſine rigore vo ſi ſupinnaſcatur extra tpa pernitioſuꝫ. Quod ꝛ ꝯoar cū Auer. teſtatur. ¶Adhuc ſi qꝺ̄ minus vꝫ ineſſe inerit: ꝛ qꝺ̄ plus. minus vo vꝫ ꝙ mā flegmatica vel ſanguinea ante ſeptimā terminet̄ dieꝫ cū ſit frigidior groſſior ꝛ colera mobilis minꝰ. hec aūt fit: vt viſum in apoplexia q̄ in paralyſim terminat̄: ꝛ febris ſanguinis eius p naris fluxū atqꝫ in variolas in q̄rta ꝛ antea. ¶Rurſus: Sicut mā colerica pōt ante ſeptimā p vomitū aut ſeceſſum euacuari: ſilr̄ ꝛ per cutem vꝫ: cū colera ſit ca. ſubtilis: motū petēs a centro ad circūferētiā: qꝺ̄ oñdit ipſius per ſudorē criſis plurimū facta: in quo pus colere cōmiſcetur cū ſudor ſit ſanguinis ſupfluitas cui pus colericū eſt admixtū ſeorſuꝫ. cañ. 2. A. Et ꝯfirmatur qꝛ affoꝛiſ. 4. ſudores indicant̄ boni ſi die iceperit tertia q̄nta ſeptima ꝛc̄. Palin. tertio. 15. Si colera putrefiat extra vaſa tertianā gignit. ſi vo nō: icteritiā: ſed tertiana pōt ad bonū ante ſeptimā terminari: vt q̄nta: nam tūc motus ipſius inſtat dies: in qua colera putrefactione ſubtili exalato reddit̄ groſſior iputrida: itaqꝫ icteritia poteſt ante ſeptimā ſignum eſſe laudabile.

Tex. cō. 85.

1. theiſir trac. 13. ca. 6. in fi. 4. coll'ꝫ ca. 43. in medio.

Ca. 652. Apho. 36. col'tra. 1. ca. 1. in fine ꝛ ca. 3. in prin.

In oppoſitū medicoꝝ eſt cetus. vñ Iſaac febriū. 4. Icteritia ante ſeptimā oi ꝓculdubio mortem inuit. ¶Rurſus. Icteritia ſub criſi locat̄ pmutatiōis q̄rto apparēs ſcōa: ſed talis nō fit añ ſeptimā: neqꝫ vīr̄ i morbo acuto ꝛ mā ſubtili: ſꝫ in cronico magis ꝛ groſſo cū vtutis debilitate. ¶Adhuc criſis laudabilis expetit indicationē eq̄r̄ diſtātē a morbi pnᵒ ꝛ ipſa criſi: febriū Iſaac q̄rto: ſed nulla talis eſt dies ante ſeptimā: niſi quarta que indicatiua eiuſdē extat certa vt latio denotat lune. Igitur añ ſeptimā icteritia ſignum non erit laudabile.

ca. 17. cir. pn.

trac. p. ca. 2. cir. medi.

col'r c. 9. cir. pn.

Propter primū qdem qꝺ̄ non minus intentū cū queſitū extet de ſigno: ſciēnduꝫ ꝙ ſignū eſt ſenſibile qꝺ̄ ſenſui ſe offerens intellectui aliqd relinq̄t. Ex ſenſationibus nāqꝫ multis ꝯſurgit memoria ex qua elicitur experimētū: ꝛ ex eo tandē vniuerſale: qꝺ̄ eſt pncipium artis ꝛ ſcie. 2. poſteriorum. ꝛ metaphy. phemio. Ex quo qdem innuit̄ ꝙ ſignuꝫ cū ſit correlatiuū duplex fore ipſius ſignificatū. Unum nēpe immediatū: cū quo pſentialr̄ exiſtit: vt tactum qñ dī offerēs ſe ſenſui. Aliud mediatū cum quo non ſemper extat qñ ſubditur aliquid relinquēs in intellectu ſignum ꝓnoſticū dcm̄. Sunt aūt tria: ſignū: ſignificatio ꝛ accñs: nō ꝓut diuidit̄ ꝯ ſubām: veꝝ ſm ꝙ ſequitur morbū ſeu diſpōnem: velut vmbra corpus qꝺ̄ ſubſequēs ꝓprius appellat̄ aut genimē: vt multū aūt idē entia ſubiecto: diuerſa tñ rōne: nā lꝫ cōiter ſignum p ſignificatione ſuſcipiat̄: ac ecōtra. duplex tñ ꝓnoſticoꝝ. 3. dicētibus videtur differentia concedi. Una qdem. qꝛ ſignificatio eſt neceſſarioꝝ: ſignum vo eoruꝫ que ſm plurimum. Altera qm̄ ipſa comprehenditur rōne. illud aūt experimento. Significatio nāqꝫ cū ſit abſtractum eius naturam meracioreꝫ notat ſigno cōcreto: quaſi ente. cuꝫ illo ſecūdo dicant accidens per prius ꝛ ſubiectum demum. Cōmen. 5. meta. lꝫ cōtrarium impingat. A. vnde ſignificatio quendā ſenſum videtur dicere deductū ad modum actus rōnis ſe habentē: ꝛ ideo per pus naturis ꝛ paſſionibus mēbroꝝ debet̄ interioꝝ: quare hoꝝ liber de ſignificationibus paſſionū inſcribit̄ interioꝝ: ſignū vero ſenſum denotat ſimplicē ꝛ apparētem magis his que occurrunt exterius cū ſup ea ſenſus cōcidat imediate. Signum aūt ſeu ſignificatio accidens dī. vnū. n. ambo extant ſubiecto. Dictū aūt eſt vt multū qꝛ quoddā eſt ſignuꝫ qꝺ̄ nō eſt accidēs ceu qꝺ̄ ꝓnoſticū: cū nondum extet. Nihil enim actio eſt leſa niſi exiſtēs: aliud vo eſt accidens: nō tñ ſignū velut quod non a medico perceptū ꝛ iō Ioannitius: inter ea eſt diuiſio cū augmēto: hñt nāqꝫ ſe ſicut excedēs ꝛ exceſſum: ſed rōne differūt diſaria: lꝫ vt q̄ꝫmultū cōmunicēt ſubiecto: nā qꝺ̄ accñs ifirmo medico ſignū exiſtit. eteni accidens ſue reſpectu eēntie: que eſt actio leſa vel comparatione ifirmi: cui accidit: qꝺ̄ ēt dī ſynthoma ſiue conciſio. Significatio vero reſpectu conſiderationis medici ꝓut inde ꝓcedit ad cognoſcēdā egritudinis naturā. aliq̄ etiaꝫ

te. cō. 27. i me. circa pn.

cō. 41. in pn. A

cō. 14. añ me.

In iſagogis ca. de ſignis officialiū mēbroꝝ in fin.

